

BALTHASARIS
THOMASII
IVRISCONSVLTI LVCENSIS
DECADES TRES:

Quibus tractatus infrascripti continentur ad legum praxim vtilissimi, ac propemodum necessarij.

VIDELICET

De
- Tutoribus, & Curatoribus.
- Patre legitimo administratore.
- Iuramento in Litem.
- Magistratibus Conueniendis.
- Minoribus.
- Iuramento Confirmatorio contractus.
- Mora, eius incursu, & purgatione.
- Simulatione contractuum.
- Absolutione à Iuramento.
- Minuentibus, & augentibus valorem.
- Promissione facti alieni.
- Ratificatione, & Rati promissione.
- Pœnis Conuentionalibus.

De
- Iuramento probationis suppletorio, seu necessario.
- Iuramento Decisiuo, seu voluntario.
- Iuramento Calumniæ.
- Decreto Iudicis.
- Solemnitate Statuti in contractibus Mulierum, & Minorum.
- Restitutione in integrum.
- Rationum Redditione.
- Curatoribus.
- Executoribus vltimarum Voluntatum.
- Restitutione alienorum facienda.
- Creditorum concursu.

Cum Appendicibus ad omnes tractatus, & pro fori, Polique foro.





PATAVII, M.DC.XLII.

Ex Typographia Pauli Frambotti Bibliopolæ.
Superiorum permissu.

ILLVSTRISS.^MO ET REVEREND.^MO D.

D. HIERONYMO BONVISIO,

APOSTOLICÆ CAMERÆ CLERICO.

BALTHASAR THOMASIVS F.



CVM primum meorum Legalium tractatuum Librum Excellentiſsimo Lucenſis Reipublicæ Senatui naturali Principi dedicare me deuinctum fuerim arbitratus, ſecundum ac tertium tibi Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo Domino meo ingenio perſpicaciſsimo, ſummaque in peragendis decernendiſque negocijs prudentia prædito, legum & ſacrorum canonum peritiſsimo, non vt à detractoribus vindicetur (ſiquidem prout ad honorem & laudem Dei, ac bonum publicum compilaui, edendoſque decreui, ita à cunctis vtpote non minus vtiles quam leges, & iudicandi munus profitentibus, pro adminiſtranda iuſtitia neceſſarios benigne recipiendos minime verear) ſed vt ſub tua protectione libentius ac benignius perlegantur, dicandos decreui. Te itaque de quo nequicquam me benemeritum agnoſco, vt opus exiguum pro tui animi celſitudine ſuſcipere ne dedigneris exoro; quod ſi tuam

† 2 ampli-

amplitudinem conſideres, animumque offerentis deuinctiſsimum perpendas, denegaturum ambigere neutiquam poſſum ; illos ergo tuæ Illuſtriſsimæ, & Reuerendiſsimæ D. & me ipſum dedico, Sanctiſsimam & Indiuiduam Trinitatem, quæ te Chriſtianæ Religionis Lumen, ad augendam fœlicitatem elegit, vt diutiſsimè incolumem ſeruet, æternamque gloriam concedat, etiam atque etiam depræcor. Lucę Kal. Nouembris 1641.

INDEX TITVLORVM
DECADIS SEC. TRACTATVS PRIMVS.
DE TVTORIBVS, ET IN EO INCLVSORVM.

DE-

De

DECADIS III. TRACT. X.

DECADIS IV. TRACTATVS I.

DE CVRATORIBVS, & IN EO INCLVSORVM.

DECADIS IV. TRACT. II.

DE EXECVTORIBVS VLTIMARVM VOLVNTATVM ET IN EO INCLVSORVM.

DE TESTAMENTARIIS TRACT. I.

Pars Altera.

DE LEGITIMIS EXECVTORIBVS VLTIMAE VOLVNTATIS, TRACTATVS II.

DE EXECVTORIBVS DATIVIS VLTIMARVM VOLVNTATVM. TRACTATVS III.

COMMVNIA EXECVTORVM CVRATORVM TVTORVMQVE. TRACTATVS IV.

BAL-

BALTHASSARIS TOMASII I. C. LVCENSIS

DE TVTORIBVS, ET CVRATORIBVS. TRACTATVS I.

Tit. I. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *TVTELA vis est, ac potestas in capite libere ad illum tuendum, qui propter ætatem se defendere nequit, iure ciuili data, ac permissa.*

2 *Tutor non dicitur, qui bona pupillorum destruit.*

3 *Tutela nomen est honorificum.*

4 *Tutela nomen est denotans substantiam, propterea differe à verbo.*

5 *Quasi tuitor tutor dicitur, quia personam, & bona pupilli defendere tenetur, persona principaliter, bonis autem in consequens datur.*

6 *Tutor est etiam non gerens, modò gerere possit.*

7 *Tutela à iure naturali & gentium descendit.*

8 *Tutoris officium, & curatoris, necessarium munus est, quamuis vtilitate priuatum sit, ideoque gerere quis cogitur.*

9 *1. Lim. non procedere si inutiliter testamento datus sit, quia ante confirmationem iudicis non cogetur acceptare.*

10 *Amp. vt à iudice inutiliter datus nullo modo acceptare teneatur.*

11 *1. Sublim primam lim. non procedere post iudicis confirmationem.*

12 *Tutela munus est authoritate publicum, vtilitate priuatum.*

13 *Tutela quasi contractus est.*

14 *Tutela susceptam renunciare tutor minime potest.*

TVTELA QVID SIT, ET EIVS ORIGO.

1 TVTELA vis est, ac potestas in capite libero ad illum tuendum, qui propter ætatem se defendere nequit, iure ciuili data, ac permissa l. 1. de tutel. Inst. eod. tit. in princ. & vtrobique Doc. Guliel de Bened. in cap. Rainutius part. 3. verbo. tutores impuberis n. 4. de testam. Ferret. cons. 3 ta. n. 3. Cacchera decis. Pedem. 89 n. 5. Gutier. de tutel. cap. 1. n. 1. subdens quod alij loco verbi vis, legunt ius, sed prima verior part. 1. Bertaz. de clausul. 9 glosa 1 e auf. n. 3 Montan. de tutel. cap. 2. & seq. qui latè agit de singulis huius definitionis verbis, & omnes tutelarum species continere probat Io. Hannibal. in rubr de vsucapion. n. 56. post Cuma. in l cum in vna §. tutor. n. 2. de appel. & relat. Spino. de testam. glo. 29. n. 2.

2 Tutor igitur non dicetur, qui bona pupillorum destruit Mazol. cons. 37. n. 63. 69. n. 17. 104. n. 44. rectè autem gerens loco domini erit Contard. in l. diffaman. n. 62. C. de ingenu exornat. Gul. de Bened supra n. 7. et seq. Galganet. de tutel. lib 3. q 1 n. 33. non minus enim personæ quàm rebus tutor datur Viui. dec. 364. n. 15. licet personæ principaliter detur l. quia personæ de testam. tut. §. rectè Inst. qui dar. tut. pos. Roland. cons 24. n. 26. lib 3.

3 Honorificum nomen est, tutela l. testamento Centurio. de manumis testament. Bal. in l. penult. C. de verbo. signifi Sce. in l. vtrum ita. §. cum quidam vlti. notab. de reb dub. Gutier. de tutel. part. 1. cap. 1. n. 7. & cap. 8. n. 57. Spino supra. n. 3.

4 Nomen est tutela, designãs substantiam, &. propterea differt a verbo Butrig. not. in rub C. de eodem. Signor. cons 216. n. 5.

5 Quasi tuitor, tutor dicitur, quia personam & bona pupilli defendere tenetur & personæ principaliter, bonis autem in consequentiam datur Guliel. de Bened. supra n. 5. & 6. Bertaz. d. clausul. 9. glo. 1. n. 4. Gutier. d. cap. 1. n. 14 & seq. et quasi dominus, & n. 35. vbi ideo ad vnam litem constitui non posse & n. 37 Mont de tutel cap 1. cap. 4. num 1. §. tutor autem Instit. de tutel. Papiẽ. in form. lib. ad red. rat. tut. glo. suos tutores l. 1. de tut.

6 Non gerens est tutor, dummodo administrare possit Decia. cons. 19. n. 121. lib. 3. secus dicens, si volens gerere non posset, & tutor etiam dicitur ante decretam administrationem Rui. cons. 108. n. 12. lib. 1. Gratian. disceptat. 291. n. 34.

7 A iure naturali, & gentium tutela descendit, & ortũ habet l. 1. de minor. Instit. de Attilian. tuto §. fi. vbi. Port. Mont. de tut. cap. 6. n 19. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 1. n. 14. & publici iuris est Alba. cons 696. et ibi Add.

8 Publicum, & necessarium munus est, tutoris & curatoris officium, quamuis vtilitate priuatum, ideoque illud gerere quis cogitur §. 1. vbi glo. verbo. publicum Inst. de excusat tut. vel curato. Alex. cons. 26. n. 7. lib. 3. Christoph. de Castel. cons 22. n. 17. Dec. in l. si pecuniam. n. 5. si cert. petat. Barbat. cons. 92. n. 9. lib. 3. post. Ang. cons.

325. n. 2. Petr. Iac. in prac. rub. 118. n. 18. Soc. Iun. conſ. 5. n. 1. lib. 4. Boer. dec. 80. n. 3. Borg. de tutor. & curator. n 201. Rol. conſ. 83. lib. 1. Meno. conſ. 58. n. 2. inferens propterea tutorem ſuis iuribus non præiudicare. Mago. Rota. Lucen. deciſ. 68. n. 20. & ſubdit Rol. ſupra n. 17. compelli tutorem mulcta indicta, & captis pignoribus. Scrad. de feud. part. 10. ſectio. 10. n. 250. & ſectio. 10. n. 38. de magis communi. Montan. de tutel. cap. 23. n. 17. cap. 26. n. 14. & ſeq. & cap. 31. effect. 5. n. 4. Galganet. de tutel. q. 1. lib. 3. n. 15. & 36. poſt. Igne. in l. neceſſarios §. non alias n. 66. ad Sillan. Iaſ. in l. cum quis. n. 12. l. de procur. vbi tutores, & curatores inuitos cogi officium exercere. Mauſo. de cauſ. exec. lim. 11. n. 38. Borgni. de tuto. n. 201.

9 1. Lim. in dato inutiliter in teſtamento ante iudicis confirmationem, namque non tenetur munus acceptare l. ſcire. 13. §. qui non iuſte de excuſatio. tutor l. qui negociationem 58. §. teſtamento de adminiſtrat. tutor. l. 1. C. de teſtam. tute. l. 1. & 2. C. de confirm. tut. glo. in. l. Iuris. perito. 30. §. fin. de excuſat. tutor. Scrader. de feud. part. 10. ſect. 19. n. 250.

10 Amp. vt ſi à iudice inutiliter datus fuerit, nullo modo munus iniunctum ſuſcipere cogatur l. militi æ. 4. l. neque 5. C. qui dat. tut. vel. cur. poſ. Scrad. d. n. 250.

11 1. Sublim. vel potius ſecus eſſe dicas, quando teſtamento minus ritè, & rectè datus fuiſſet a iudice confirmatus, tunc enim munus ſuſcipere non ſecus tenetur, ac ſi teſtamento vtiliter datus eſſet, & inuitus tenetur agnoſcere d. §. teſtamento, & d. §. qui non iuſte d. l. 1. & a C. de confir. tut. glo. in d. §. fin. Scrad. ſupr.

12 2. Lim. nam publicum munus eſt authoritate, ſed vtilitate priuatum. Crot. in rubr. de noui oper. nunciat. n. 10. Ang. Aretin. de teſtam. glo. 96. n. 4. de magis cõi. Montan. de tutel. cap. 23. n. 17. Galgan. de tutel. lib. 1. tit. 1. n. 15.

13 Quaſi contractus eſt tutela. §. tutores. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contr. naſc. Scrad. de feud. part. 10. ſect. 20. n. 238. nec ſtatuto de contractu loquente continetur. Lambert. de contract. mulier. glo. 40. n. 15. niſi fauorabile eſſet. n. 26. continetur autem ſi ſtatutum de obligatione loquatur, vt per eum, quamuis Alben. de ſtatut. lib. 1. q. 100. ſtatuto de contractu loquente contineri dicat, dum ſimilia poſſunt includi.

14 Suſceptæ autem tutelæ non poteſt tutor renuntiare. Meno. conſ. 380. n. 26.

A tuendo tutor dicitur. Abb. in c. conſultationibus ſub. n. 1. de cleric. ægrot. & tuitores, ac defenſores cenſentur. l. 1. de tutel.

SVMMARIVM.

1 *Tutela duplex eſt, ordinaria, & extraordinaria.*
2 *Tutela ordinaria quadruplex eſt, legitima teſtamentaria, quaſi teſtamentaria, & datiua, & n. 4.*
3 *Tutela extraordinaria dicitur anomalia, qua matri, & auia defertur.*
4 *Tutela alia eſt teſtamentaria, alia legitima, alia datiua.*
5 *Tutela legitima quadruplex, eſt agnatorum, parentum, patronum, & fratrum.*
6 *Tutor Honorarius eſt, puta Princeps.*
7 *Tutor notitia cauſa datur, quia ſcientiam habeat patrimonij defuncti.*

QVOTVPLEX SIT TVTELA.
Tit. II. Cap. I

1 DVplex eſt tutela ordinaria, & extraordinaria.

2 Ordinaria quadruplex eſt, nam aut a lege datur, & legitima nuncupatur tuto tit ff & C. de legit. tutor vel a teſtatore legis permiſſu, & teſtamentaria dicitur tut. tit ff & C de teſtam. tut. Aut datur etiam permiſſione legis à teſtatore, & à iudice confirmatur, vt in eà quæ datur filio emancipato, & hæc quaſi teſtamentaria cenſetur. Abb. in cap. ex parte. M. n 4 de appellatio. Aut legis permiſſione a Iudice datur, & dicitur datiua, vt C. qui dat. tutor. poſ. per tot. Gutier. de tutel. part. 1. cap. 2. n. 2. & ſeq. Spino. de teſtam. glo. 29.

3 Extraordinaria autem dicitur anomalia quæ matri, & auiæ etiam maternæ datur, & hæc irregularis eſſe cenſetur. Auth. matri, & auiæ. C quãdo mul. tut. ff fungi. poſ. Gutier. ſupra. n. 3. & ſeq. vbi etiam quod non regulatur à ſucceſione, & Cnded. conſ 88. n. 25. lib. 1. & n. 29. probantes ſolum ab ordinaria tutela excludi, a ſucceſione excluſum, non etiam ab extraordinaria. Spino. ſupra. n. 8.

4 Alij tria dicunt eſſe genera tutelæ, teſtamentariã, legitimam, & datiuam. Teſtamentaria dicitur quæ teſtamento datur, legitima a lege, Datiua à Iudice, & prima, ſecundæ, tertiæ, ſecunda præfertur. Abb. in cap. ex parte M. n. 4. de appellatio Corn. conſ. 181. lib. 1. Albe. de ſtat. lib. 4. q. 50. n. 2. Petr. Iac. in pract. rubr. 114. n. 4. Papien. in forma libel. quo agit. ad reddend. ratio. tute. glo. coram. n. 1. & 2. poſt ſpec. in rubr. de tute. vbi addit. anomalam. Angel. Aretin. de teſtam. glo. 96. n. 2. Nepoſ. à Monte. Alban. de exep. artic. 11. n. 1. Io. Annibal. in rubr. de vſucapio. n. 56. Cor. Sun. conſ. 29. n. 8. Caldas. de reſtitutio. in integr. verbo. ſine curatore n. 1. & 2. Ameri. de patria poteſta. effect. 14. n 16. Borg. de tuto. & curat. n. 1. 2. Rebuff. de ſentent. prouiſional. artic. 3. glo. 2. n. 2. Montan. de tutel. cap. 7. n. 1. & ſequent. vide tit. ſeq. Maſue. in pract. tit. de tutor. & curat. n. 4. Spino. de teſtam. glo. 29. n. 4.

5 Legitima etiam quadruplex eſt, agnatorum, quæ ex mente, & verbis legis difertur. Parentum per legis extenſionem. Patronorũ ex mente legis tantum, Fratrum, quæ fiduciaria nuncupatur. Manzin. de tutel. tit. de tute. legit. in fine.

6 Honorarius eſt etiam tutor Princeps datus, & ſimilis l. iure noſtro. §. 1. de teſt. tit. eique rectè ſoluitur, & is etiam qui non gerit alteri data adminiſtratione l. ſi plures de admi. tut. l. 3. §. ſed & ſi iud. ſolu. Gutier. de tut. part. 1. cap. 17. Galg. de tut. tit. 30. quem teneri probat. Albe. de ſtat. lib. 1. q. 119. n. 9. Mont. de tut. cap. 7. n. 11. non videtur tamen honorarius, qui ab alijs rationes exigere debet. d. §. 1. ubi Bar. & honorarius in ſubſidiũ tenetur. d. l. 3.

7 Notitiæ cauſa etiam datur tutor, qui patrimonii defun-

functi scientiam habet vt instruat alios, & huic rectè soluitur l. quod si §. sunt quidam. de solut. Gutier. de tut. part. 3. cap 6. num. 11. & seq. Menta. d. cap. 7. num. 18. Galg. supra vbi teneri probat vt alij l. quero. 32. §. idem Paulus vbi glo. & Bar. in omnibus teneri probatur vt cæteri tutores.

SVMMARIVM.

1 *Datiuus tutor legitimo cedit, legitimus autẽ testamẽtario.*
2 *Testamento minus solemni tutor datus a iudice confirmatus testamentarius est, & legitimo ac datiuo præfertur.*
3 *Confirmatus à iudice datiuum secum admittit.*
4 *Testamento minus solemni a Principe filio datus absque confirmatione ipso iure tutor est.*
5 *Legitimus tutor cessat, donec testamentariorum aliquis extat.*
6 *Testamentarius tutor matri, et auiæ perfertur.*
7 *Confirmato tutori, præsertim si inuentario non dum confecto gerere cœperit, mater præfertur.*
8 *Heredem vniuersalem instituens non etiam qui certa bona pupillo reliquit, tutorem constituere potest.*
9 *Legitimus tutor datiuo præfertur etiam si de alieno territorio legitimus sit.*
10 *Principis testamentarius tutor etiam Princeps etiam ratione status, cæteris tutoribus præfertur.*
11 *Testamentarius tutor ascendentibus etiam præfertur.*
12 *Testamentarius tutor feudalium etiam respectu cæteris perfertur.*
13 *Testamentarius ab extraneo datus cæteris tutoribus perfertur.*
14 *Patruus, qui est legitimus tutor, datiuum excludit.*
15 *Datiui constitutio nulla est, si tutor legitimus extet. frater vtrinque coniunctus præfertur coniuncto ex vno latere tantum.*
16 *Datiuo locus est si tutor impeditus excusetur vel remoueatur; legitimo autem suspecto alter iungetur.*
17 *Datiuo tutori locus est, tutore apud hostes existente.*
18 *Datiuo locus est quando tutor pupillo controuersiam status mouit.*
19 *Datur alter tutor ob iam constituti senium, vel huiusmodi impedimentum, vel si patrimonium valde diffusum foret.*
20 *Datiuo locus est si mater secundo nubere volens a iudice filijs primi thori tutorem dari petat; legitimo autem si nolit esse tutrix, vel tutore non petito ad secunda vota conuolauerit.*
21 *Datiua tutela adminiculo testamentariæ fulcita legitimam excludet.*
22 *Datiuo tutori locus est propter impedimentum temporale legitimi.*
23 *Datiuo locus est, si testamentariorum aliquis remanserit, vel testamentario remoto vel excusato.*
24 *Testamentarius tutor patri legitimo administratori non præfertur.*
25 *Datiuo locus est matre in mora existente.*
26 *Datus pendente lite confirmatur cuius exitu expectatur an testamentario vel datiuo locus esse debeat.*
27 *Matre minore 15. annis existente, minoritate durante datiuo tutori locus erit.*
28 *Datiuo locus est, si tutor suspectus appellet, vel absit.*
29 *Datiuus tutor constituitur, si tutor testamento sub conditione vel ex die datus fuisset.*
30 *Datus filio emancipato, etiam confirmatus, legitimo præfertur.*
31 *Datiuo locus est testamentario remoto vel suscepto si reliqui testamentarij remanserint, vel ex temporali impedimento aut excusatione.*
32 *Legitimo locus fit altero vita functo, si testator vnum sine alio gerere noluerit.*
33 *Datiuo locus fit, si testamentarius non aptus tutelæ superfit.*
34 *Datiuo locus erit quando legitimus semel admissus fuit itaut non ipso iure desijt tutor esse.*
35 *Datiuo locus erit si, quod legitimo impedimentum superuenerit.*
36 *Datiuus electus ante confirmationem testamentaris, ea facta non desinit esse tutor.*
37 *Datur Attilianus si spes sit testamentariæ locum fore, puta, ante aditam hereditatem.*
38 *Datiuæ tutelæ locus fit si testamentaria sub cõditione tacita, vel expressa pendente, vel ex die certa, vel si hereditas non sit adita, & huiusmodi causis.*
39 *Datiuo tutori locus est si quid expressorum num. 38 legitimo acciderit.*
40 *Pater filium impuberem emancipans, statim illius tutor legitimus efficitur.*
41 *Datiuo locus est aliis casibus vt infra tit. 5.*

DE PRAELATIONE ET ORDINE TVTORVM. Tit. III. Cap. I.

1 DAtiuus tutor legitimo cedit, legitimus autem testamentario l. si tutor §. si duobus de tutel. & ration. distrahen. Instit. de legitima agnator. tut. in princ. Specul. de tut. legit. num. 7. & de tutel. datiua in princ. & de anomal. tute. num. 7. in fine Bar. sing. 71. Ang. cons. 92. Cor. cons. 183. lib. 4. Alex. cons. 161. num. 2. lib. 5. Papien. in forma libel. quo agit. ad redden. ratio tut. d. glo. coram num. 2. Signor. cons. 193. num. 2. Borg. de tutor. & curato. num. 2. Amer. de patr. potest. effec. 14. n. 16. & 18. Petr. Iac. vbi supra d. rub. 114. num. 6. Fiag. de tuto. & curat. q. 3. num. 35. & q. 9. Spino. de testam. glo. 29. num. 7. Gutier. d. cap. 2. num. 6 & seq. 23. & 24. Surd. decis. 207. num. 19. Scrader. de feud. part. 10. sectio. 19. num. 19. 74. & seq. subdẽs, legitimo extante tutelam datiuam ipso iure nullã esse etiam si legitimi cõsensus accessisset Montan. de tutel. cap. 3. & cap. 16, num. 1. Galganet. de tutel. lib. 1. tit 4. num. 14. & 15. subdens legitimum cessare, si testamentarius sub conditione vel ex die datus sit, vel si testamentariorum vnus obierit per l. si quis 11. de testam. tute. Port. cons. 207. num. 12. Spino. supra. num. 15. 16. Rolan. de flor. testam. rub. 3. num. 9. vide infra tit. 5. Alb. cons. 386. num. 17. testamentario extante ad datiuum non posse deueniri. ex l. si sororis C. qui tuto. dar. pos. & legitimæ locum esse testamentaria cessante, ac proximiorem admitti, nec esse locum datiuæ Rot. Rom. dec. 334. part. 1. recentis vbi etiam quod si semel locum habuerit tutela legitima in matre, si funditus eius morte extincta sit, locus datiuæ non fiat, sed legitimæ iuxta dist. Bar. in l. si quis sub conditione n. 1. de testa. tut. Bero. q. 66 num. 5.

2 1. Amp. etiam si testamentarius datus sit in testamento minus solemni, dummodo fuerit à iudice confirmatus, testamentarius enim censetur, & legitimo præfertur, ac datiuo Anchar. in cap. ex parte num. 10. de appellat. de cõi post. Bar. in l. 1. num. 6. Cuma. num 4. de confirm. tut. de magis comuni Alex. cons. 140. num. 4. lib. 1. Bero.

conf. 123. num. 16. lib. 3. vbi etiam quomodo confirmetur Borg. de tut. & curat. num. 2. Sillima. conf. 8. num 9. inter conf. vltim. volunt. Bursat. conf. 133. num. 47. & 48. de magis comuni testatur Caldas. de restitutio. in integr. verbo. fine curatore num. 116. in fine Serad. supra num. 22. receptissimam etiam dicit Monta. supra. num. 5. de cõi Rol. de flor. testam. rub. 30. num. 14. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 3. lib. 3. q. 3. de cõi Matte. cõi o,i. verbo. tutor. Spino. de testam. glo. 29. num. 6. & Gutier. supra num. 25. & cap. 3. num. 17. & Laur. a Pinu. conf. 54. num. 3. & 4. Spino. supra num. 4. & seq.

3 1. Lim. primam amp. vt licet ita confirmatus legitimo præferatur admittet tamen secum tutorem datiuum Arch. in d. cap. parte num. 10. Roland. d. rub. 30. num. 14.

4 Sub. Lim. non procedere in tutore dato à Rege, Marchione, Duce, & Comite filio suo impuberi in sua potestate constituto etiam in minus solemni testamento. Etenim tutoris datio facta in totali testamento etiam minus solemni, vt alia omnia in tali testamento contenta, valida sunt, licet non solemniter dispoſita, & quidem ipso Iure Bal. in l. sancimus 34. num. 5. versic. recordor, quod Bar. C. de donat. Alex. conf. 157. lib. 2. Iaf. in l. omnium 19. num. 15. arg. illius tex. C. de testam. Martin. Laud. in tract. de confœderat. Princ. q. 11. Rolan. conf. 93. num. 42. lib. 1. Gulielm de Bened. cap Rainutius verbo testamentum 1. num. 20. de testam. Zas. conf. 11. num. 22. Scrad. supra num. 18. & ibi ideo inquiunt confirmatione non indigere; licet secus sit. in dato minus solemniter à priuato, vt testamentarius ergo alios excludet per citatos in conclusione.

5 2. Amp. vt vero testamentariorum mortuo, vel excluso, aut remoto non sit locus legitimo, donec aliquis testamentariorum extat, sed alius a iudice dabitur l. siquis sub conditione §. final. de testam. tutc. Montan. de tute. d. cap. 13. num. 8.

6 3. Amp. vt testamentarius etiam matri & auiæ præferatur. authent. matri, & auiæ C. quando mul. tut. offi. fungi. pos. Pepr. Iacobi. d. rub. 114. nũ. 13. Corn. conf. 101. num. 5. 175. num. 2. & 7. lib. 3. Soc. iun. conf. 85. num. 13. lib. 3. Cassan. in consuet. Burgund. tit. des. enfans rub. 6. §. 6. col. 884. num. 1. Vrsil. ad Afflict. dec. 281. Eugen. conf. 98. num 255. Durant. de tutor. & executor caut. 1. Gab. conf. 29. num. 18. lib. 2. Scrad. d. sect. 19. num. 20. Galganet. de tutel. lib. 1. q. 2 num. 4.

7 1. Lim. non procedere in confirmato, præsertim si cæperit administrare, inuentario non dum confecto, cui mater præfertur Cor. conf. 238. num. 11. & 12. lib. 4.

8 Sublim non procedere quando inutiliter in testamento datus fuisset, & à iudice confirmatus, vel cõfirmandus, etiam respectu bonorum, in quibus impubes ab eo, qui in testamẽto inutiliter tutorem dedit heres institutus fuit Roma. conf. 188. num. 1. & seq. vbi eam tutorem esse qui ab instituente vniuersaliter datus fuit; non eum qui certa bona à matre habuit cum tutoris datione Durant, supra caut. 4. ubi tamen cautelam tradit, ut mater, quem filio habenti tutorem vult tutorem dare heredem instituat, & roget, vt filio ipsius testatricis hereditatem restituat quando ille filius ad pubertatem peruenerit, sic enim scriptus heres nudo nomine heres erit & geret quousque filius pubes fiat, ei autem puberi facto hereditatem restituet l. in fidei commissi §. cum Pollidius de vsur. & hoc casu institutus heres hereditatẽ sine Trebellianicæ detractione restituet vna cum fructibus glo. in l. in fidei commissaria §. final. verbo. in fideicommissum cadit ad Treb. Borgni. de tutor. num. 11. Serad. d. part. 10. sect. 19. num. 20.

9 4. Amp. vt legitimus datiuo præferatur etiamsi de alieno territorio legitimus esset Franc. Marc. decis 251. part. 1. Gutierez d. cap. 2. num. 27. licet datiuus esse nõ possit alieni territorii nisi se iudici pupilli subiiciat ut per eos Bar. sing. 71. ubi legitimum etiam superuenientem puta minorem fratrem maiorem effectum datiuo præferri Montan. d. cap. 16. num. 3. qui datiuum excludi probat etiam si legitimus superueniat, quamuis vltra annum expectasset num. 4. & etiam si bona alibi sint num. 6.

10 5. Amp. etiam si testator sit Rex, Princeps, Dux, Marchio vel Comes aut respectu Regni, Principatus, Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus datus fuerit, & etiam si tutor datus sit Rex, Princeps, Dux, Marchio, uel Comes l. 1. C. de tutor. & curator. Ill. Perso. Scrad. d. sect. 19. num. 21. part. 10. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 12. num. 21. & 22.

11 6. Amp. vt ascendentibus etiam testamentarii præferantur Cor. conf. 129. num. 2. lib. 1. & fratri puberi impuberis l. si tutores C. de testam. tutel. Montan. d. cap. 13. num. 6.

12 7. Amp. procedere etiam respectu feudalium Scrad. supra num. 21.

13 8. Amp. etiam si ab extraneo testamentarius datus sit, quia legitimo, & etiam matri præfertur in bonis per extraneum pupillo relictis, l. idem fiet de testam. tutel. Bar. in l. 1. num. 6. de confirman. tut. Salic. in l. 2. num. 3. C. eod. Surd. conf. 428. num. 22. & 23. Gratia disceptatio 462. num. 31. & sequen.

14 9. Amp. ut patruus, qui est ipso iure legitimus datiuum excludat Specul. de legit. tut. num. 3. vbi etiam quod frater impubes adueniente ætate datiuum excludat.

15 10. Amp. ut datiui constitutio nulla sit, si legitimus tutor extet. l. si sororis vbi Bal. & Salic. C. Quidar. tut. pos. Laderch. conf. 41. num. 1. nisi legitimus sciens & in mora constitutus esset de cõi Cor. conf. 210. in fine lib. 3. Alex. conf. 161. nũ. 5. & 6. lib. 5. ibi num. 4. legitimum in datiui cõstitutione debere citari & Gab. de citat. concl. 1. num. 260.

11. Amp. ut utrinque coniunctus frater ex uno latere tantum coniuncto præferatur Serad. de feud. part. 10. sect. 19. num. 47. Gratia disceρ. 662. n. 19. prout & respectu successione allodialium, in qua successione soror etiam utrinque coniuncta fratri consanguineo præfertur, nisi statutum pro agnationis conseruatione factum sit Viui. dec. 469. num.

num. 8. & seq. ex receptissima, sed consanguineum cum vtrinque coniuncto admitti statuto fœminas exclud ente obmares etiam intra certos gradus de coiori s und. dec. 239. Morda. dec. 159. Mart. dic. Pis 20. & 124. secus probans si patrui nepoti succedant quia & consanguineus admittetur & 126. consanguineum cum fratre vtrique coniuncto admitti statuto vsque ad certum gradum excludente fœminas, & intra illum filium sorores vterinæ cum vtrinque coniunctè filio succedere Gull. de except. suc. tit. 2. & 2. num 157. par. 3. ex Bar. in l. re coniuncti. num. 72. deleg. 3. in bonis fratris defuncti vtrinque coniunctum præferri secus in paterna hereditate, & si filios vulgariter pupillariter & per fideicorum suum substituerit ex coion. & bas. §. substitutio l. 57. Pereg. dec. 75. vtrinque coniunctum in successione fratris consanguineum & vterinum excludere ex receptissima etiam si statutum uinculum duplex considerans agnatos præferat; at sororem vtrinque coniunctam non excludere consanguineum & dec. 76. in successiuo fratris & patrui tantum duplicitatem vinculi atendi, in feudis emphiteosi donatione & fidei commisso etiam non attendi dec. 75. in retractu sanguinis consanguinei cum excludit dec. 76. num. 6. & dec. 77. fratri in testato succedere consanguineum in bonis paternis, in maternis vterinum, in aliis æqualiter, sed si vtrinque coniunctus extaret in totum succederet, & duplicitas consideratur etiam in filiis fratrum, in fratribus naturalibus, & in ascendentibus vt admittantur ad bene quæsita per lineam paternam, & in maternis ex linea materna quæsitis, in quæsitis vero sua industria vel fortuna à filio pater, et mater æqualiter succedent data gradus paritate, alias proximior succedet; hæc tamen distinctio bonorum paternorum & maternorum non habet locum extra fratres, & sorores, & eorum filios; paterna autem, & materna intelligi de immediate filiis quæsitis.

12. Amp. vt si legitimus superueniat vt puta si alter pupillorum pubescat, testamentarius ad huc tutor maneat fratre pupillo legitimo tutore excluso l. 3. vbi glo. & Salic. C. de testam. tutel.

13. Amp. vt spes tutoris testamentarij spem legitimi & ab intestato venientis excludat l. si quis sub conditione vbi Bal. in princ. de testa. tut. Môtan. sing. 464. inferens validitatem argumenti à tutelis ad testamenta.

16 1. Lim. vt loco furiosi, cœci, muti, sordi, eiusque qui in consilium Principis adsumitur, suspecti, & remoti qui perpetuò excluduntur, & respectiuè excusantur, alter tutor à iudice detur l. complura. de tut. l. si quis sub conditione de testam. tute. l. verum §. ex fa. to de minor. l. curaterem l. præses. l. pietatis l. de suspect. tutor. & si suspectus legitimus sit alter iungetur Montan. de tut. cap. 21. num. 10. & seq. sed remoto tutore matrem & auiam præferri Cor. cons. 183. num. 5. lib. 4.

17 2. Lim. nam tutore misso. Legato ad hostes, ab eisque recepto, aut transfuga interim alius tutor dabitur l. siquis tutor. de tut. Monta. supra num. 14.

19 3. Lim. quando legitimus tutor status controuersiam pupillo mouisset, eamfilium non esse defecti afferent, & ad se hereditatem pertinere, tunc enim alius tutor dabitur l. idem. fiet. §. cum autē di testam. tut. Monta. supra num. 15. idem dicens si quæstio, vel lis alia inter eos mota fuerit.

19 4. Lim. quando aduersa valetudine senectute vel diffuso patrimonio tutor datus administrationi nō sufficeret, tunc enim dabitur tutor alter periculo tutoris, qui tamen magis rerum administrator quā curator intelligetur l. solet de tutel. l. decreto de administrat. tuto. l. non solum §. fin. l. & non l. idem de excusation. tutor. l. testamento tutor. C. eod. Montan. supra num. 16.

20 5. Lim. & declara, nam si loco matris dari debeat quæ tutrix esse noluit sed de iudice tutorem dari petiit, legitimo locus sit, aut tutrix secundò nubere volens ad iudicē accessit, hoc mōstrans tutorem filiis dari petens, tunc datiuo locus erit, si verò iudicem non curans, ad secunda vota transire voluit, tunc legitimo locus fiet Bar. in authent. sacramentum C. quan. mul. tut. offi. fungi pos. Bero. q. 66. Gab. consf. 27. num. 2. lib. 1. Galganet. de tit. de tutel. lib. 3. q. 14. post Bal. cons. 81. lib. 2. num. 1. Monta. supra cap. 16 num. 11. & seq. prout. & quando tutor non fuit legitimè datus, vel datiuus statuto silet, nisi omnes legitimi cessent Scrader. supra num. 82. Ruin. cons. 125. num. 7. 8. lib. 5.

21 6. Lim. nam tutela datiua adminiculo testamētariæ legitimam tutelam excludet l. siquis sub conditione vbi Box. de testam. tute. Intrigl col. de feud. cent. 2. artic. 36. num. 171.

22 7. Lim. nam ob temporale impedimentum legitimi puta quia minor existat, aut spes testamentariæ tutelæ extet. datiuo locus fiat non autem legitimo, & legitimi datio nulla sit l. si quis 11. vbi Bur. de testām. tutel. Salic. in authen. sicut num. 2. C. de legit. tut. Bal. in l. non solum §. si libertas in fi. de excusat. tut. spec. de tutel. legit. num. 4. & de anom. tut. num. 8. in testamentario si reliquę remaneant vt quia excusatus sit vel remotus datiuo locus erit; aut non remanent vt quia naturaliter, vel ciuiliter obierit, & tunc si aliquis remaneat, locus erit datiuo alias legitimo, si autem fuerit legitimus, quomodocumque legitimus desierit legitimo locus erit; si autem datiuus desierit, ad legitimum, si extet deuenitur, alioquin ad datiuum & Bar. in l. si quis. 11. num. 2. de testam. tut. Soc. Iun. cons. 85. num. 31. lib. 3. vbi etiam ad matris exclusionem & Cor. cons. 183. num. 2. lib. 4. Nicel. concordat. glos. glos. 116. num. 438. Gratian. disceptation. forens. 63. num. 9. & seq. Piag. de tut. q. 9. num. 8. Scrad. d. part. 10. sect. 19. num. 82. posse tamen eligi matrem Cor. supra num. 3. 4. Sard. cons. 159. num. 9. & seq. secus in perpetuo probans, & datus ob temporale cessat, impedimento cessante, sed legitimus nōn reuocatur proximiore superueniente num. 16.

23 8. Lim. vt licet testamenttario mortuo naturaliter vel ciuiliter legitimo locus fiat, secus tamen est si testamentariorum aliquis remansisset tunc enim datiuo locus erit, prout, & si testamentarius remotus vel excusatus fuisset l. si quis sub conditione de

testam. tut. Petr. Iacob. in practica rub. 114. num. 11, Montan. de tutel. cap. 21. num. 4. post. Ang. cons. 92. in princ.

24 9. Lim. testamentarium non praeferri legitimo administratori sicut est pater l. 1. l. de bon. mater. Port. §. permissum num. 4. vbi Addent. Instit. de tut. Montan. d. cap. 13. num. 12.

25 10. Lim. vt matre in mora existēte sit locus tutelae datiuae decōi Soc. sun. cons. 85. num. 17. lib. 3. post quatuor silicet menses Sund. cons. num. 21.

26 11. Lim. lite mota super testamento pendente tutor datus confirmabitur, et euentus declarabit, an testamentarius vel datiuus esse debeat l. iure nostro in fine & l. seq. de testam. tut. Monta. de tut. cap. 21. num. 3.

27 12. Lim. quando mater esset minor 25. annis, tūc minoritate vel impedimento subsistente non datur alter legitimus sed datiuus quousq; impedimētum vigebit Cor. cons. 17. num. 26. lib. 2. sed ex magis comm. legitimo vel datiuo locum fore tradit Bero. cons. 123. num. 27, lib. 3.

28 13. Lim. quando tutor scriptus appellat vel abest, tunc alter tutor interim dabitur l. 2. de tut. & curab. dat. ab his l. curatorem C. qui dar. tut. Bar. in l. solet de tute. Montan. d. cap. 21. num. 5. 9. & 10.

29 14. Lim. nam quando in testamento tutor sub conditione, vel ex die datus fuit, quamuis pupillus habeat tutorem legitimum alter dabitur d. l. siquis et §. sed et si instit. de Attilia. tuto. Monta. d. cap. 21. num. 6. Soc. cons. 20. num. 9. lib. 1. Scrader. d. num. 82. Soc. fun. d. cons. 85. num. 31. etiam si mater extet, et conditione deficiente non censeri testamento tutorem datum et esse locum legitimo. Viui. det. 2. num. 19.

30 15. Lim. in dati. filio emancipato qui licet confirmatus datiuus dicatur etiam si testamento datus sit legitimo tamen prefertur Manzi. de tute. tit. quib. person. testam. etc. in fi. quaest. 1. princ. vbi de comuni.

31 16. Lim. quando testamentarius remotus vel suspectus esset ac reliquiae testamentarij remanerent vel impedimentum temporale esset, et ad tempus excusaretur tunc non erit locus legitimo sed datiuo, prout si furiosus vel relegatus sit ad tempus l. non solum §. qui l. idem Vulpianus l. tutor petitus §. fina. de excus. tutor. Signor. cons. 163. num. 2. Petr. Iacob. d. rubr. 114. num. 11. et seq. Montan, supra num. 7. et 8. et cap. 13. num. 9. et cap. 16. num. 18, et seq. Scrader. d. num. 82.

32 Sublim. non procedere quando testator vnum sine alio tutore gerere noluit, tunc vno tutorum vita functo, legitimo locus erit Bal. cons. 308. lib. 2. Montan. d. cap. 16. num. 22.

33 17. Lim. quando aliquis testamentarius superesset non aptus tutelae datiuo locus erit prout si proximior inhabilis temporaliter esset Signor. cons. 193. num. 2. Crac. cons. 690. num. 3. et 7. quamuis secus foret vbi superstes idoneus esset num. 8. Montan. d. num. 8.

34 18. Lim. nam quando semel legitimus admissus fuit, et sic non ipso iure desijt tutor esse, tunc sequens in gradu legitimus non ad mittetur, sed datiuo locus erit, et idem quamodo funditus, et ipso iure tutor esse non desiit, sed iudice hoc agente, secus si iudice hoc non agente decōi Bero q. 66. num. 7. Franc. Marc. decis. 251. in fine lib. 1. Monte. d. cad. 17. num. 7. 11.

35 Amp. quando legitimo aliquod impedimentum superuenit, eo etiam vigente datiuo locus erit, quo impedimento cessante ad tutellam legitimus admittetur de communi omnium Cor. cons. 284. num. 2. lib. 3. Soc. cons. 20. num. 9. lib. 1. vbi in constituto sub conditione vel ex die Petr. Iacob. d. rubr. 124. num. 12. licet si legitimus desinat, vel excusatur, sit locus sequenti legitimo per l. tutelā §. non tantum de legitim. tut. et si testamentarius remoueatur legitimae tutelae matris et auiae locus fiet, Cor. cons. 184. num. 5. lib. 4.

36 19. Lim. vt electus datiuus ante confirmationem testamentarii, non remouetur per testamentarii confirmationem subsequentem l. 3. C. de confirm. tut. vbi glo. et Doc. Piag. de tut. q. 9. num. 7. in fine Gotier. de tutel. part. 1. cap. 2. num. 26. vide in fra tit, 5. cap. 1. amp. 12.

37 20. Lim. nam si testamentariae tutelae spes extet vt puta ante ad istam hereditatem tunc Attilianus dabitur tutor ad adeundum tantūmodo, §. sed et si sect. de Attili. tuto. Aretin. in §. quod autem nū. 2. Instit. de legit. tut. et in §. 1. num. 2. vbi Add. ad Fort. num. 2. Inst. qui testam. tut. etc. Monta. de tutel. cap. 10. num. 46. et cap. 13. num. 10. et cap. 16. num 8. & cap. 21. num. 2. per l. si nemo & l. seq. de testam. tut. et §. item si iure Instit. de Attilian. tutor.

38 21. Lim. nam datiuae locus erit, si testamentaria sub conditione tacita, vel expressa pendente, vel ex die certa, vel si pure tutor testamento datus sit, sed non sit adita hereditas, vel testamentarius tutor minor esset 25. annis, vel à tutela remoueatur vel excusetur, vel ab hostibus captus sit, vel si vnus expluribus testamentariis aliis superstitibus obierit vel deportatus fuerit d. §. sed et si Instit. de Attil. tuto. d. l. si quis sub conditione de testam. tutel. et vltra supra citatos in nonnullis praecedentium limitationum tradit Bur. in l. si hereditas de testa. tut. vbi ad adeundum visi hereditas opulenta esset, vt ibi Piag. de tut. et tut. q. 9. num. 8. Aldobrand. in §. furiosus num. 4. Inst. qui testam. tutel. dar, pos. et Scrad. de feud. d. past. 10. sect. 19. num. 82.

39 Amp. idem esset in legitimo cui praedictorum aliquid acciderit Bar. in l. si quis sub conditione nū. 2. de testam. tut. Bal. in l. fin. C. de legit. tut. Salic. in auth. sicut num. 2. C. eod. Scrad. d. sect. 19. num. 82.

40 22. Lim. nam pater emancipans filium impuberem statim eiusdem fit legitimus tutor. §. praeterea Instit. quibus mod. ius patr. post. soluit Soc. Iunior. cons. 53. num. 31. lib. 3. Amen. de patria potesta. effect. 14. n 2. Burs cons 133. num. 27. et legitimus dicitur §. 1. Inst. de legit. parent. tut. et §. 1. Init. de fiducia tute. vbi auo mortuo pater filii sui impuberis ab auo emancipati; et frater fratris emancipati fiduciarii tutore sunt, licet mortui patris filius legitimus sit, et fab. in d. §. 1. Inst de fidu-

fiduci. tut. Port. & alii; sed si puberes essent, non erit eorum curator legitimus, qui non datur, nisi furioso, mente capto & prodigo glo. in §. 1. verbo impuberes. Inst. de fiduc. tute. vbi de cōi Port. num. 1. in d. glo. & Aldobr.

41 23. Lim. vt infra tit. 5. & minus idoneo in testamento dato remoto, alter à iudice datur Soc. Iun. cons. 59. num. 44. & 45. lib. 3.

24. Lim. nam ex causa iudex datiuum potest legitimo præferre l. si quis sub conditione de testa tut. l. 2. 3. l. nec non l. in omni de tut. & cur dat. glo. & Doc. in l. si sororis 9. C. qui dare tut. Vvesemb. cons. 242. num. 19.

SVMMARIVM.

1 *Verbis claris tutores testamento cōstitui debent, nec enim sufficit custodiam, vel gubernium filiorum relinquere.*
2 *Cursa alicuius filij relictis, non dicitur tutor constitutus.*
3 *Litteris tutor, & curator eligi non potest.*
4 *Educatione, & gubernio institutorum penes aliquem sumptibus hæreditatis relictis, non dicitur tutor constitutus.*
5 *Administratore aliquo relicto, non dicitur tutor electus.*
6 *Vsufructuaria, domina, & massaria relicta, non dicitur constituta tutrix.*
7 *Vsufructuaria, domina, massaria administratrix, & gubernatrix filiorum suorum, ac domus: ad administrandū relicta censetur.*
8 *Epistola, ac testamento imperfecto, nisi à iudice confirmetur, tutor non constituetur.*
9 *Executor relictus cum potestate hæredem, & bona regendi, & gubernandi, tutor constitutus censetur.*
10 *Guard. verbum ad filios relatum, tutelam, & curam importat.*
11 *Pronunciatus licet non esset, tutor censetur, & cum eo gesta valida sunt.*
12 *Manui, & sub potestate pupillum relictū matris sufficit, vt ipsa tutrix constituta censeatur.*
13 *Verbis quibuscumque, dum tamen idoneis, tutor cōstituitur.*
14 *Viuum, & mortuum filium Titio relinquens, eum tutorem fecisse censetur.*
15 *Pronunciatio ad vlteriora procedendum gesta valida operatur.*
16 *Verbis latinis, & Græcis tutores constitui possunt.*
17 *Tutrix relicta vxor vsque ad ætatem legitimam, & ad maritationem, & omnium bonorum suorum; vsque ad pubertatem tutrix erit, postea curatrix.*
18 *Datio tutoris inualida, quandoque vt administratoris sustinetur.*

QVIBVS VERBIS, ET ACTIBVS TVTORES DENTVR. Tit. IV. Cap. I.

1 TVtores testamento claris verbis constitui debent, nec enim custodiam, vel gubernium filiorum relinquere sat est. Roman. sing. 165. Cor. cons. 280. n. 2. lib. 1. Capic. decis. 129. num 2. Soc. Sen. cons. 85. num. 26. lib. 3. Capr. cons. 16. num. 12. & 148. num. 7. Cassan. in consuet. Burgund. tit. defer. infans. rubr. 6. §. 4. in tex. si par le pare num. 4. col. 853. Purpur. in l. 1. num 34. de iurisd. om. Iud. de cōmuni omnium Caldas de restitut. in integr versic. sine curatore. num. 115. Simon de Præt. de Interpretatio. vltima. voluntat lib. 4. dubitatio 44. num. 93. pag. 220. idem dicens, si matri suos filios testator reliquisset, Monta. de tute. cap. 11. num. 1. & 7. vbi testatur de comuni quando sub custodia reliquisset, ex Cor supra num. 6. & Marta. de suc. leg. part. 2. q. 4. art. 3. num. 14.

2 1. Amp. non sufficere sub cura filios fuisse relictos, vt sub tutela relicti filii censeantur Purpur. in l. 1. num. 36. de iurisd. om. iud vel alicui fuisse relictos Capra. vbi supra, nec sub custodia, & iussu alendi Cor cons. 280 num. 2 lib. 1 nisi matris custodiæ relicti fuissent Galganet. de tutel lib 3. q. 4. num. 4. ex Boer. decis. 124. Soc. Iun d. num. 16. Montan. supra num. 10. sed nec matris custodia id operari. Roma. sing. 165.

3 2. Amp. vt non possent tutores, & curatores per litteras eligi, quia presentia requiritur, ac iudicis decretū Cast. in l. procurator est. nu. 5. procurator. Genua. de scriptur. priuat. lib 3. q. 16. infra amp 6.

4 3. Amp. tutores datos non censeri, ex eo, quod filijs, à patre testatore institutis, testator dixerit, volo quod filii nati, & nascituri educentur, & gubernentur apud Seium sumptibus hæreditatis Cor. con. 280 in princip. lib. 1. Caldas d. versic. sine curatore num. 115. versic. idem erit Montan. supra num 6. nisi addita sint verba tutricis, & curatricis Soc Iun. cons. 97. lib. 1. vbi declarat quid verba gubernatrix, & administratrix importent

5 4. Amp. ex verbo administratorem per testatorem expressum, relinquendo scilicet aliquem administratorem, non censeri tutorem constitutum Boer. decis. 124. num. 2. & 3. Montan supra. num. 8.

6 5. Amp. non censeri tutricem eam constitutam, quæ vsufructuaria, domina, & massaria relicta fuit Bal. cons. 294. lib. 5. versic. sed numquid per prædicta per tex. in l. qui aliena. §. quamquam, de nego. gest. vbi dicitur quod si testator pietatis, fiducia committat coniugi suæ quod negotia cōmunis filij gerat, non per hoc eam tutricem reliquisse videri, & loquitur Bal. de Principe testante. Bero, cons. 37. num. 2. lib. 2. declarantes quid importent illa verba

7 Lim. nam relicta vsufructuaria, domina, massaria; administratrix, & gubernatrix filiorum suorum ac domus; ad administrandum adscripta censetur, Roma. sing 165. Bal. & Bero. supra Capic. dec. 129. nu. 2. Boer. decis 124. Ferret cons. 312. Borg. de tutor. num. 17. Gutier de tutel. part. 1 cap. 5. num. 13. Galgan de tutel.

8 6. Amp. per epistolam, ac testamento imperfecto non constitui, nisi à iudice confirmetur l. 2. C. de confirmatio tut. vbi Bal. & alii supra amp. 2. & infra dicetur. tit. 5. amp. 17.

7. Amp. intestatum dici eum, quoad tutelam, qui, & si testamentum fecerit, tutorem tamen filio non dedit §. quod autem Inst. de legit. agnato. tute. l. intestato parente de legit. tute. Sard. cons. 392. n. 15. vbi etiam institutione & legato generali non venire emphiteotica Ecclesię etiā noua, & dec. 11. in fi & Rot dec. 262. in fi par. 1. diuers 219. in fi ne par. 4. diuers. nisi hęreditaria essent vt ibi dec 271. coram. Ludouis. 61. par. 2. recentis. vel nisi adinstar allodialium redacta essent, vt ex Bonifaciana, & Paulina in territorio Ferrariæ dec. 371. num. 25. par. 5. diuers.

9 1. Lim.

9 1. Lim. quando aliquis relictus fuit executor testamenti, eique tradita potestas filium suum, & heredem cum bonis suis regendi, & gubernandi tūc enim, tutela relicta censetur. Capra conf. 16. n. 11. Franc. decision. 584. Add. ad Dec. in c. ex parte, de appel. Monta supra num. 5.

10 2 Lim. nam tutela, & cura ex verbo, grand. cōstituta censetur, si filiorum respectu prolatum appareat. Bat in l si quis sub conditione, num. 11. de testam. tute. secundum comunem, & Homet. in l. 14. Tuusc. num. 10. & Gutier. de tutel part. 1. cap. 8. num. 22. Add. vd Dec. supra Monta. supra. quorum vterque loquitur, de relictis curæ gubernio regimini administrationi,

11 3. Lim. quando testamentarius tutor (licet non esset) pronunciatus fuisset, nisi error vel falsa causa interuenisset, quamuis eum sic pronunciato gesta valida, sint. Cor. conf. 280 nū. 1. & seq lib. 1.

12 4 Lim. sat esse pupillam fuisse relictam sub manu, & potestate matris vt ipsa censeatur cōstituta turrix secundum veriorem, & magis tutam opinionem. Cassan. supra num 5. Caldas. d. versic sine curatore. num 115. Purp. in l. 1. num. 33. de iurisd. om. iud. Ias. in l. manumissiones de iust & iur. Boer. dec. 124. num. 6. Ripa in l. centurio. num. 198. de vulg & pup. substit. Simon. de Pret. de interpraetatio. vltim. voluntat. lib. 3. Solutio. b. de pupilla substitutio. num. 61. & lib. 4. dubitatio. 4. num. 93. pag. 220. Montan. de tutel. cap. 11. num. 2. de comuni Galganet. de tutel. lib. 3. q. 4. num. 3. & quando sub gubernio, regimine, vel manu, relicti filii essent Franc. d. decis. 574. Feret. conf. 312. num. 2. vbi filijs relictis sub potestate, & obedientia matris & num 1. sub cura, & gubernio relictis filiiis, dem probat. Monta supra.

13 5. Lim. tutelam qnibuscumque verbis constitui, dummodo ad il'ud idoneis Gub. conf. 45. num. 1. lib 2. Gratian. discep 830. n 1. & seq. 919. nū. 1. & si curator defensus administrator relictus esset ibidem, & græcis verbis etiam l. 8. C. de testa. tute.

14 6. Lim. Titium cui testator, filium suum viuum, & mortuum reliquit, tutorem constitutum censeri, hæc enim verba tutelam, & pupillarem continēt substitutionem Soc. conf. 83. lib. 1. Franch. decis. 584. Montan. supra num. 4. Meno. lib. 4. præs. 34. num. 45. Fusar. de subst. q. 113

15 7. Lim. nam iudex prenunciando cum compatente ad vlteriora procedendum, si tamquam tutor comparuisset, cum eo gesta valida esse operatur, licet illegitimus tutor esset. Natta. conf. 334. n. 3.

16 8. Lim. nam latinis, & græcis verbis tutores constitui possunt l. tutores. 8. vbi glos & Doc. C. de testam. tut. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 2. num. 33.

17 9. Lim. nam si vxor fuerit relicta, & constituta tutrix vsque ad ætatem legitimam, & ad maritationem, & omnium bonorum suorum, vsque ad pubertatem, tutrix erit, postea curatrix l. pater seuerinam §. conditionem. de conditio. & demonstrat. Marcabrun. ab Anguil. conf. 97. num. 1. et sequent. quod est Collegij Ferrarien. decisuum; non tamen, ea verba maritationis curam tribuere tutrici num. 44. et sequent. et dictionem vsque stare inclusiuè, non autem exclusiuè. num. 70. & seq.

18 10. Lim. vt si datio tutoris in vim tutelæ nequeat sustineri, valebit in vim administrationis, & gubernii Sard. conf. 428 num. 14. & seq. Gratian. disceptat. 919. n. 3. idem è contra dicens iuxta Bar. doctrinam in l. si patronus, de confirman. tuto. & quando datus fuit tutor, & administrator quod si tutor non sit sustineatur actus, vbi administratoris vel curatoris, cum tutoris nomen procuratore soleat vsurpari. Dot. dec. 588. n. 8. par. 2. recentis. 89. n. 14. par. 2. diuers.

SVMMARIVM.

1 *Pater, & auus paternus tutores filijs, & nepotibus constituere possunt, etiam in codicillis.*
2 *Codicillis tutores constitui, non posse nisi fuerint testamento confirmati contra supra citatos.*
3 *Codicillis vel minus solemni testamento tutor datus confirmatur a Iudice.*
4 *Statuto codicillis tutor testamentarius censeri potest.*
5 *Codicillis vnus, alter testamento, tutor dari potest, & vterque tutor erit.*
6 *Codicillis alter datorum in testamento constitutus, alter censetur reuocatus.*
7 *Suspectis vel prodigi tutoris datio, tenet scienter à testatore procedens.*
8 *Mutis tutor dari potest.*
9 *Mater, filijs, potest tutores quo ad eis relicta constituere.*
10 *Mater non potest filijs dare, tutores, nisi heredes, instituat eosdem.*
11 *Mater non dat filijs tutorem à patre habentibus, vel in potestate patris existentibus, nisi tutore, instituto, vt ibi.*
12 *Matre dante tutorem confirmatione iudicis cum inquisitione opus est.*
13 *Naturalibus filijs in his quæ eis relinquunt parentes tutores dare possunt in cæteris confirmatio iudicis cum inquisitione requiritur, & si pater vnum alium dederit mater vterque tutor, erit quo ad filios per eos respectiuè relicta.*
14 *Vasallus filijs tutores dare potest, extraneos etiam.*
15 *Natis, & nasciturisfilijs tutor à parētibus dari potest*
16 *Filijs tutor datus ignoratus constitutus, non censebitur, nec his quos pater decessisse putabat.*
17 *Minor 25. annis adultus filijs, tutores dare potest.*
18 *Exheredatis filijs, pater, tutores constituit.*
19 *Pater extraneo instituto filiis, testamento tutores dare potest.*
20 *Filiis vxore tutrice relicta, de communibus intelligitur.*
21 *Filiis emancipatis tutor dari potest iudicis cōfirmatione accedente sine corpresitione.*
22 *Confirmari non debet tutor cuius improbitas testatoris cognita non fuit.*
23 *Testamento minus solemni datio tutoris nulla est.*
24 *Confirmatio iudicis validat tutoris constitutionem inualidam, ob testamentū minus solemne.*
25 *Confirmatus a iudice datiuus censetur.*
26 *Testamento rupto post humi præteritione tutela sustinetur.*
27 *Confirmatione non indiget solemni testamento tutor datus.*
28 *confirmatio tutoris requiritur quando sub custodia matris tantum fuit constitutus, secus si sub potestate, vel manu.*
29 *Confirmatio non requiritur quando tutor ex liberis dátus fuit in testamento minus solemni.*
30 *Confirmatio non exigitur, in aliis testamentario emā-*
cipato

cipato excepto.

31 *Confirmatio, si requiratur, ante eam videre alium tutorem dare poterit qui subreptione cessante testamentarii confirmationem impediet.*

32 *Datiuo locus, non est tutoris legitimi mora cessante.*

33 *Prateritis, & in legitima, tantum institutis tutor dari potest.*

34 *Regi impuberi tutor, puberi curator dari potest.*

35 *Confirmatione opus non est, si tutor testamento minus solemni liberorum alter datus sit, secus, si extraneus.*

36 *Testamento rupto falso, & in officioso datus confirmatur, etiam sine inquisitione.*

37 *Confirmari tutor nequit status tutoris mutatione secuta.*

38 *Dationem tutoris, etiam per epistolam patris probari, si veritas epistola quinque testibus probetur.*

39 *Hareditate adita, etiam ab altero haredum tutela datio tenet.*

40 *Inuitis, etiam tutor datur.*

41 *Ventri tutor dari potest.*

42 *Liberto tutor dari permittitur.*

43 *Extraneo tutor, ab instituente illum haredem dari potest, qui confirmandus erit cum inquisitione.*

44 *Adulto furioso, & prodigo tutor testamento datus cõfirmatione indiget.*

45 *Filius fam. & pater fam. & quilibet testamento tutor datur.*

46 *Seruus cum libertate, etiam tacitè tutor datur.*

47 *Seruus cui fideicommissaria, libertas relicta fuit, & tutor datus, non rectè datus censetur.*

48 *Furiosus testamento, tutor datur, qui cessante fatore tutor erit.*

49 *Minor testamento tutor datur qui maior effectus tutur erit.*

50 *Mater, & auia testamento tutrices dari possunt.*

51 *Mater minor 25. annis, nisi ex consuetudine tutrix cõstitui nequit.*

52 *Forensis à testatore non à iudice tutor constitui potest.*

53 *Filio tutor datus omnibus, etiam fœminis datus censetur*

54 *Debitor, et creditor, tuenter à patre, tutoris dari possunt.*

55 *Minor 25. annis, tutorem testamento constituit.*

56 *Substitutus pupillaris testamento tutor dari potest.*

57 *Commodum, etiam ex testamento non habens tutor datur.*

58 *Auus nepotibus & filio in potestate tutores dat, si mortuo auo in potestate patris recasuri non sint.*

59 *Nepotibus tutor datus filiis, etiam constitutus censetur.*

60 *Spurio, non ex vita damnato tutorem dat pater in eo quod ei reliquit, & naturali, etiam cum confirmatione, sed si nihil reliquerit inquisitio requiretur, susceptus potest à patre tutor dari.*

61 *Filiis tutor datus, non censetur, ne postibus constitutus*

62 *Liberis, vel posthumis datus nepotibus, etiam datus erit.*

63 *Filiis, et nepotibus in potestate patris, & aui extraneus tutorem non dat.*

64 *Filio emancipato, non datur tutor quia contracta fiducia censetur.*

65 *Filio in aui potestate mansuro, non datur tutor patre, etiam vita functo.*

66 *Filio fam. datur tutor, si pater furiosus, vel prodigus sit.*

67 *Filio fam. patre. bannito, ita vt impune offendi possit tutor datur.*

68 *Filiofam. curator datur quãdo patri vsus fructus, non acquiritur.*

69 *Filiofam. curator datur, si pater in adeunda hareditate morosus existat.*

70 *Filiofam. curator datur patre eius bona dissipante.*

71 *Filiofam. non datur curator patre, eius bona dissipãte.*

72 *Filio fam. datur curator, si pater persona turpis vel abiecta sit.*

73 *Filio fam. adoptiuo tutor datur.*

74 *Furiosi vel simili morbo laborantes tutores non dãtur.*

75 *Filio, & heredi suo tantum tutores dantur.*

76 *Extraneus dat tutorem ei, quem haredem instituit, sed confirmari debet, quia datiuus censetur.*

77 *Spurio à patre tutor non datur.*

78 *Spurius filio legitimo non datur tutor.*

79 *Naturali filio pater non dat tutorem, nisi iudex confirmet.*

80 *Spuriis alimenta pater praestare tenetur.*

81 *Spuriis ex congressu iure ciuili permisso, tutor datur à patre.*

82 *Persona, non rebus tutor datur.*

83 *Persona, non rebus tutor datur, etiam, si testator aliter disposuerit.*

84 *Persona sed rebus, non datur ex statuto ita cauento.*

85 *Persona non datur, si rebus alterius territorii constituatur.*

86 *Aetas minor probatur, tutoris datione, curatoris furor*

86 *Maiori, non tenet tutoris datio.*

87 *Tutores dari non possint, qui nequeunt esse tutores vt mulier.*

88 *Mulier tutrix esse potest Principis indultu.*

89 *Certa rei vel causa non datur tutor.*

90 *Actui vni puta ad hareditatem adeũdam tutor constitui potest.*

91 *Tutorem habenti, non datur tutor.*

92 *Tutorem habenti nec cum decreto datur tutor.*

93 *Tutorem habenti, vbi tutor dari potest, si alia causa quam deberet expressa sit, & cum decreto detur datio nulla est.*

94 *Filio fam. vel nepoti in potestate patris vel aui non datur tutor.*

95 *Curator datur in aliena potestate existente.*

96 *Curator filii fam. datur, si res eorum pater negligat agnoscere.*

97 *Tutoris surdi muti vel furiosi loco tutor datur.*

98 *Tutorem habenti tutor datur, quo ad patrimonium alterius Prouincia.*

99 *Matre tutrice existente tutorem petente filiis antequã nubat, constituetur.*

100 *Matre extante qua tutrix esse velit, quando alter tutor non detur.*

101 *Tutorem habenti excusatum relegatum, vel remotum tutor datur.*

102 *Tutorem habenti excusatum relegatum, vel remotum temporaliter non datur tutor sed coadiutor.*

103 *Excusatio post tempus, non operatur alium tutorẽ dari.*

104 *Legato vel transfuga apud hostes tutore existente non datur tutor.*

105 *Absente tutore causa Reipub. tutor alter datur.*

106 *Mater filio dat tutorem cui alium pater constituerat, si tutorem instituat, & roget filio restituere adueniente pubertate.*

107 *Tutore absente tutor alter dari potest.*

108 *Tutore absente actor tutoris periculo datur.*

109 *Tutore inutiliter dato, tutor alter constituitur.*

110 *Tutore agrotante datur curator.*

111 *Tutor Atilianus datur ad adeundam hareditatem qua adita desierit esse tutor, & testamentarius succedit.*

112 *Tutorem plurium altero vita functo, loco eius alter datur.*

113 *Tutorum plurium altero defuncto non datur alter si, ceteri progerendo sufficerent.*

114 *Tutoribus omnibus defunctis vel absentibus legitimus intrat.*

115 *Tutoribus pluribus datis cum clausula, vt omnes simul gerãt moriente altero, eorum tutela quo ad omnes expirat.*

&

& legitimus succedit.

116 *Contrarium tenent alii.*

117 *Pluribus datis cum clausula, quod tres concordes gerãt, si duo tãtum superessent tutela, quo ad omnes expirat.*

118 *Plurium tutorum qui supersunt tutela finita gerentes non tutella, sed negotiorum gestorum actione tenentur.*

119 *Coadiutoris cura tutoris morte expirat.*

120 *Datus à iudice loco vnius testamentariorum defuncti, alio testamentario decedente non desinit esse tutor.*

121 *Tutorem habenti tutor ex statuto datur.*

122 *Tutorem habenti facultatibus auctis datur curator.*

123 *Tutores alii à testatore post primum dati omnes tutores erunt.*

124 *Tutore mouente status controuersiam pupillo, tutor alter constituetur.*

125 *Tutore appellante, die vel conditione pendente, hareditate ex testamento, non adita tutor alter dabitur.*

126 *Curatorem habenti, curator datur.*

127 *Tutorem habenti tutor alter ex causa dari potest.*

128 *Tutor ex causa datus ob quam dari non debuit etiam cũ decreto non est tutor.*

129 *Sacerdos testamentarius tutor esse non potest nisi miserabilium personarum.*

130 *Vsurarius manifestus, non potest filii tutorem dare nisi prastita prius cautione vsuras restituendi.*

131 *Tutores ij tantum dare possunt quibus a lege vel Principe concessum est.*

132 *Tutor arbitrio proximiorũ magis idoneus dandus est*

133 *Mater non dat filiis tutorem, datus tamen confirmatur.*

134 *Ascendentes per lineam maternam non dant tutores, dati tamen confirmantur.*

135 *Mater tutorem filiis dat quo ad eis relicta.*

136 *Materno tutori à patre datus praefertur.*

137 *Mater filio in legitima tantum instituto non dat tutorem.*

138 *Contrarium tenent ibi citati.*

139 *Testamento à patre aliòue in potestate habente tantum datur.*

140 *Minor 25 annis, testamento tutorem, non constituit.*

141 *Contrarium tenent ibi citati.*

142 *Patronus, & extraneus liberto, & extraneo non dat tutorem.*

143 *Patronus, & extraneus ab eis institutis tutores constituunt.*

144 *Extraneus nullo modo tutores sine institutione haeredis dat, nec datus confirmatur à patrono datus sine ea confirmetur.*

145 *Incertus dari, non potest, nec certus incertis.*

146 *Incertis datur tutor, si coniecturis certificari possit.*

147 *Testamenti passiuam factionem, non habens tutor dari nequit.*

148 *Filiis naturalibus pater non dat tutorem; datus autem confirmatur.*

149 *Mulier testamento tutrix dari non potest.*

150 *Tutor arbitrio, & electione vxoris testatoris dari nequit.*

151 *Iudeus Christiani tutor constitui neutiquam potest.*

152 *Recasuris in potestate, nec miles tutorem dat.*

153 *Testamento datus non dicitur tutor, nisi iure datus, fit sublim. n. 154.*

155 *Adscribens sibi tutelam, an tutor sit.*

QVI. TESTAMENTO QVIBVS, ET A QVIBVS TVTORES DENTVR. Tit. V. Cap. I.

1 PAter, & auius paternus tutores filiis, & nepotibus post mortem alterutrius eorum in patris, vel aui, potestate non remansuris, testamento, & codicillis etiam testamento non cõfirmatis, & ab intestato constituere possunt. §. permissum. Inst. de tutel. l. 1. & 3. de testam tute. l. 7. l. eod. Soc. cons. 283. n. 3. in fine. lib 2 post Oldrad. cons. 138. n. 7. Caldas. de restitutio. in integr. verbo. sine curatore. n. 60. Amen de patr. potesta. effect. 14 n. 4. Dec. in l. quo tutela. 73. §. nemo. de reg. iur. Manzi de tutel. tit. quib⁹. personis testam. tut &c. Gutier de tutel part 1. cap: 3. n 1. & seq. & à patre datus, si post patris mortem in alterias potestatem, filius recasurus non sit, nasciturus etiam, confirmatione, non indigebit. l: 1. de testam. tutel. Intrigliol de feud. centur. 1; q: 45. n. 103. Scrader. de feud. part 10. sect. 19 n 2: Montan. de tutel. cap. 8 n. 1. & 11. vbi quando codicilli testamento confirmati fuere, & n 24. & etiam si codicilli non sint testamento confirmati: cap. 10. n. 17 Galganet de tutel. lib. 1. tit. 2. n: 1. & q: idem in militibus dicens. & n 28. & lib. 3: q. 8. n. 7. vbi etiam inter viuos, & ab intestato ex l. 2. l de confirmatio. tutor. vide infra. tit. 11. cap: 1. impuberes enim in tutela esse conuenit vt qui perfectae aetatis non sit, alterius tutela regatur. §: impuberes Inst. de Attil. tuto Masuer. in precet: tit. de tut. & cur. n. 3.

2 Contrarium respectu codicillorum, vt in eis, nisi fuerint testamento confirmati, tutores dari minime possint Imo. in cap. quia ingredientibus. n. 8. de testam. Soc. cons. 20 n. 5. lib. 1. intelligens si absque testamento in codicillis dati fuerint, quia facto testamento per illud confirmati fuere eo ipso quod factum fuit. Monti de coniect. r. vltim. uoluntat. lib. 4. tit. 2. n. 10. Simon. de Pret. de vltim. uolunt. lib 2. solutio 2. n. 50. pag 233. Rol. in florib. testament. rubr. 30. n 1. Menoch. lib 4. praesumptio 26. n. 29. de cõi. Monta de tutel. cap. 8: n. 12 & cap. 10. n. 17. Papien. in form. lib. ad. redd. rat. tut. glo. in suo. n. 1. vbi etiam nec in epistola.

3 Tenendo primam opinionem, ut codicillis datio facta subsistat, etiam si testamento non fuerint confirmati, quia hodie, etiam si expressè non fuerint à testatore confirmati, censentur confirmati fuisse §. non tantum Instit. de codicil. l. 1. de confirman. tuto. Igne in auth. ex causa n. 179. C de liber. praeter. vbi à Iudice confirmati Mart. vbi supra. n. 3. qui etiam a iudice confirmati debere, inquit, & si minus solemni testamento datus fuerit tutor quod à iudice confirmari debeat, sine inquisitione, & datiuo praeferatur, de magis communi. Alex. cõs. 140 n. 2. & seq. lib. 1. & Laur. à Pinu. cons. 54. n. 3. & 4. & Gutierez. de tutel. part. 1. cap. 3. n. 17. idem dicens de curatore dato quamuis, si legitimè fuerit testamento constitutus confirmatione non indigeat, requiritur tamen iudicis decretum, vt administrare possit num. sequent post. Caldas. in d. versic sine curatore. n 116. si autem dixerit testator, relinque custodiam confirmari debent, vt per eos Matre autem in medio existente, vel auia, non etiam aliis legitimis, in codicillis impuberi datus confirmari nequit secundum Bal. in cap. ex parte. t. n 5. de appellatio. sed contrarium tenet Gutier. supra. n. 23. vide infra tit. 11. & datos in codicillis per iudicem confirmari Polit. de pupil-

lari

lari substitutio. per. l iure nostro §. final. de testã. tut. l. Canur. var. resol. tom 1. cap. 7. n. 1 codicillis datos testamento censeri confirmatos nisi expresse reuocentur l. 2. C. de testa. tut gl. in l. 3. ff. eod. & not in §. non tantum Inst. de codicil.

4 Et si ex statuto dati in codicillis testamentarii censeantur, non potest de validitate dubitari vt in cap. 45. lib. 2. stat. Lucensis Ciuitatis.

5 1. Amp. primam opinionem, vt quamuis alter testamento; alius autem codicillis datus fuerit, ambo tut res sint, nec per secundi dationem prior desinat esse tutor. l. 2. C. de testam tut. nec per datum in testamento derogatur dato in codicillis, nisi aliud actũ fuerit. Roland. d rub. 30. n. 1. communi Villadiego. de Legato q 16. n. 18. Manzi. vbi supra. n. 3. subdens, quod si ab intestato in codicillis detur, à Iudice confirmari debeat; idemque tradit, si in alia, qualibet minus solemni voluntate constitutus sit, nisi inter liberos datus fuisset. l. hac consultissima. §. ex imperfecto C. de testamen. Roma. sing. 8. n. 3.

6 1. Lim. quando ex duobus in testamento datis, alter in codicillis datus esset; alter enim censebitur reuocatus. Soc. cons. 283. n. 4. lib. 2. Montan. de tutel. cap. 8. n. 13.

7 2. Amp. etiam si tutor à patre constitutus suspectus, aut prodigus esset datio etenim subsistit, si pater illud sciuerit. Decian cons. 49. n. 10: 11. lib. 1. Gutierez. d. cap. 3. n. 10. & seq. vbi tamen inquit debere Iudicẽ perspicere an pupillo expediat, prius quam confirmet. Caldas. d vers. sine curatore. n 61

8 3. Amp. etiam si filii sint muti, vel nep. tes l. muto, de tutel. Manzi vbi supra. n 7.

9 4 Amp in matre quæ filijs quo ad eis relicta tutores constituere potest l. 4. ff & C. de testam. tut. alioquin dare, non posset cum filios non habeat in potestate Soc. Iun. cons. 50. n. 49. lib. 3. datum tamen tenere probat. Dec. in d. §. nemo n. 2. Decia. cons. 53. n. 51. lib. 4. Amen. de patria. potest esfect. 14. n. 5. Monta. de tutel. cap. 4. n. 17. & cap. 8. n. 37.

10 1. Lim. non procedere nisi filio totam hæreditatem reliquisset mater, secus si solum legitimam. Roman cons 188. n. 2. Galganet. de tutel ib 3. q. 6 idem de auo, & auia, materna; dicens vide infra amp. 13. n. 33. & 137. Papien d. glo. in suo. n 1. & tunc à patre tutor datus cuncta geret. Add. ibi, & Roma supra.

11 2. Lim quando pater alium tutorem dedisset vel esset in potestate patris, tunc enim à matre tutor dari non posset Soc. Iun. cons 59 n 32. lib. 3. nisi mater tutorem hæredem instituisset, & vsque ad ætatem quatuordecim annorum eiusdem filii, iussisset, ab ea institutum teneri filium alere, vt post d. ætatem filio hereditatem planè debeat restituere, tunc enim filio totam hæreditatem cum fructibus restituet, ac tutor erit. Durant. de tutor caut. 4. Montan. de tute. cap. 8. n. 40. Borg. de tutor. n. 11.

12 3. Lim. nam iudicis confirmatio cum inquisitione requiritur l. 1. C. de confirm. tuto. l. 2. ff eod. tit. Borg. supra n. 10. & seq. Thesaur. q 70. lib. 4. Igne. in authent. & causa. n. 178. C. de lib. præterit, si mater instituto filio tutorem dederit secus est, non enim requiritur inquisitio in confirmatione l. pater. de testam tut. quæ requiritur vbicunque, non instituto filio tutorem dedit quem potest præses etiam non confirmare l. mater C. testamen. tute Veri. in l ex facto n 454. de vulg. & pupilla. Nepos. a Monte Albano de exception. artic. 1 n 10. Pol de flori. testament. rubr. 30. n 1. Silu. in §. si n. 36. Instit. de tutel. Gratian. discep. 680 n. 9: & si datus à matre, sine hæredis institutione confirmetur tutor erit, alioquin si gesserit, pro tutelæ tenebitur. l. 4 C. de testa tut. vbi glo. & Sulci. Papi. d n. 1 vbi tamẽ iudicem nõ cogi, quod si se ante confirmationem miscuerit, & administrationem deseruerit fraus in illo præsumetur l. C. qui §. 1. & 2. de admi tut Masu. cõclus Sif n. 78. Soc Iun. cons 55. n 32. lib 3 vbi non posse confirmari quomodo is cui datur nõ potest esse sub tutela, licet administrare posset, si alia non obstarent puta dolus, vel quia sua gerere non posset. n. seq.

13 5. Amp. filijs naturalibus tãtum dari posse in suis quæ sibi à parentibus eorum relinquentur; in aliis enim necessaria est iudicis confirmatio, & inquisitio. l 2 de confirmat. tuto l nec. satis dubit. rem pupil. Salu. forc. l. naturali de confirm. tut. l. naturali b. C. eod. tit glo. fi in §. penult. Inst. de tutel. Manzi supra n. 7. vbi inquit, relictum emancipato sine inquisitione confirmari, si autem naturali nato ex cõcubina relictus sit, inquisitione opus esse Caldas. de restitutio in integ. versic. sine curatore. n. 87. & quod eorum, non etiam spuriorũ mater tutrix esse possit. Anch. cons 241. n 6. & Vs. fil. ad Afil dec 281. n 1 Dec. in l. que tutela. 73. §. nemo. n 6. de reg. iur. late uideas. Paleot. de noth. & Spur. cap. 52. sed datum emancipato vel naturali sine inquisitione confirmari debere Piag. de tut. q. 6. n. 6. & Gutier. de tutel. d. cap. 3. n. 17. & cap. 4. n. 15. 16. ex communi, & si datus à matre concurrat cum dato a patre, vnusquisque tutor erit, pro bonis respectiue relictis adante, tutorem; sed si non concurrant, prius tutor erit. n. 7. & cap 11. naturali, & extraneo non habenti patrem, ab instituente tutorem dari posse probat. non tamen spurio, & etiam à matre, & tam purè quam ad tempus, & sub conditione, non tamen fic à Iudice, nisi conditio tacitè subintelligeretur post Piag. de tutor. q. 3. n. 42. & seq. Ainerin supra n. 4. Barz de fil. non legitim. n. 36. confirmari debere probat. Mont. d. cap. 8. n. 35. post Rol. d rubr. 30. n. 12. Galganet supra. n. 8. vide infra li. 21. et tit. 33. n. 33. & matrẽ a patre dari posse Franc. Marc. dec. 11. part. 1. Ricci. collect. decis. 1215. vide infra. n. 79.

14 6. Amp. n. 79 in vasallis respectu feudi. Scrad. de feud part. 10. sect. 19. n. 3. & extraneum etiã dare possunt n 13. & seq vbi etiam vnum respectu feudalium, respectu verò allodialium alterum dari posse, etiam à Rege testatore. n. 16. & in minus solemni testamento a Principe datum ipso iure valere. n. 18.

15 7. Amp. tum natis quàm nasci turis liberis à patre tutores posse constitui, & post humis etiam nisi in po-

potestate patris, vel aui recasuri forent §. permissum Instit. de tutel. & §. si quis Inst. qui testam. tuto. dari. Ros. l. 1. de testam. tute. & Cor. cons. 143. n. 8. lib. 3. Sas. cons. 149. col. fin. lib. 2. Plot. in l. si quand 159. n 10. G. de in lit iurand Dec. in d. §. nemo. n. 2. Bursat. cons. 133. n. 29. Gutierez. d. cap. 3. n. 2. & etiam ventri. Amen de patria potest. effect. 14 n. 10. & sequent sed ante natiuitatem tutor constitutus curator erit; postea tutor. Manzi. supra n. 7. ampliat. 3. Bursat. supra Galganet. supra n. 2. quod si natiuitate post humi testamentum rumpatur, tutores iidem dabuntur ad adeundum ab intestato l. si pater. 31. vbi glo. & Bart. de testam. tute. Galganet supra tit. 2. n. 12. & 37. vbi filiis dates, censeri etiam post humis datos per tex. in l. 5. de testam. tut. & §. si quis filiabus Instit. qui testam. tut. dar. pos. Rol. de flori. testam d. rubr. 30 n. 30. vide & eis natis tutela incipiet Cald. de restit. in intrg. verbo. fine curatore in fra tit. 24. cap. 1. n. 76.

1. Lim antequam post humus nascatur non esse tutorem, sed si gerat nego. gesto. actione tenetur postea tutelæ. l. si nemo. vbi Bar. §. fin. de testam. tut.

16 2. Lim. nam si tutores filiis fuerint simpliciter dati qui ignoratur non continebuntur. Garz in l. gallus §. & quid si tantum. n. 16. de liber. & post hum. Io. de Amle. cons. 59. n. 10. vbi nec iis quos mortuos cogitabat Meno. cons. 40. n. 14. & 38. Galganet. supra. n. 39. per l. si quis. 16. §. si quis cum de testam. tutel. nec nepotes licet contineantur nomine liberorum, & posterorum. n. 37. per tex. in l. quid si. 6. de testam. tutel. Rube. in l. Gallus. §. quidam recte n. 98. & 100. de liber. & post hum. vbi tamen probat filiis datum tutorem, post humis etiam datum censeri, quia de post humis etiam videtur in genere cogitasse. Meno. lib. 4. præsump. 26. n. 24. vide in fra tit. 24.

17 8. Amp. in patre adulto minore 25. annis, l. si pluras. §. quamuis de adminiſtr. tute. quia testamentum facere potest, & filiis tutores dare. Roma. sing. 171. Aretin. in §. furiosus. n. 2. Institut. qui testamen. tutor. dar. possint. Monta d. cap. 8. n. 5. Cald. de rest. in integ. vers. fine curatore. n. 61.

18 9. Amp. vt filiis etiam ex hæredatis tutores dari à patre possint. Rainer. in l. si filius qui. n. 21 de vulg. & pup. substit. Soc. Iun in l. moribus. n. 22. eod. tit. Dec. in l. quo tutela. §. 1. n. 5. de reg iur. Vasq. de successio. lib. 2. §. 17. n. 27. Gutier. d. cap. 3. n. 24. Montan. d. cap. 4 n 17. per l. pater de testament. tutel. vbi secus in matre, & cap. 8. n. 6. Galganet. supra. n. 4. secus dicens in matre. n. 5. & præteritis etiam dari posse qui confirmabuntur, si testamentum querelari contingat. n. 11. per l. 4. & 10. de testam. tute. & si de viribus testamenti dubitetur interim à prætore dabitur l. iure nostro. §. fin. eod. tit.

19 10. Amp. etiam si pater in testamento extraneum instituisset, non est enim necesse pro validitate tutelæ aliquid in testamento paterno filiis fuisse relictum, quia tutela continet commodum filiorum glo. in l. naturali. de confirmatio. tuto. Aret. in §. permissum. n. 5. versic. aduertas Instit. de tutel. Montan. d. cap. 8. n. 5

20 11. Amp. vt relicta vxore tutrice filiorum cum testator filios ex primo matrimonio, & ex secundo etiam haberet, de filiis sensisse censeatur communibus, & ex secundo matrimonio susceptis, nec isto casu cum dicideræ sint personæ vtile per inutile vitiabitur, præsertim cum res etiam sint dicidetæ Bero. q. 67. n. 6. & 7.

21 12. Amp. vt filiis etiam emancipatis tutores à patri dari possint iudicis tamen confirmatione accedente absque inquisitione; licet in datis à matre inquisitio requiratur § fin. Inst. de tutel. l. 1. de confirmat. tuto. ff. & C. Corn. cons. 164. n. 3. lib. 4. vbi subdit non habere eandem authoritatem quam legitimi habent, nisi iudicis decretum interuenerit. n. 4. & cons. 168. n. 13. lib. 1. vbi subdit post confirmationem legitimis præferri, nisi filius alteri filio datus fuisset, & cons. 238. n. 10 lib. Cassan. in consuet. Burgund. tit. desensans. rubr. 6. §. 4. n. 3. colum. 853. Ceph. cons. 308. n. 12. & matri, & auię præferri tenet. Cor. cons. 168. in fine lib 2. Caldas. de restitutio. in integr. versic. fine curatore Leon. de substit. pupillar. n. 111. Borg. de tutor. n. 9. Bursat cons. 130 n. 9. Gutier. de tutel d cap. 3. n. 8. Montan. d. cap. 8. n. 19. Galganet. de tutel. d. tit. 2. n. 2. & 3.

22 1. Lim. quando improbitas tutoris testamenti conditi tempore incognita esset, tunc enim confirmari non debet. Soc. Iun. cons. 59. n. 40. lib 3.

23 2. Lim. nam tutoris datio in testamento minus solemni nulla est glo. & Docto. in l. 1. C. de testam. tutel. Cor. cons. 238. n. 10 lib. 4. Capr. de executor. vltim volunt membr 8 n 105 l. 3 de testam. tute. Iodoch. in archiridion. par. vel simil versic. esse nullum, & versic. factum esse malè aut iendibite. Papien. in forma libel. ad redden. ration. tutel. glo. in suo n. 1 de eōi Franc. cons. 116. n. 11. inter cons vltim. volunta & ibi Rol. de Curte cōs. 117. n. 11. vide infra amp. 15.

24 1. Sublim. nam confirmatione iudicis secuta datio tenet. Cor. Ceph. Papien. & alij supra citati & confirmari debere, magis communiter Doc. tenent, vt testatur Alex. cons. 140. n. 2. lib. 1. l. iure nostro §. fi. & l. seq. de testa. tut. vbi Bar. & in l. 1. de contir. tut. siue illegitime datus sit ex persona dantis, eiusue cui datur, vel ex modo dandi, & in l. 3.

25 Et secuta confirmatione, vt datum valere tenet. Pappen. in consuetudin. Borbon. §. 178. ad finem sed euentum declarare qualis tutor sit l. iure nostro. §. fin. vbi Bar.

26 Quinimo rupto testamento post humi præteritione tutela sustinetur. Guliel. de Bened. in cap. Rainutius. verbo. in eodem testamento relinquens. 1. part. 1. n. 240. de testam. Purpur. in auth. ex causa. n. 97. C. de lib. præterit.

27 2. Sublim. vel potius secus esse dicas in tutore dato in testamento solemni, valet enim nec vlteriori confirmatione indiget Caldas. d. versic. fine curatore. n. 115. si tamen hæreditas saltem ab vno adeatur plurium hæredum. l. si nemo, & l. seq. de testam. tut. Rot. coram Caualier. dec. 207. n. 1. d. l. 1. vbi Bar. & in d. l. 3.

28 1. Lim.

28 1. Lim. quando minor non fuit sub tutela, potestate, vel manu puta matris constitutus à patre, sed sub custodia hoc etenim casu confirmatio requiritur Roman. sing. 165. Capic. decis. 129. n. 2. glo. & Doc. omnes. in l. qui in aliena §. quamquam de nego. gest. de communi omnium. Caldas supra vbi contraria tollit.

29 3. Lim. quod in 12. amp. dicitur de confirmatione necessaria, vt si aliquis tutor ex liberis datus sit, datio etiam in minus solemni testamento facta valeat Rol. de Curt. cons. 116. n. 11. 12. inter. cons. vltim. voluntat. in fra n. 35.

30 5. Lim. in alio (testamentario emancipato excepto) qui non indiget confirmatione iudicis. Caldas. de restitutio. in Integr. versic. sine curatore. n. 116. versic. licet autem, & quod non satisdet licet confirmetur sine inquisitione à patre datus, & cum inquisitione datus à matre. Leon. de pupil. substit. n. 121. & de exemplar. n. 56. Ameri. de patria potestate. cap. 4 n. 17. Borgni. de tutor. n. 10. datus tamen à patre filiis in potestate licet confirmatione non indigeat, decreto tamen iudicis opus est, vt administrare possit ex cõi Caldas. supra nec inquisitionem requiri in testamentario nisi respectu à matre dati quo casu requiritur citatio propinquarum. Borg. d. n. 10. nisi institutus esset, tunc enim cõfirmatio fit cum minori inquisitione Bar. in l. puto. §. mater. n. 2. de legit. 2. Dec. in l. quo tutela §. nemo. n. 2. de reg. iur. Borg. d. n. 10.

31 Sublim. & declara prædicta vbicumque confirmatio requiritur posse iudicem motu proprio ante confirmationem testamentarij dare alium tutorem (modò datio non sit nulla ob sub reptionem) & sic datus erit testamentario præferendus, cuiusque confirmationem impediet. Cor. cons. 210. n. 3. lib. 3. & datus ex secundo gradu tollit dationem, ex primo cons. 163. n. 4. lib. 4. vide supra. tit. 1. lim. 19. & confirmatus datiuo præfertur. Clar. in §. testamentum. q. 10. ad finem.

32 Quamuis ad datiuum procedi non possit cessante mora legitimi de cõi Cor. cons. 210. in fine lib. 3. Alex. cons. 161. n. 5. & 6. lib. 5.

33 13. Amp. vt præteritis, & in legitima tantum institutis possint tutores dari. Caldas. de restitutio. in integrum. versic. sine curatore n. 102. & 103. ex communi confirmari debere probans. Montan. d. cap. 8. n. 6. vide supra n. 10.

34 14. Amp. vt etiam Regi impuberi tutores dari possint, & puberi curatores Caldas. de restitutio. in integr. versic. hunc contractum. n. 45. & sequent.

35 15. Amp. etiamsi voluntas minus solemnis esset, puta ob minorem numerum testium, si datus sit vnus ex liberis tutor, non autem extraneus; & si eum pater dedisset qui ab intestato non fuisset tutor confirmatione indigeret. de communi. Cor. cons. 238. n. 10. lib. 4. & Clar. in §. testamentum. q. 10. n. 3. & 4. & Montan. d. cap. 8. n. 7. & 8, supra. n. 29.

36 16. Amp. in dato in testamento rupto, falso, & inofficioso l. pater. §. iure ciuili. §. fi. et l. seq. l. si pater. de testam. tut. l. qui à patre. de confirman. tuto. etiam sine inquisitione. Cor. cons. 175. n. 13. lib. 3. 238. n. 10. lib. 4. Monta. d. cap. 4. n. 9.

37 Lim. nam si status tutoris interim mutatus fuerit, qua ex amico Inimicus, ex diuite pauper, vel morum antea celata improbitas emerserit, vel cum fisco aliquem damnosum contractum miscuit, tunc Prætor non patris voluntatem, sed pupilli vtilitatem sequi debet, & confirmationem denegare. Cor. d. cons. 238. n. 12. Grat. cons. 115 n. 4 lib. 1. Soc. Iun. cons. 59 n. 40 lib. 3. Monta supra n. 9.

38 17. Amp. sat esse de datione tutoris per epistolam patris, vel aliter constare, dummodò veritas epistolæ quinque testibus probetur l. 2. C. de cõfirmatio. tuto. l. final. Cod famil. ercíscun. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 16. n. 21. Montan. d. cap. 8. n. 14. sed confirmari debere sine inquisitione. d. l. 2. vbi Doc. C. de confirman. tuto. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 2. n. 27. vide supra tit. 4. amp. 6.

39 18. Amp. vt datio tutorum statim valeat cum hæreditas etiam ab vno hæredum aditur l. tutores l. si nemo. de testam. tut. & si suus hæres institutus fuerit, eiusdem existentia statim tutela confirmatur. Bar. in d. l. si nemo de cõi. Ruin. in l. si filius qui. n. 21. de vulg. & tunc pupillus cum tutoris authoritate paternam hæreditatem adire poterit, secus si alteri filiorum exhęredato datus esset, quia tunc suitas instituti nil quoad tutorem exhæredato datum operatur. Mont d. cap. 8 n. 18. & Cras. in §. suitas q. 8. in fine. qui tamen q. 11. in fine ex cõi ita demum exhęredatum suitatem tollere probat, si causa probata sit, & sententia contra filium prolata fuerit, donec autem in iudicio decidatur, in suspenso manebit.

40 19. Amp. inuitis etiam tutores dari l. nec non. de de tut. & cur. dat. ab his. Dec in l. quo tutela. §. nemo. n. 3. de reg. iur. Montan. d. cap. 8. n. 31.

41 20. Amp. ventri etiam dari posse quia de commodo agitur nasciturì; sed antequam nascatur tutor non erit, sed interim ventri curator dabitur l. si nemo tutorum. §. 2. de testam. tut. l. 1. §. quoties & §. eligitur & §. tàm diu. de ventre in possess. mittē. de magis cõi Monta d. c. 8. n. 29. & seq. et c. 3. n. 48. Ameri. de patria pot. eff. 14. n. 11. Cald. de resti. in integ. vers. sine curatore. n. 76. 77.

42 21. Amp. liberto dari posse per patronum si fides inquisitionis congruat. l. qui tutelam. §. impuberi de testam. tute. Monta. d. cap. 8. n. 36. Galganet. d. tit. 2. n. 6. & si eum cui tutorē dedit, instituerit, datio tutoris sine inquisitione confirmabitur l. 4. de confirm. tuto. Doc. in l. 1. de testam. tut. Galganet. d n. 6. vide infra lim. 18.

43 22 Amp. vt extraneus ei tutores dare possit quem hæredem instituit, sed confirmatione cum inquisitione indigebit. Rol de flor testam. rubr. 30. n. 12. Galganet. supra. n. 7. vide infra lim. 18. n. 144. Gratia. discep. 462. n. 23. 24.

44 23. Amp. vt licet adulto, furioso, vel prodigo, testamento tutor & curator non detur, datus tamen à prætore curator confirmabitur l. 1. §. fin. de confirm. tutor. & l. 2. in fin. §. dantur. Instit. de curat. Galganet. lib. 1. de tut. tit. 2. n. 14.

45 24. Amp. queinlibet testamento tutorem dari posse siue paterfamilias sit; vel etiam filiusfamilias. §. dari. Inst. qui testa. tutor. dari poss. tutor. 20. de

testam. tut. Galgan. d. tit. 2. n. 17. post. Bar. in l. patri. 10. sub. n. 1. ad leg. Iul. de adult. Masue. in prac. tit. de tut. & cur. n. 22.

46 25. Amp. vt seruus dari possit cum libertate tacita vel expræssa, nisi per errorem quasi liber daretur. l. si quis. 22. l. quæro. 32. §. fin. verbo placet. de testam. tut. & ibi Bar. l. si quis. 22. eod. tit. l. si hæreditas. §. seruus. eod. Galganet. supra. n. 18. §. 1. & §. seruus. Instit. qui testam. tut. dari pos. vbi secus de alieno, nisi datus sit cũ liber erit, & si pater pupilli alienum seruum tutorem dederit, & liberum esse voluerit alio dato tutore; seruus hic curator erit. l. 5. C. de testam. tutel. & seruus alienus tutor dari potest, quando liber erit, & dato simpliciter in dubio videtur ei data fideicommissaria libertas l. hæreditas §. fi. vbi Bar. de testa. tut.

47 1. Lim. non procedere quando libertas fideicommissaria seruo relicta fuit, & tutor datus, tunc enim non rectè datus censetur l. qui tutelam. 28. §. verbis. de testam. tut. sed si alienus seruus simpliciter in testamento tutor datus sit, fideicommissaria libertas ei relicta videtur, nisi manifesta testatoris voluntas refragetur l. si hæreditas. 10. §. fin. eod. tit. Galganet. d. n. 18.

48 26. Amp. vt furiosus etiam tutor possit testamento dari, qui tutor erit furore cessante d. l. si hæreditas. §. si furiosus. Roland. de flori. testament. rubr. 30. n. 6. Galganet. supra. n. 19. vide infra lim. 3. §. furiosus. Inst. qui testam. tuto. dari poss.

49 27. Amp. vt minor testamento tutor dari possit, qui tutor erit simul ac maior fuerit. l. quæro. 32. §. fi. vbi glo. verbo. legitimam. de testam. tutel. Galganet. supra n. 20. & interim alter dabitur. l. tutor datus. §. tutorem. de testam. tut. Roland. d. n. 6. vide tit. 33. n. 57. 58. nec minor tutor nec curator erit. l. fin. de legit. tute.

50 28. Amp. matrem, & auiam testamento tutrices dari posse, nisi ad secunda vota transirent, vel impudicè viuerent. glo. & Doc. in authent. matri, & auiæ C. quando mulier. tutel. offic fung. pos. Specul. de anomal. tut. n. 1. Boer. decis. 124. n. 12. Bero. in cap. dilecti. n. 37. de arbitr. Viui. commun. opinio. 525. n. 7. Villalob. commun. opinio. lit. B. n. 21. in additioni. Galganet. supra. n. 21. Petr. Iac. in pract. rub. 114. n. 41 vbi matrem omninò confirmari debere, auiam verò ea cessante admitti n. 42.

51 1. Lim. quando mater minor esset 25. annis, tunc enim nisi cõsuetudine admitteretur, de iure tutrix esse non posset. Viui. supra. n. 22. Galganet. d. n. 21. vel nisi ex statuto minor ætas infra 25. annũ, terminaret, vt in Ciuitate Lucensi. 18. anno cõpleto, quod tamen statutum non operatur quoad bona extra territorium existentia. Soc. cons. 20. n. 11. lib. 1. Dec. in cap. ex parte n. 9. de appellation. Alex. cons. 16. n. 1. lib. 1. Lap. allegat. 91. Scrasi. dec. 382. n. 2. Galganet. d. n. 21. & tunc auiam esse tutricem. Petr. Sac. d. n. 42.

52 29. Amp. forensem testamento tutorem dari posse, non etiam a Iudice l. quæro 32. vbi glo. & Bar. de testament. tutel. Galganet. supra. n. 24.

53 30. Amp. vt filio datus omnibus datus etiam fœminis censeatur, nisi aliquem habere ignoraret. l. si quis. 16. de testam. tut. vbi glo. & Docto. Galganet. d. tit. 2. n. 38. 39.

54 31. Amp. in debitore, & creditore testatoris, qui scienter à patre tutores constitui possunt, si talis scientia probetur. Bar. in authent. matri, & auiæ n. 11. & 12. Bal n. 3. Salic. n. 9 C. quando mul. tutel. offi. fung. pos. Aret. in §. final. n. 4. Instit. de authorita. tuto. Bero. q. 49. ante n. 1. Galgane. de tutel. li. 3. q. 34. n. 4. & 5.

55 32. Amp vt minor 24. annis, in testamento tutorẽ dare possit. Bar. in l. quæro §. final. de testam. tutel. Borgn. de tuto n. 8. vide infra lim. 17.

56 33. Amp. vt substitutus pupillaris tutor testamento dari possit, quamuis non possit educator esse. Guid. Pap. decis. 535. n. 3. ex communi omnium sub dens, penes matrem alendum, intellige nisi alia mens testatoris appareret, vt dixi in tract. alimentorum.

57 34. Amp. illos etiam constitui tutores posse, qui nihil ex testamento consequuntur, onus etenim est tutela impositum à lege. Soc. Iun. in l. cum filio. n. 41. de legat. 1.

58 35. Amp. per auum nepotibus ex filio in sua potestate existentibus tutores constitui posse, si mortuo auo non sint in patris potestatem recasuri. §. nepotibus tamen, & §. itaque si filius. Institut. de tutel. Rol in florib. testam. rubr. 30. n. 3. vide supra amp. 7.

49 36. Amp. nepotibus datos, filiis etiam censeri constitutos. §. quod si nepotes instit qui testam. tutor. dari pos distinguendo, vt ibi Ameri. de patria. potesta effect. 14 n. 26.

60 37. Amp. spurin à patre tutorem constitui posse in eo quod illi reliquit, nisi ex damnato coitu ortus esset. Paleot de noth. & spur. cap. 52. vbi etiam naturali datum valere cum iudicis confirmatione, si ei aliquid reliquerit, si nihil reliquerit, cum inquisitione confirmari debet; quibus tutoribus cessantibus iudicem tutores dare inquit. vide infra n. 77.

38. Amp. suspectum posse à patre tutorem dari, modò pater id non ignorauerit l. in confirmando. l. vtilitatem de confir. tut. Aret. in l. is cui lege. col. 2. de testam. Cald. de restit. in integ. vers. fine curatore n. 61.

39. Amp. vt à testatore, lege, & iudice tutor datur, licet iudex mandare non possit, vt ab alio tutor detur, nec tutelæ causa compromitti, vt arbitri tutorem constituant l. 3. de tut. & cur. dat. ab his l. præter 2 bi Bar. Bero. q. 67. n. 5. licet tutori possit mandari, vt cum matris consilio gerat. ex l. quidã decedens. §. Papinianus. de admi. tut. & l. qui aliena. § quamquam. de nego. gest. & non posse compromitti Caspa. c. 115. n. 41. 42. Duen. reg. 36. n. 15 lim. 15. ex Bar. & Bal. in l. Præter de tuto. & curato. dat. ab his.

40 Amp. hæredem dari tutorem posse, & post mortem hæredis l. tutores. 7. de testa. tute. vbi etiam post mortem hæredis quoquè posse tutorem dari.

41. Amp. tutores dari posse eos cum quibus est passiua testamenti factio. l. testamento. 21. vbi glo, de testa. tut.

61 1. Lim.

1. Lim. nam tutores filiis dati nepotibus constituti non censentur, quia tutela onus est. Cor conf. 143. n. 7. lib. 3. Dec. conf. 545 n. 10 Ameri de patri. potesta effect. 14. n. 26. Menoch. conf. 215. n. 23. & 86. Laderch. conf. 9. n. 2. Bursat. conf. 300. n. 21.

62. Sublim. non procedere quando liberis vel post humis tutor datus fuisset, tunc enim nepotes cõtinebuntur. §. si quis filiabus. Instit. qui testam. tutor. dar. pos. Amerin. supra Laderch. supra l. 6. de testam. tut.

63 2. Lim. non dari filiis in potestate patris vel aui per extraneum. Cor. conf. 129. n. 3. lib. 1. & conf. 55. n. 8. lib. 2. & conf. 163. n. 1. in fine lib. 4. Alciat. conf. 290. n. 2. Soc. Iun. conf. 16. n. 10. lib. 2. & conf. 59. n. 30. lib. 3. Piag. de tutel. q. 4. Eogen. cõs. 98. n. 23. Caccheran. decis. Pedemont. 89. n. 5. Gab. conf. 25. n. 11. lib. 2. Caldas. de restitutio. in integrum versic. sine curatore n. 84. nam dantur minoribus tantum tutores non habentibus eos qui ex legibus defensores existant. Soc. Iun supra Gutierez. de tutel. part. 1. cap. 3. n. 2. Amerin. de patria. potest. cap. 6 effect. 14. n. 1. & 2. Ferret. conf. 312. n. 11. in fine Pinel. in l. 4. n. 15. & 26 C. de bon. mater. Monta. de tutel. cap. 3. n. 34. & seq. vbi idem de seruo, nec miles liberis in potestatem recasuris tutores dare potest. l. 2 de testa. tut.

64 1. Amp. in filio emancipato, quia contracta fiducia, id est successione reseruata emãcipatus cẽsetur, & naturalia iura reseruata censentur. Aret. in §. & hi. Inst. de hæred. ab intesta. n. 1. Monta d. cap. 3. n. 39. & seq. nec non, & fiduciaria tutela per l. vltim. C. de emancipatio. & eius tutor pater est. Ameri. supra. n. 14.

65 2. Amp. idem esse mortuo patre quando nepos in potestate aui remansit. Cor. cons. 129. n. 9. & 10. lib. 1. Monta. de tutel. cap. 3. n. 47.

66 1. Sublim. non procedere quando pater pupilli furiosus vel prodigus esset glo. in l. si. C. de fentent. pas. verbo. tutor. vbi Bal. in §. minores.

67 2. Sublim. quando pater esset bannitus, ita vt impune offendi posset, & pat. iam potestatem amisisset, tunc enim filiis eius tutores constitui possunt. Alciat vbi supra, & idem si deportatus esset. Amerin. de effect. 14. n. 6. vbi tamen subdit reuerso patre datum tutorem desinere esse tutorem d. §. minores, vbi Bal. Montan. supra. cessat etiam tutela prædicta, si pater fierit restitutus n. 57. Gratian. disceptatio. forens. 462. curatorem dari probat, nisi perpetus relegatus fuisset.

68 3. Sublim. nam in quibus patri vsusfructus nõ quæritur curatorem dari. Siluest. Aldobr. in §. 1. verbo. non sunt. Instit. de tutel. Mont. supra n. 61.

69 4. Sublim. quando pater pupilli morosus esset puta quia hæreditatem adire nollet filio delatam, tũc enim iudex curatorem dabit ad adeũdum Caccheran. d. decis. 89. n. 5. Ameri. supra n. 8. Monta. supra n. 60. vbi tamen in secunda ætate, id est in pubertate ex se puberem adire posse, vel curatorem petere per. l. fin. §. sin autem. C. de bon. quę liber. & in iudicio esse, vt in beneficialibus, & castrensibus ex communi.

70 5. Sublim. quãdo pater bona filii dessiparet, tunc enim ei posset dari curator quando à filio recuperari minime possent Bar. in l. in questione, n. 2. C. de sentent. pass. de magis communi testatur. Aretin. conf. 72. n. 5. & Pinel. in l. 1. part. 2. n. 35. C. de bon. matern & Molin de primog lib. 1 cap. 16. n 14. & Gutierez d. cap. 3. n 3. & sequẽt Piag. supra n 7. idem subdẽtes data negligentia patris.

71 Contrariam opinionem nempe filio bona restitui, nec curatorem dari veriorem dicit. Alex. in l. Imperator. n. 14 ad trebelian. Boer. decis 61. n. 15. Pinel. supra. Molina supra. n. 15. Gutierez. supra. n. 6. & 7.

72 6. Sublim. quando pater esset persona turpis, vel abiecta Mantua. sing. 539. n. 2. vel bonis filii alienatis latitaret. Rot. Rom dec. 211. n. 2. part. 2. recent. vbi tunc posse dari curatorem; prout si res filii nollet agnoscere Ameri supra n. 8.

73 7. Sublim. non procedere in adoptiuo qui non transit in potestatẽ adoptãtis in casibus de quibus per Ameri. de patria potest. c. 5. Montã. supra n. 65 8. Sublim. nam si nepos viuo auo incipiat tenere locum sui, sicut confirmatur testamentum ex lege Velleia, ita & tutelæ datio l. 10 §. qui filium vbi glo. & Bar. de testa. tut.

74 3. Lim. furiosos dari posse aut simili morbo laborantibus; & si tutores dati tutelam acceptassent, furore, vel simili morbo superuenientibus desinerent esse tutores. Vas. de successio. lib. 2. tit. qui testa. non poss. §. 1. n. 72. & 73. vide supra amp. 26. dati autem tutores inhabiles, tunc dati censentur cum habiles fuerint. l. 10. §. si furiosus vbi Bar. de testam tut.

75 4. Lim nam filio suo, & hæredibus suis tantum possunt tutores dari l. quo tutela 73. de reg. iur. Caldas. de restitutio in integr verbo. sine curatore n. 22. & in potestate existenti. Paris conf. 11. n 8 lib. 2. Ameri de patria potest. effect. 14. n. 4.

76 Sublim. non procedere quando extraneus aliquẽ hæredem instituerit, tunc enim illi tutores dare posset, qui tamen confirmatione indigent, cum datiui censeantur. Salic. in l. 2. n 2. C. de confirman tutor. Aldobrand in §. final. n. 29. Inst. de tutel. post. glos. ibi verbo. confirmandum Fab n. 3. qui dicit veriorem esse Port. n. 4. Gratian. disceptatio. forens. 462. n. 23. & seq. subdens quoad alia bona curatorem dati & illum tutorem inquisitione indigere in confirmatione. Dec. in d. l. quo tutela § nemo. n. 6.

77 5 Lim in filio spurio cui tutor à patre dari non potest. Bar & Bal. in l. 1. de testament. tutel. Docto. in l testamento tutores. de testam. tut. Rom. sing. 83. quia nec filii nominandi sunt nec in parentum potestate constituti sunt §. fin. authent. quib mod. natural. effician. sui. Paleot. de not. & spur. c. 52. Add ad Rom supra vide supra n. 60.

78 1. Amp. vt nec filio legitimo spurius possit à patre tutor dari quia lex de spurio non contendit contra legitimum. Bal. in l. si quidem per illum tex. de excusat tutor Burz de filiis non legitim n. 36.

79 2. Amp. in naturali filio cui pater testamento tutorem dare non potest nisi à iudice confirmetur. Bar. in l. 1. de testam. tutel n. 1. Barz d. n. 36. vide supra n. 13. & infra n. 148.

80 1. Sublim. in alimentis quæ filiis spuriis à patre debentur cap. cum haberet, de eo qui duxeri. in

B 2 ma-

matrimo. quam Polluer. per adulter. Paleot. supra. Add ab Rom. supra dixi plene in tract incapacium in mea decade impressa. Suarez tit. de toto home n. 23. & 24. vbi tamen non posse vltra relinquere, nec ad heredes trāsmiti, nisi testator aliud cauerit, & cessare transmissionē ex receptissima. Burbs in l. 1. part. 4. n. 72. sol. matr. si verò fundus ad alimenta esset relictus, qui non exederet congrua alimenta trasmitti iudicatum ait Suarez supra n. 25. & 26. Marta dec. Pisa. 110. vbi ab extraneis capere posse, & duas vncias à patre: sed Pereg. dec. 65. si extent legitimi in vnctia patri succedere non vltra, nisi vulgaris substitutus ei datus sit: & si filiis legitimis sit naturalis substitutus ex vulgari, & fideicomissaria vnciam tantum capiet ex pupillari in bonis paternis idē in propriis succedet in totum, legitimis verò non succedentibus naturalis totam capiet dec 81. spuriis alimenta sola relinqui posse nepotibus ex eis idem si relinquens habeat legitimā prolem ea cessāte proprietas relinqui potest, & spurios ait ex coniugato, & soluta natos posse verò filios legitimos relicta spuriis expresse appr bare, non censeri tamen ex sola aditione hæreditatis. Garz. de benef. par. 2. cap. 15 & seq. probat, spurios, & descendentes ex eis non contineri verbis ciuilibus, domus, agnationis, & huiusmodi, sed naturalibus cognationis coniunctionis &c. contineri nisi in materia iuris, vt successionis ab intestato maioratus seu iurispatronatus, nisi legitimati essent authoritate. Papæ vel Regis licet ad maioratus, & fideicomissa, non sufficiat legitimatio rescripto Principis, & licet naturales ex loci consuetudine vel lege gaudeant nobilitate parentum, & ex eis descendētes excepto maioratu, & iure patronatus, & prædicta distinctio fit etiam in legatis piis præterquā in spuriis ex parte matris quia sunt de genere, sanguine, & cognatione, & si legitimus cum naturali concurrat, huic ille præferetur cœteris paribus, secus si proximior vocatus esset, & naturalis sit proximior hic præferetur.

81 2. Sublim. in spuriis qui ex congressu ciuili iure permisso prodierunt, qui sicut ex patris testamento capere possunt, ita eis à patre tutor testamento dari poterit. Paleot. supra Add. Rom. supra, & naturali quoad ei relicta posse à patre tutorem dari. Ameri. de patr. potest. cap. 6. effect. 14. n. 4. succedentis filio verò sola alimenta relinqui possunt. Pereg dec. 59.

82 6. Lim nam tutores personæ non rebus dantur, præsertim, si in patrimonium Ecclesiæ conuersæ fuissent. Cacchera. decis. Pedem. 89. n. 3. & non rebus certis, sed vniuersitati dantur. Menoch. lib. 2. præsumpt. 16 n. 33. & 34. Dec. cons. 479. n. 3. licet excipi res certæ possint. Soc. Iun. cons. 148. n. 3. lib. 1. & quidem personis principaliter, in consequentiam rebus dantur glo. in §. 1. verbo, data Inst. de tutel. Alex. cons. 44. n. 17. lib 5. Soc. Iun. cons. 85. n. 25. lib. 3. Montan. de tutel. cap. 4. n. 18. & cap. 10. n. 40. vide infra lim. 9. l. 12. 13. 14. 15. de testam. tut.

83 1. Amp. etiam quādo testator aliter disposuisset. Cur. Iun. cons. 29. n. 2. Monta. supra n. 47.

84 1. Sublim. non procedere quando aliter statuto caueretur. Dec cons 479. n. 3.

85 2. Sublim. non procedere quando bonis certi territorii daretur. Aretin in § certæ. n. 2. Port n. 9. Instit. de testam. tutel. Montan supra, & vniuersitati l. si tamen. vbi glo. & Bar. de testam. tut

86 7. Lim. vt licet ex datione tutoris minoritas præsumatur, furor, & amentia ex datione curatoris. Decian. cons. 53. n. 4. lib. 2. attamen tutor dari nō potest, & datio illi qui maior obiicitur nulla redditur. Mattes. In l. 2. n. 3. C. quando prouocare nō est necesse inter singular. omni: Iureconsf. Papien. in forma libel. quo agit. ad redden. ration. tut. glo. seu versic eidem Iacobo. n. 1. per l. seiæ egressæ. de tut & cur. dat. ab his qui tamen secus inquit in datione curatoris, & rationem differentiæ affert, quia scilicet, quia esse maiorem à natura procedit, amentem vel prodigum à Iudicio. Mascar. de probatio. conclus. 667 n. 10.

87 8. Lim. non posse tutelam personis dari seu concedi quæ nequeunt esse tutores vt mulier, & minor & huiusmodi Castr. cons. 413 n. 1. in fine. versic. quinto. lib. 2. Tiraq. de legib. connubial. glo. 5. n. 181. Lamberteng. de contract. glo. 3. n. 27. & sequent. Ameri. de patr. pot cap. 4. n 26. Papien. in form lib. ad red. rat tut glo. in suo n. 3. per l. 1. C. quand. mul tut. off. l. fin. de tutel.

88 1. Sublim. nā mulier tutrix esse potest. ex Principis indultu l. final. de tutel. Spec. de anom. tut. n. 1. dicam infra tit 21.

2. Sublim. vt inhabilis tutor datus, intelligatur tutor cum fuerit habilis l. 1 e. §. si furiosus vbi Bar. de testa. tuto

89 9. Lim. non dari tutores certę rei vel causæ l. certarum. 12. de testament. tut. vbi glos. & Barto, Instit. quib. testam. tutor. dar. pos. Eugen. cons. 98. n. 24. Cacchera. decis. 89. n. 5. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 2. n. 25. secus in curatore probans. vide infra. tit. 33.

90 Sublim. nam tutor ad verum actum dari potest, puta ad hæreditatem adeundam l. cum in vna. §. tutor. de appellatio. vbi Doc. Galganet. supra. n. 26.

91 10. Lim. habenti tutorem non posse tutore dari l. cum in iure C. qui pet. tuto. poss. §. interdum. Instit. de curator Specul. de tuto. § generaliter. n. 7. ad finem Cast. cons. 413. n. 1. lib. 2. Cor. cons. 280. n. 3. lib. 1. Roma cons. 188. n 2 Anchar cōs. 36 n. 1. Roffred. de libel. rubr. de pro contra sero. tute actio lit. L. pag. 62. Barba. cons. 61. n. 11 lib. 3. Crau cons. 690 n. 4 Marat. cons. 89. n. 11. & 17. & Bossi cons. 129. n 4. & 7. inter cons. vltim. volunt. Meno. cons. 380. n. 1. Morot. cons. 74. n. 5. vide infra. tit. 10. Montan de tutel cap. 24 n. 6 & habenti legitimum datiuum non dari l. 9. vbi Sali. C. qui dare tut pos.

92 1. Amp. vt dari non possit etiam cum decreto. Meno cons 380 n. 1.

93 2. Amp. vt si casus ad sit quo tutorem habenti tutor dari possit, & in datione alia causa exprimatur quam deberet exprimi, iudicis decreto minimè obstante talis datio nulla erit. Paris. cons. 85. in princip. lib. 3. & cons. 68. lib. 4. Moro. de tre-

tregua, & pace q 72. part. 1. Simon. de decret. tit 1.n.23. Meno. cons 380.n. 1. Gutierez. de tutel. part. 1.cap. 19.n.32.

94 3.Amp. in aliena etiam potestate existenti dari non posse Ferret. cons. 312. n. 11. ad fin. vide supra lim 2.

95 1.Sublim. nam curator dari potest, ac debet. Specul. d. §. generaliter n.7. in fine Roma cons 188. n.2 Barbat. cons. 61. n.6. lib. 3. & ventri dari l. ventri. 20. de tut. & cur. dat. ab his. Galganet de tut. lib. 1. tit. 7. n.46 & curatorem dari si tutor cum pupillo litiget nisi alius tutor ad sit l. si plures 24. de testa tut.

96 Amp curatorem filiis dari quando pater res eorum agnoscere negligit l. final §. fin autem C de bon. quæ liber. Ameri. de patria potesta. effect. 14.n.8.

97 2. Sublim. nam tutor dari potest loco tutoris, surdi, muti, vel furiosi l. penult de tut. Specul. d. §. generaliter n 8. intelligendo de perpetuò furioso, secus si delucida haberet interualla l. non solù, §. fin. & l. post. de excusat. tuto. dummodo surditas, cæcitas, & huiusmodi impedimenta acciderint post tutelam susceptam, aliequin eiusmodi tutorū constitutio inualida foret l. 1. § fin de tut. §. furiosus. Inst. qui testam. tut. dar. pos. Manzi. de tutel. q. 12. n.4. & hoc casu primus tutor. desinit esse tutor. Gutierez. d cap. 19 n 51. Galganet. d. tit. 7. n.52. Monta. de tut. cap 24. n. 16. vide infra. tit 10.

98 3.Sublim. non procedere quo ad aliud patrimonium in alia Prouincia existens, cuius, respectu alter tutor dari potest, non obstante, quod alterum minor tutorem habeat l propter litem §. licet. de excus. tutor l. 3 & l fi. in quib. caus tuto. habent, Specul. d. n. 8. Manzi supra n 4. versic secundus, Gutierez. supra n. 52 Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 7. n. 52. & 53. Crau. cons. 30. n. 1. Borgn. de tutor. n 281.

99 4. Sublim. quando mater priusquam nuberet tutrix existens alium filiis tutorem dari petiisset iuxta. §. si autem tutela in authen. de nupt collatio. 4. tunc etenim ipsa abire vel desinere speratur l. fin §. 2. C. commun. de legat. Iudex alium tutorem dabit distinguēdo, & declarando, vt per Bar. in l. si quis sub conditione. n 27. de testam. tutel. Manzi. d. n 4. versic. tertius, & quando mater secundò nubit alium tutorem pupillo dari Spec. d. n. 8.

100 Amp. vt licet si mater extet, quæ tutrix esse velit, alter tutor dari minimè possit, attamen si ipsa monita negligat per quatuor menses, vel ei testatoris voluntas refragetur, alius tutor dabitur. Alex. cons. 140. n. 3. lib. 1. Ferret. cons. 312. n 9. & seq.

101 5.Sublim. quando tutor fuisset excusatus, relegatus, vel remotus, tunc enim tutor alter dari posset l pen. C in quib. casib. tut. vel curat. haben. vel bannitus. Ias. in l. re coniuncti. n. 257. de legat. primo Barbat. cons. 61. n. 6. lib. 3. Gutierez. de tutel. part. 1. cap. 19 n. 35. & sequent. Manzi. vbi supra versic. quartus Rota. Rem. dec. 89. n. 6. par. 2. diuersō. Ondede. cons. 23. n. 50. & cons. 52. n. 12. vbi idem de testamentario lib. 2. & Franch. decis. 214. Montan. supra. n. 16. & alius tutor remaneat excusati loco datur curator qui pubertate adueniente, desinet esse curator l. 2. C. in quib. casi tuto. vel curator. haben. vbi glo. Bal. & Sali.

102 Lim. non procedere, nisi remotio vel excusatio perpetua sit. Fab. in l. licet. n. 2. C. in quib. causib. tuto habenti. &c. & habetur. in l. 1. & in l. 2. C. eod. stante autem impedimento temporali datur sibi coadiutor Gutierez. supra. n. 37. Ameri. de patria. potesta. effectu. 14. n. 6. imo tutorem dari ob temporale impedimentum Specul supra. d n. 8.

103 2. Lim. non procedere quando excusatio post tempus facta fuisset l. scire etiam. §. consequens. de excusat. tutor. Galganet. d. tit. 7. n. 51.

104 6.Sublim. quando tutor apud hostes reperiretur non vt seruus, sed tanquam legatus, vel transfuga l. si quis tutor. de tutel. Spec d. n. 8. Manzi, vbi supra. versic. quintus. Monta. de tutel. cap. 24. n. 17.

105 7. Sublim. vbicumque Reipublicæ causa abesset tutor. l. quæsitum de tutel. l. 3. §. si quis absuturus de suspect. tutor. Specul d. n. 8. Gutierez. supra. n. 46. vbi primum liberari secundum communem opinionem, & secundum teneri cuncta solemnia obseruare & n. 50. Manzi. supra. versic. sextus. Galganet. d tit. 7. n. 52. est tex. in l. 1. C. in qnib. casib. tuto. haberi. vbi tamen eo reuerso, tutoris dati curam cessare, sed satius esse hunc adire prætorem, vt illum gerere cogat, & hic tutor datur in omnem rem, non desinit tamen absens esse tutor prout nec alii qui ad tempus excusantur l in omnem & l. seq. vbi glo. & Bar. de tut. & cur. dat. abhis.

106 8 Sublim. quando pater filiis in testamento tutorem dedit, vel si tutor legitimus extet, mater alium dare potest, ipsum scilicet instituendo, & rogando, vt eius filio ad pubertatem peruenienti hæreditatem plenè restituat, tunc enim talis scriptus hæres nudo nomine heres erit, & administrabit quamdiu filius impubes fuerit, ei autem puberi facto hereditatem integram cum fructibus sine trebellianicæ deductione restituet glo: in l in fideicommissariam. §. final. vbi gl. uerbo. In fideicommissariam ad trebellia. Durant. de tutor. & executor. caut. 4. Borgni. de tutor. n. 11. Manzi. supra. versic. addas septimum. Monta d cap. 24. n. 18. Dec. in l. quo tutela § 1. n. 3. de reg. iur.

107 9. Sublim. quando tutor abesset tunc alter eo etiam non citato poterit dari tutor. Ang. cons. 325. n. 4.

108 Sed tunc alium non dari tutorem, sed actorem periculo tutoris probatur in §. quod si. Instit. de curat. l. Solet. in fine, de tutel. l. 1. C. de actor. a tutor. &c. Galganet. de tit. 7. n 53. Genua. de scrip. priu. lib. 3. q. 16. vbi causam puta absentiæ infirmitatis, & huiusmodi requiri in tutore, vt actor dari queat.

109 10.Sublim. non procedere quando tutor prior inutiliter datus fuisset, tunc alter dandus erit Bellamera. in c. cum terra. n. 8. de elect. Gutierez. supra. n. 40. & 41. Orded. supra. n. 50. vbi remissiuè aliter subl imitat, & quando prior uerus tutor non esset Onded. cons. 52. n. 13. & seq. lib. 2. Gar-

 giare.

giare, patro, 54. lib. 1. est tex. in l. 3. C. de confirm. tuto.

110 11. Sublim. quādo tutor ægrotaret, tunc enim dabitur curator. Io. Andr. in cap. Ecclesia cathedrali, n. 2. de supplend. neglig. prælat. Gutierez. supra. n. 37. vbi n. 48. hunc curatorem datum non posse alienare, nec obligare pupillum, sed bona tantummodo administrare, & conseruare, nec adire, si tutor adsit n. 49

111 12. Sublim. nam potest Atilianus tutor dari ad adeundam hæreditatem, ante quam aditam testamentarius tutor, non est tutor, eaque adita Atilianus desinit esse tutor, & incipit testamentarii tute'a Aretin. in §. 1. n. 2. & Add. ad Port. n. 2. lit. B. Instit. qui testam. tut. dar. post Montan. d. cap. 10. n. 44. post. Bar. in l. hæreditas. de testam. tut. vbi tamen secus ait si opulenta esset hæreditas, tunc datio tutoris ad hunc articulum etiā extendi ait, & Ang. Aret. in l. cum in vna. §. tutor n. 4. de appel. Rot. Rom. coram Caualer. decis. 207. n. 4. per l. si nemo. de testam. tut.

112 13. Sublim. quando pluribus tutoribus datis vnus decessit, tunc enim alter constituitur. Cor. cons. 175. n. 8. li. 3. Soc. cons. 195. n. 16. lib. 2. Cor. cons. 183. lib. 4. vbi etiam an mater admittatur: Iaf. in l. re coniuncti n. 157. de legat. 3. Piag. de tutor. q. 9. n. 8. Gutierez. de tutel. part. 1. cap. 5. n. 11. hoc casu legitimam, tutelam cessare subdens & cap. 19. n. 39. Galganet d. tit. 7. sub. n. 52.

113 Contrarium tenet Crau. cons. 690. n. 4. & 7. & quando alii pro administratione sufficiunt. Soc. cons. 193. n. 1. lib. 2. Crau. supra.

114 1. Lim. 13. Sublim. vel potius secus esse dicas si tutores omnes obiissent, vel abessent, tunc enim legitimis locus esset l. si quis sub conditione ad finem. de testamenta. tutel. Cor. supra. Piag. supra. Gutierez. supra licet datiuis locus esset, illis excusatis, vel tanquam suspectis remotis post. Caldas de restitutio. in integr. verbo sine curatore n. 14. & Galganet. d. tit. 7. n. 51. & 52.

115 2. Lim. quando plures tutores dati fuere cum clausula, vt vnus sine alio non possit administrare, tunc etenim altero vita functo, tutela quo ad omnes expirat, & ad legitimam deuenitur. Bal. cons. 320. lib. 2. vide infra tit. 14. cap. 1. sub amp. 28.

116 Contrarium tenet Ang. cons. 92. n. 2. Aretin. cons. 16. n. 5. Crau. cons. 690. n. 2. & 8. quando qui superest pro administratione idoneus esset.

117 Lim. secundam opinionem non procedere quādo testator in constitutione tutorum dixisset, tres ipsorum concordes gerere posse, tunc enim altero eorum mortuo tutela quoad omnes expiraret Aretin. cons. 26. n. 5. versic. sed in casu nostro vide infra tit. 14. cap. 1. amp. 28.

118 Amp. quod si tutores qui supersunt tutela finita administrent non tutelæ actione, sed negociorum gestorum teneantur, & conueniri possint Bal. con. 320. n. 3. lib. 2. nisi respectu connexorum, & reliquiarum tutelæ, hæc enim actione tutelæ continētur, vt per eum.

119 Coadiutoris autem dati cura morte tutoris expirat Bar. in l. solet. n. 2. de tutel. intelligens quādo ad alterius defectum supplendum datus fuit nō principaliter Anchar. in element. procuratorē. n. 3. de procurator. prout impedimento, vel necessitate cessantibus. Gutier. supra. n. 38. & 45. & datur coadiutor ob senium vel malam tutoris valetudinem vel curator d. l. solet vbi glo. & Bar.

120 Pluribus verò in testamento datis, si vnius eorum loco alter à Iudice datus sit, mortuo testamētario a Iudice datus non cessabit, nisi in locum defuncti datus esset; ita ut non remaneant reliquiæ Fab. in l. si tutores. n. 1. C. de testam. tutel.

121 14. Sublim. non procedere quando ex statuto tutorem habenti, tutor dari posset, tunc enim alterius tutoris datio valida foret nisi eadem die qua petitus esset constituatur. Anchar. cons. 36. n. 4. Paris cons. 85. n. 3. lib. 3. Menoch. cons. 380. n. 3. Gutierez. d. part. 1. de tutel. cap. 19. n. 33.

122 15. Sublim. vt audiis facultatibus curator possit adiungi l. final. C. in quibus casib. tutor. habent. &c. l. quoties. 10. §. constat. de administrat. tutor. Gutierez. supra. n. 42. Galganet. d. tit. 7. n. 47.

123 16. Sublim. quando post primum alios testator dedit, tunc etenim omnes tutores erunt l. si a patre 2. vbi Doc. C. de testamenta. tutel. Surd. dec. 38. n. 21 & sequent. vbi etiam legatum prioribus factum minimè tunc ademptum censeri Galganet. d. tit. 2. n. 32. si autem priores fuisse reprobatos appareret, tunc non erunt tutores d. l. si à patre Galganet. d. tit. 7. sub n. 52.

124 17. Sublim. non procedere quando tutor pupillo status controuersiam mouisset hæreditatem petendo, tunc enim tutor alter dari deberet l. idem fiet. 27. §. final. de testamenta. tutel. vbi glo. & Bartol. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 7. n. 45. & 52.

125 18. Sublim. quando tutor datus appellauit, vel dies vel conditio pendet, aut ex testamento hæreditas adita non fuit, his enim casibus alter tutor dari potest §. 1. Institut. de Atilian. tutor. l. 2. de tute. dati. l. 17. §. fin. de appellat. Galganet. de tutel tit. 7. n. 51. & quando de tutelæ validitate disputatur Franch. decis. 584. n. 5. Monta. supra n. 18.

126 19. Sublim. vel potius secus esse dicas in curatore, qui curatorem habēti dari potest l. ventri. 20. in fi. de tut. dati. l. curatorem. 10. C. qui dare tut. poss. Galganet. d. tit. 7. sub. n. 52.

127 20. Sublim. Azo. in sum. C. in quib. casib. habenti. tutor. &c. & ex causa dari posse Vant. de nullit. ex defect. manda. n. 144.

128 Lim. suprascriptas sublimitationes, vt si ex causa detur ob quam dari non debuit, iudicis decretū nihil operetur, & datio nulla sit l. tutor si petitus, vbi Bar. de tut. & cur. dat. ab his. Paris. cons. 85. lib. 3. 68. lib. 4. Simon. de decret. tit. 1. n. 23.

129 21. Lim. in Sacerdote, qui tametsi tutor legitimus esse possit, non tamen testamentarius, nisi miserabilium personarum Marant. de ordin. iudic. part. 4. in distinct. 3. n. 65. Surd. decis. 207. in fine Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 2. n. 38. Gal. de Bened. in cap. Rainutius. vers. & uxorem dec. 2. n. 128.

128. de testam. vbi de omni clerico. vide infra tit. 9 limitat. 18. n. 115. & volentes tantum esse posse. Viu. dec 151. Ricci. collect. dec. 2393. pupillo seculari ab ecclesiastico, & seculari datur Bero. conf. 102. n. 23. lib. 3. Alba. conf. 755. n. 28. Secus de religioso dicens. Gras. de eff. cleric. eff. 16. etiam si eam gerere cepissent, & idem in episcopis sed ad legitimam cogi non potest, & vltra quartum gradum non suscipiet, nec si non sit proximior. nu. seq. & Barbosa de iur. eccl. vniuers. lib. 1. c. 39. §. 5. n. 72. & seq. Graf. eff. cleri. 16.

130 12. Lim. in vsurario manifesto, qui non potest dare tutores filiis, nisi præstita cautione de restituendis vsuris Bal. conf. 311. n. 1. lib. 2. & manifestus dicitur si probetur publicè, & manifestè pro vsurario probatur sine alia declaratoria de communi. Viui. dec. 378. n. 9.

131 13. Lim. eos tantum tutores dare posse, quibus est à lege vel Principe permissum. Menoch. conf. 345. n. 37. à lege enim, testatore, ac iudice tutor constituitur. Bero. q. 67. n. 4. non à priuato vt per eum, nec etiam si iudex ei mandasset, & ab extraneo datus quo ad bona, quæ ei reliquit, est administrator. Surd. conf. 428. n. 22. Cancer. vari. reso. tom. 1. cap. 7. n. 4.

132 14. Lim. nam dari solummodo debet tutor arbitrio proximiorum, & magis idoneus ex pluribus concurrentibus Cor. conf. 163. n. 8. lib. 4. & vocatis propinquis n. 9. & ille quem mater nominauerit conf. 284. n. 9. lib. 3. non tamen teneri eligere eum, quem secundo nubens mater proposuerit Crau. conf. 190. n. 8.

133 15. Lim. in matre quæ filiis tutorem dare non potest, datus tamen confirmari debet, alioquin administrare nequit l. 2. vbi glo. & Bar. de confir. tut. Spec. de datiua tut. n. 8. vbi de filio à matre instituto Bal. conf. 24. n. 8. inter. conf. vltim. voluntat. Caldas. de restitut. in integ. verbo, fine curatore. n. 100. & 101. Gutierez. de tutel. part. 1. cap. 4. n. 1. & sequent. subdens n. 8. & sequent. in confirmatione leuem inquisitionem esse adhibendam tam communi, quam Regio iure, & quando sine inquisitione confirmatur, satisdare tenetur. n. 10. & si à matre datur, confirmatur cum inquisitione, sine ea, si à patre l. si filio. de confir. tut. Cor. conf. 284. n. 7. lib. 3. quatuor autem requiruntur in inquisitione: de quib. in l. naturali. §. fi. de confirm. tuto. & seqq.

134 1. Amp. in auo, & auia, & aliis per lineam maternam ascendentibus Caldas. d. versic. fine curatore. n. 101. Gutierez. supra. n. 11.

135 1. Sublim. non procedere quo ad ea quæ mater filiis reliquit, quoad illa namque filiis tutorem dare potest l. 4. de testamenta. tutel. Durant. de tutor. & executor. caut. 4. n. 1. Ameri. de patria potesta. cap. 6. effect. 14. n. 5. Borgnin. de tutor. sub. n. 11. Mastril. decis. 59. Cancer. var. resol. tom. 1. c. 7. n. 4. eorum, quæ reliquit, administrationem etiã fœminæ posse relinquere, & Surd. conf. 428. n. 17. 22.

136 1. Lim. quando pater filio communi tutorem dedisset, hic enim dato à matre præfertur. Caldas. d. versic. fine curatore. n. 103. Gutierez. d. cap. 4. n. 5. vbi reiicit d. cautel. 4. Durant. de tutor. n. 2.

137 2. Lim. non procedere quando filium in legitima tantum mater instituisset l. peto. §. matre. de leg. 2. Roman. conf. 188. n. 3. vbi requiri probat hæredem vniuersalem filium fuisse relictum, nec in legitima tantum institutum sufficere. Piag. de tutor. q. 3. n. 28. vide supra n. 10.

138 Contrarium tenet. Caldas. d. uersic. fine curatore. n. 103. Molina. de iustit. & iur. tractat. 2. disputat. 220. col. 1356. in fine Gutierez. d. cap. 4. n. 4.

139 16. Lim. testamentarium non posse nisi à patre dari, & habente eos in potestate, quibus tutorem constituit. Paris. conf. 11. n. 8. lib. 2. Caldas. d. versic. fine curatore. n. 11.

140 17. Lim. nam minores 25. annis, tutorem testamento dare minimè possunt l 3. §. quamuis de administrat. tuto. Guhel. de Bened. in cap. Raimutius uerbo adiectæ part 1. n 83. de testamen.

141 Contrarium tenet. Bar. in d. §. quamuis, & Aretin. in §. furiosus. n. 2. Instit. qui dar. tuto. post Borgni. de tutor. & curat. n. 8. sed d. §. quamuis contrarium probat. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 2. n. 20 vide supra amp. 32.

142 18. Lim. in patrono, & extraneo, ille enim liberto tutorem dare non potest; hic uerò filio alterius constituere nequit, licet si congruat, ex inquisitione dati confirmari debeant l. qui tutelam. 28. §. impuberi. de testament. Gutier. de tutel. part. 1. cap. 4. n. 12. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 2. n. 7. Monta. d. cap. 8 n. 41. ubi de datis à patruo confirmandis. l. tutores. de confirm. tut.

143 Sublim. quando patronus libertum, & extraneus illum cui tutores dederunt hæredem instituerunt, nihil aliud habentem, tunc enim datio tutoris est ualida, sed datus tutor cum inquisitione confirmandus est l. si patronus 4. de confirman. tuto. ubi glo. Gutierez. d. n. 12. Galganet. supra qui tamen in extraneo tantum, & instituente inquisitione opus esse probat. Gratia. discep. 680. vbi etiam dationem restringi ad bona relicta, & à iudice idoneum pronunciari debere.

144 Lim. tamen, & declara, nam nullo modo extraneus sine institutione potest impuberi tutorem constituere, nec datus à iudice confirmari, sed à patrono liberto datus semper confirmandus est de communi omnium Caldas. d. uersic. fine curatore n. 104. & Gutierez. supra n. 13. uide supra amp. 21. & 22. n. 40. & 41. Gratia. supra. non confirmari autem si is cui datus fuit non potest esse sub tutela. Sec. Iun. conf. 59. n. 33. lib. 3.

145 19. Lim. incertum dari non posse, nec certum incertis l. tutores. 20. §. tutor incertus l. duo sunt Titii. & l. tutor. 23. de testam. tut. Bartolom. Brixien. q. Dominical. 29. n. 4. Venetial. q. 52. n. 3. Menoch. lib. 4. præsump. 25. n. 7. Galganet. d. tit. 2. n. 12. §. tutor. autem Instit. de legat.

146 1. Sublim. quando eiusmodi incertitudo possit coniecturis certificari Menoch. supra Crau. conf. 162. n. 3. vbi ex verisimi vel relato uel si in vno solo possit verificari. Piag. de tut. & cur. q. 3. vel ex post, in testamentario tamen non in datiuo.

tiuo. Fab. in d. §. tutor autem n. 6. Cor. conf. 210. n. 2. lib. 3. vbi si matri declaratio commissa sit, sed incertum à iudice confirmari posse, & vtroque casu tutelam sustineri. & certam dationem conferri posse in eius voluntatem cui datur d. l. tutor. 23. vbi Bar. non tamen relinqui possunt ad vxoris electionem Bero. q. 67. n. 2. Brun. de reb. dub. c. de persona n. 27. & seq. vbi aliter sublimitat. Gall. de excep. suc. tit. 4. par. 3. n. 9.

147 20. Lim. in eo qui pa siuam testamenti factionem non habet, hic enim tutor dari non potest l. testamento. 21. vbi glo. verbo factio. & Docto. de testam. tutel. Specul. de testam. tutel. n. 1. versic. itē excipitur. Galganet. supra. n. 23.

148 21. Lim. in filiis naturalibus quibus pater, non dat tutorem, si eis nihil reliquit datus autem debet cum inquisitione confirmari. l. naturali de confirman tutor. l. final. C. eod. Spec. de dati. tut. n. 8. Marc. Anton. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. n. 172. C. de in officio. testament. Tiraq. in l. si vnquam. verbo. susceperit liberos. n. 58. C. de reuocand. donation. Nepos. à Monte. Albano. de except. artic. 11 n. 11. vbi non valere tutoris dationem, nisi quoad eis relicta, nec sine inquisitione confirmari. vide supra amp. 5. & naturalibus patrem tutorem, non dare probat etiā Gratian. disceptat. forens. 567. n. 19. nec eis succedit prout nec mater spuriis adulterinis, ex communi Pereg. dec. 58. etiam legitimitis. n. 4.

149 22. Lim. in muliere quæ tutrix testamento dari non potest, nisi communibus filiis, & omnibus data quo ad communes filios sustinebitur, quia vtile non vitiatur per in vtile in diuiduis respectu personarum, & rerum. Bero q. 67. n. 5. & 6. Roland. in flori. testam. rubr. 30. n. 3. Dec. in l. fœminæ. n. 18. de reg. iur. exceptis matre, & auia. auth. matri, & auiæ. C. quand. mulier. tute. offic. fung. poss. & ibi Doc. vide infra tit. 21.

150 23. Lim. non posse testamento tutores dari ad arbitrium, & electionem uxoris testatoris Bero. d. q. 67.

151 24. Lim. in iudæo qui tutor Christiani dari non potest ut pluribus rationibus probat Surd. conf. 122. n. 40. & sequent. vide infra tit. 9. lim. 3?. Contrarium tenet Roma. in l. ait prætor §. iurari. n. 21. de iur. iur.

152 25. Lim. dari non posse recasuris in potestate patris vel aui, nec etiam à milite. l. 1. & 2. de testam. tut. vbi glo. & Bar.

153 26. Lim. non dici testamento datos nisi iure dati sint l. 3. & ubi glo. de testam. tute.

154 1. Sublim. quando à patre minus legitimè datus esset, tunc enim confirmaretur sine inquisitione, nisi noua causa superuenisset l. 4. §. fi. ubi glo. & Bar. de testam. tut.

155 27. Lim. eum, qui tutelam in testamento sibi adscripsit, tutorem non esse, nisi testator subscripserit l. ex sententia 29. ubi Bar. de testa. tut.

156 28. Lim. non posse à militibus tutores dari, nisi ybi à paganis dari possunt l. impuberi 41. vbi Bar. & glo. fi. de admi. tuto.

SVMMARIVM.

1 *Consanguinei pupillorum tutores petere debent.*
2 *Iudex nemine petento vocatis coniunctis tutorem constituit.*
3 *Curatorem adulto coniuncti petere possunt à iudice dari.*
4 *Mater tutorem filiis dari petere debet.*
5 *Libertus patroni filiis tutorem constitui petere tenetur.*
6 *Errore comperto qui pro tutore se gessit pupilli cōiunctos, si velit abstinere certiorare tenetur, vt pupillo tutorem petant.*
7 *Testamento inutiliter datus tutor, errore comperto volens abstinere tutorem dari pupillo petere tenetur.*
8 *Tutor pupillum adultum effectum admonere debet, ve sibi curatorem petat, alioquin periculo tutela non liberabitur.*
9 *Agnati proximiores intra quatuor menses à die scientia, sese per iudicem tutores eligi petere tenentur; vlterius non audientur.*
10 *Tutoris à præside ante aduentum successioris datio valet.*
11 *Decuriones magistratu absente tutores constituunt pro maiori parte.*
12 *Mater ad secunda vota transire volens petere debet filiis tutorem dari.*
13 *Tutor pupillo curatorem dari petere nequaquam potest.*
14 *Remotus à tutela non potest petere pupillo tutorem dari.*

QVI PETANT TVTORES DARI, ET QVANDO. Tit. VI. Cap. I.

1 Consanguinei pupilli ei tutorem petere debent, quibus negligentibus creditores pupilli, eidem tutores dari eius coniunctis, & amicis vocatis petere possunt. l. si filiis. C. qui petant tutor. Afflict. decis. 262. n. 2. Cacchera. decis. Pedemont. 89. n. 7. Marant. de ordi. iudicio. part. 4. distinctio. 16. n. 36. Montan. de tutel. cap. 17. n. 9. Papi. in forma. lib. ad red. rat. tut. glo. & curatores. n. 7. alioquin periculo subsunt refectionis damnorum, & priuationis successionis hæreditatis pupilli. Masue. in pract. tit. de tut. & cur. n. 29

2 1. Amp. vt iudex nemine petente ex officio vocatis coniunctis tutorem dare debeat. Cacchera. supra Montan. supra n. 9. & 10.

3 2. Amp. idem esse si sit curator dandus adulto l. 1. & l. matris. C. qui pet. tuto. l. Diuus Seuerus. §. curatores. eod. tit. l. 1. §. si pupillus de tutel. Montan. d. cap. 17. n. 12.

4 3. Amp. vt mater tutorem dari filiis petere debeat, vt infra tit. 21. cap. 3. & 5. cuius periculo datur. l. 4. qui pet. tutor. etiam mortuo tutore l. 3. C. eod. & amita l. 5. C. eod. qua negligente agnati tutorem petent l. 10. vbi Sali. C. eod. & l. 6. vbi Sali. C. qui dare tut. pos. vbi etiam posse præsidem tā per se, quam per magistratum eis tutorem dare, & legitimo locus erit non datiuo Surd. cons. 159. n. 8.

5 4. Amp. vt libertus patroni filiis tutores constitui petere debeat l. 2. §. libert. qui pet. tutor. l. 2. C. eod. Montan. de tute. cap. 18. n. 24.

6 5. Amp. vt ille, qui pro tutore se gessit errore comperto, si velit abstinere necessarios pupilli certiorare teneatur, vt ei tutores petant l. 1. §. sed. si cognito de eo qui pro tuto. Mōtan. d. cap. 18. n. 25.

7 6. Amp.

7 6. Amp. vt inutiliter datus testamento, errore; cóperto abstinere volens alium dari tutorem petere debeat, ne forte si cæpta deseruerit culpæ causa, vel fraudis condemnetur l. tutores. §. qui se negotiis. de admini. tutor. Monta. d. n. 25. prout si gerere sit impeditus Masuer. supra n. 32.

8 7. Amp. teneri tutorem monere adultum, vt curatorem sibi petat, quo negligente à iudice dabitur, alioquin periculo tutelæ non liberatur l. ita autē. §. si tutor. de administrat. tutor. l. admone. C. qui petant. tutor. l. 3. §. pupillus. de tut. Dec. in cap. ex parte. 2. not. 3. de appel. Madern. Parisiē. de vsur. q. 30. n. 208. Montan. d. cap. 18. n. 26. & sequent. qui subdit, hoc in Gallia non seruari, nisi quo ad matrem, & vbi non seruatur non requiri ex Alex. cons. 131. n. 4. lib. 1. & Soc. Iun. cons. 34. lib. 2. quamuis talis non vsus in contradictorio iudicio obtentus requiratur secundum magis communem opinionem de qua per Alex. supra de quo egi in fine pactorum. verbo. vsu. vide; infra. tit. 33. Masuer. supra. n. 31.

9 8. Amp. vt agnati proximiores intra quatuor mēses a die scientiæ, sese per Iudicem tutores eligi, petere teneantur, alioquin vlterius non audientur. Bar. in l. tutor. si petitus. n. 4. de tut. & cur. & in authen. matri, & auiæ vbi alii. C. quando mulier. tut. offic. fungi poss. & de Clericis in authen. præsbiteros. l. 2. C. de episcop. & cleric. Alex. cons. 140. n. 5. lib. 1. etiam in matre, & auia Bar. d. n. 4. & Galgan. de tutel. lib. 1. tit. 6. n. 9. quamuis in matre dissentiat Dec. cons. 16. n. 7. vide infra. tit. 21. cap. 3. Surd. cons. 159. n. 21. & in matre quod excludatur magis coēm. testatur.

10 9. Amp. validam esse dationem tutoris à præside ante successoris aduentum l. si forte. 17. de offic. præsid. Galganet. d. lib. 1. tit. 7. n. 13.

11 10. Amp. vt in patri, vel eiusdem ordinis magistratu, hanc facultatem habente in absentia aliquorum tutor, & curator dari possit l. vbi. 19. de tut. & cur. Bar. in l. decreto. 6. qui pet. tuto. Galganet. d. tit. 7. n. 13. maiori parte decurionum magistratu absente interueniente d. l. vbi.

12 11. Amp. in matre quæ volens ad secunda vota transire tutorem filiis dari petere debet l. 2. §. si mater. ad Tertul. Spec. de anom. tut. in fine vide infra. tit. 21. cap. 3. & 5. & datiuo locus erit Surd. cons. 159. n. 9. & seq.

12. Amp. vt creditor si non extent necessarii pupillo debitoris sui tutorem, dari petere possit l. 4. C. qui pet. tuto. vbi glo. & Salic. cognati, affines, amici, & educatores puerorum l. 2. qui pet. tuto.

13 1. Lim. in tutore, qui curatorem pupillo dari petere nequit l. 4. qui pet. tuto. vbi Bar. nisi in casu tutelæ finitæ, vt supra amp. 7.

14 2. Lim. in remoto à tutela, qui alium tutorem dari petere non tenetur l. 5. vbi Bar. qui pet. tutor.

15 3. Lim. in pupillo qui petere non potest sibi ipsi tutorem dari sed ab agnatis eius, vel cognatis, hoc est petendum l. 2. qui pet. tuto. Papien. d. glo. & curatores n. 7. nec potest seruum suum manumittere, vt eum habeat tutorem l. fi. de manumis. vind. nec tenetur tutorem petere, vt debitor sibi rectè soluat nec ire ad locum, vbi eius tutor absens reperitur, sed à debitore peti debet, & tutorem ad pupillum ducere. l. 2. vbi glo. de tutel.

16 4. Lim. in eo qui cum pupillo litigaturus est, qui tutorem nón petit, sed aliis nunciat quibus negligentibus iudex ad instantiam creditoris tutores constituet. l. 3. §. si quidem vbi glo. & Bar. qui pet. tut. Natta. cons. 334. n. 1.

17

SVMMARIVM.

1 *Iudex domicilij pupilli, & eius originis dat ei tutorem.*
2 *Defensores ciuitatis cum Episcopo dant tutores.*
3 *Tutor datus à competenti iudice omnia bona vbicumque sita administrare potest.*
4 *Administrare non potest tutor alibi sita bona pro quibus tutor alter datus fuit.*
5 *Vulgo conceptis iudex tutorem constituit.*
6 *Iudex requisitus dans minus idoneum tutorem, vel nullum constituens tenetur in subsidium.*
7 *Iudex loci maioris partis bonorum pupilli ei tutorē dat.*
8 *Contrarium probant ibi citati.*
9 *Iudex originis. & domicilij tutores constituunt; diuersis autem eodem die ab eisdem datis, prefertur à iudice originis electus.*
10 *Iudex pupillo inuito, absenti, & ignoranti tutorem constituit absentem, & ignorantem.*
11 *Iudex loci domicilij pupillo loci illius domino tutelam minime decernit, debet enim iudici subditus esse pupillus.*
12 *Iudex loci bonorum tantum non dat tutorem quamuis decretum interponat.*
13 *Contrarium probatur n. 13.*
14 *Delegari nequit tutoris datio cum mixti imperii sit.*
15 *Contrarium tenens citatur.*
16 *Delegari non potest tutoris confirmatio.*
17 *Delegari non potest tutoris datio etiam si meri imperij, & iurisdictionis non esset.*
18 *Iudex pupillo à sua iurisdictione exempto tutorem non constituit.*
19 *Absenti pupillo non datur eo instante tutor qui mandato curet etiam cum rati cautione nisi coniunctus sit.*
20 *Ventri ex officio tutor dari non potest.*
21 *Cedenti bonis curator ex maiori creditorum parte instantia non ex officio iudicis datur.*
22 *Iudex ille tantum dat curatorem cui lege, Senatusconsulto vel a Principe concessum fuit.*
23 *Iudex domicilij vel originis tantum tutorem dat.*
24 *Iudex se ipsum tutorem, vel curatorem, constituere nequit.*
25 *Iudex qui incidit in furorem non potest tutorem dare.*
26 *Iudice absente decuriones seu Priores Ciuitatis adsiri debent.*
27 *Decretum interponi potest ab vno præside homini alteri Præsidis subdito, si Præses vterq; eundem superiorem recognoscat; secus si iurisdictiones essent omnino separatæ, velut Papæ & Imperatoris.*
28 *Clerico ab ecclesiastico iudice constitui debet tutor.*
29 *Clericus clerico tutor nequit a iudice laico dari.*
30 *Clericis secularis iudex tutorem dare potest, non tamen in beneficialibus, nec in Ecclesiasticis.*
31 *Principi impuberi tutor ab eis datur qui à consilijs Regis, primi Regno, & Imperio præsunt, & ab alijs, vt ibi & idem de curatore, & intrast. de curat. tit. 5. n. 15. amp. 20.*
32 *Imperio immediate subiectorum tutela, et cura à quo detur vel confirmetur.*
33 *Illustrium tutor à quibus nominetur, & an nominans in subsidium teneatur.*

34 *Qui non dentur tutores.*
35 *Subditus tantum à Iudice tutor datur.*

A QVO IVDICE TVTORES DENTVR. Tit. VII. Cap. I.

1 IVdex domicilii pupilli ei tutorem dat, sicut & originis, & potest domicilii iudex tutorem impuberi dare absque concursu iudicis originis, & loci maioris partis bonorum glo. & Doct. communiter. in l. 1. C. vbi petatur tuto. vel curato. Spec. de tutor. §. generaliter. n. 16. vbi Bal. in addition. in fine Rom. consl. 250. Alex. consl. 44. n. 17. lib. 5. de communi Gutierez. de tutel. part. 1. cap. 16. n. 4. & 5. & à iudice datur mixtum imperium habente Bar. in l. imperium. n. 10. in fine de iurisdictio. om. iud. Intrigl. de feud. q. 15. n. 100. & esse iurisdictionis cötentiosæ probat Gutierez. supra. n. 9. & Scrader. de feud. part. 10. sectio. 19. n. 83. ex communi Iudicem tutorem dare probat cui pupillus subest, & dominum feudi vasallo, & Simone. de decret. lib. 1. tit. 1. n. 61. ex communi ostendit ab vtroque Iudice creari domicilii, & bonorum, modò vnica sit tutela, & pupillus Iudici constituenti aliquo respectu subditus sit; sed primò datum præferri, etsi de prioritate non appareat vtrumque valere Fab. in l. magistratus C. vbi pet. tut. & cur. & creari possunt à diuersis Iudicibus respectu bonorum in diuersis territoriis existentium. Ias. in l. 1. in 2. lectu. n. 94. C. de Sum. Trinita. & fide. Catholi. vbi ab vno creatū ad omnia extendi Borg. de tuto. & curato. n. 281. Castr. autem consl. 353. n. 2. lib. 1. inquit quod si pupillus bona in vno territorio habeat, & non sit origine illius territorii, nec in eo domicilium habeat curator in eo loco dari debeat præsertim si in illo habeat suorum bonorum maiorem partem, & Bal. consl. 334. lib. 4. tradit, quando nepos aui, vel proaui originem sequatur, & ordinariam iurisdictionem habere debere Iudicem tutorem dantem Montan. de tutel. cap. 4. n. 22. & cap. 20. inquit sat esse Iudici subesse ratione personæ vel domicilii etiam originis paternæ, vel ratione bonorum vide infra tit. 11. cap. 8. & dationem tutelæ non esse voluntariæ sed contentiosæ iurisdictionis probat Galganet. de tutel. lib. 9. 27. ideoque nisi iudex sit ratione vriginis vel domicilii non dabit tutorem nisi in casu necessitatis, nec curatorem, & esse competentem iudicem loci vbi pupillus habet maiorem bonorum partem, Ang. Aretin. de testam. glo. 96. n. 10. subdito tantum dari, & subditum tutorem. probat. & ab vtroque iudice dari posse Papien. in form. libel. ad redden. ratio. tut. glo. eidem n. 2. & prius datum præferri probat. Masuer in pract. tit. de tut. & cur. n. 36. à iudice domicilii dari & extendi ad bona etiam extra territorium sita Spino. de testam. glo. 29. n. 16. & si rector. qui tutorem dare debet absit ordo decurionū dabit l. vbi & ibi Bar. de tut. & cur. dat. ab his Rai. consl. 158. in fi. lib. 4. & in loco originis dari à Iudice domicilii, alias à Iudice originis si vtrobiq; bona habeat l. pupillo. 27. vbi Bar. de tut. & cur. dat ab his.

2 1. Amp. vt defensores Ciuitatis cum Episcopo tutores pupillis constituant, si facultates illius ad 500. solidos ascendat. §. nos autem Instit. de Attilian. tutor. Montan. de tutel. cap. 19. n. 25. & in Legato Proconsulis quod tut res dare possit non ex delegatione, sed legis beneficio l. penult. de offic. Proconf. vbi glos. & in camera Imperiali ecclesiasticum laicos tutores pupillis laicis dare Rot. Spi. dec. 168. Ricci. dec. 2393.

3 2. Amp. vt datus à competenti iudice administrare possit omnia bona vbicunque etiam extra territorium existentia quia tutor personæ datur quam bona sequuntur, & accessoriè seu in consequenti à bonis siue datus sit à testatore vel à iudice l. 2. C. de excusatio tutor. §. datus. Institut. eod. tit. Fab. in l. 1. n. 2. C. vbi peta tut. & cur. Castr. consl. 320. n. 2. lib. 1. 413. n. 1. lib. 2 Cor. consl. 202. n. 6. lib. 1. Aretin. in d. §. datus. n. 2. Borgni de tutor. & curat. n. 281. per Ias. in l. 1. in 2. lectu. n. 9. C. de Sum. Trinit. & fide Catholic. Gutierez de tutel. part. 1. cap. 16. n. 4. & sequent. Monta. de tutel. cap. 4. n. 22. vide infra tit. 11. cap. 7. est enim generalis tutelæ administratio continēs capita plura, & diuersas administrationes Rim. consl. 364. n. 17. Gail. obs. 123. n. 6. lib. 2.

4 1. Lim. non procedere quando aliorum bonorum alibi sitorum respectu tutor alter constitutus fuisset, Monta. d. n. 12.

5 3. Amp. in vulgo conceptis Maluas. consl. 37. n. 14. seq. Gutierez. supra. n. 15.

6 4. Amp. vt si iudex requisitus non dederit, vel minus idoneum tutorem dederit actione subsidiaria teneatur l. 1. §. si præsef. de magistrat. conueniend. l. 3. & 5. C. eod. Galganet. de tutel. lib. 2. tit. 35. 1. & seq. dequo late infra tit. 13 cap. 3. amp. 21.

7 5. Amp. vt iudex loci maioris partis bonorum pupillo tutorem constituere possit Gutier. supra n. 17. & seq.

8 Contrarium nisi pupillus ibi domicilium habeat tenent communiter Doc. in d. l. 1. C. vbi petan. tutor. & curato. de communi Comez. var. resolutio. tom. 2. cap. 14. n. 17. vide infra in 2. limitatione 7. ampliationis.

9 6. Amp. vt licet originis, domicilii, & bonorum pupilli iudex, illi tutorem dare possit, & ab horū altero prius datus præferatur Fab. in d. l. 1. n. 1. & 2. attamen si eadem die à Iudice originis, & Iudice domicilii duo tutores constituti sint, à Iudice originis datus præfertur Alberi. in l. 1. de tutor. & curator. dat. ab his Gutier. supra n. 31. & à Iudice originis, vel domicilii dari posse, cuiusque administrationem ad omnia bona porrigi Bar. in l. pupillo. de tutr. & curat. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 6. n. 5. et inter datos à Iudice originis, vel domicilii esse locum præuentioni Aretin. in. §. sed hoc iure. n. 4. Instit. de Attilian. tuto. Galganet. supra n. 7. & d. q. 27. n. 6. & seq. Papien. d. glo. eidm. n. 2.

10 7. Amp. vt ex officio iudex tutorem pupillo constituat etiam inuito, absenti, & ignoranti, & absentem, & ignorantem Docto. in l. 1. de iurisdiction omni. iud. de communi testator Gutierez. supra. n. 140. Natta. consl. 334. n. 1. Cacchera. decis.

decis. pedemonta. 89.n.6. & sequent. vbi citatis per creditores infantis agnatis, & nemine petente. de magis communi Serad. de feud. part. 10. sect. 19. n. 253. præsertim in pupillo vel minore, & hæreditati iacenti, & absenti, & ab hostibus capto. n. 254. nec non & furioso, & aliis perpetuo morbo laborantibus, & infanti in casibus in quibus dari potest. n. 255. & 256. Gail. obseruatio. 107. n. 7. & 8. lib. 2. vocatis tamen coniunctis infantis Serader. supra. n. 257. & nemine petente. Galganet de tutel. lib. 3. q. 1. n. 36.

11 1. Lim. non procedere quando pupillus esset Dominus loci domicilii, tunc enim loci illius iudex tutelam decernere non posset, est etenim opus quod pupillus subditus iudici sit d. l. 1. Gutierez. supra. n. 7. tunc autem originis iudex, vel maioris partis bonorum pupilli tutelam decernet, at idem in curatore inquit num. sequent. supra. n. 8.

12 2. Lim. quando bona minoris in loco existerent, vbi nec originis, neque habitationis domicilium pupillus haberet, tunc enim sitæ rei iudex in alienatione decretum interponet Gomez. supra. Gutierez. supra n. 19. non tamen tutorem dare posse Iudicem loci facultatum, quia tutor personæ nō rebus datur. sed curator dabitur Bar. in l. pupillo. de tutor. & curator. Doc. in l. 1. C. vbi petan. tut. & cur. Galganet. supra. n. 6. Add. ad Papien. d. glo. eidem in fine.

13 Contrarium nempe iudicem loci bonorum dare tutorem non fundo sed omnibus bonis Specul. de tutor. §. generaliter. n. 16. 17. loqueas de iudice loci vnius fundi. vide supra amp. 5

14 3. Lim. vt cum datio tutoris mixti imperii sit alias maioris, alias minoris, l. mutus § tutorum. de tutel. Beluis. pract. iudic. tit. de fuga. reor. n. 25. delegari non possit, nisi pupilli facultates infra 500. solidos essent, aut nisi illi delegatio fiat, qui alioquin habeat iurisditionem, quod & in curatoris datione procedit secundum magis communem de qua testantur Purpur. in l 1. n 664. de off. cuius cui manda. est iurisdict. & Gutierez. supra, n. 27. & 28. Natta. cons. 663. vbi propterea non subdito dari non posse Bolognet. in d. l. 1. n. 36. & sequent. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 7. n. 11. Valasc. in l. imperium n. 235. & sequent. de iurisdictio. om. iud. Lanfran. de arbitr. part. 4. n. 11.

15 Contrarium tenet Orian. In. d. l. 1. n. 96.

16 1. Amp. primam opinionem vt nec tutoris confirmatio delegari possit Valasc. in d. l. imperium n. 239. de iurisd. om. iudic.

17 Quamuis nec meri, nec mixti, imperii nec iurisdictionis esse, at ex lege, vel senatusconsulto tributa teneant Longouelli, in d. l. imperium. n. 135. & seq de iurisd. om. iudic. contra mentem. Doctorum; verum etiam si nec meri imperii, nec iurisdictionis esset, delegari nō posse tenet Solom. in d. l. 1. n. 3.

18 4. Lim. quando pupillus exemptus esset à iurisdictione iudicis, tunc enim dari ab eo non posset à cuius iurisdictioce exemptus foret Serad. d. sect. 19. n. 85.

19 5 Lim. non posse dari absenti pupillo eo instante qui mandato careret etiam cum cautione de rato, nisi coniunctus esset Castr. in l. mutus. 43. §. 15. qui n. 5. de procurator. Serad supra. n. 253.

20 6. Lim non posse ventri ex officio dari l. 1. §. quoties. de ventr. in possess. mitten. l. 2. §. quod si curatores. ad Tertillan. Serad. d. n. 253. ad finem. Mōtan. de tutel. cap. 3. n 48.

21 7. Lim. in eo qui bonis cessit l. 2. de curator. bon. dand. Serader. d. n. 253. in fine. vbi curatorem à Iudice non dari nisi creditoribus pro maiori parte petentibus.

22 8. Lim. non dare tutorem, & curatorem nisi eum cui lex, Senatusconsultum, aut Princeps dandi facultatem concessit, ideoque mixti imperii est l. muto. §. tutoris. de tutel. Oldrad. cons. 50. Aretin. in §. sed hoc iure n. 8. in fine Instit. de Attilian. tutor. Galganet de tutel. lib. 1. tit. 7. n. 9. 10.

23 9. Lim. in iudice alterius loci quam vbi pupillus ex patre originem ducit, vel bona aut maiorem partem possideat, sicque domicilii l. 1. vbi Doc. C. qui pet. tut. & cur. Franc. Marc. dec. 83. n. 6. part. 2. Galganet. d tit. 7. n. 12. non subdito enim dari non potest, & si datus non administret non tenebitur. l. neque C. qui dar. tuto. pos. Alex. cōs. 161. n. 7. lib. 5. Franc. Marc. decis. 251. part. 1. Borgni. de tutor. n. 3. Galganet. supra n. 21.

24 10. Lim. non posse iudicem se ipsum tutorem, vel curatorem constituere l. prætor. 4. vbi glo. & Doctor. de tutor. & curator. Galganet. supra. n. 13.

25 11. Lim. in iudice qui in furorem incidit qui tutorem dare non potest, quia quicquid agat non intelligit. l. nec mandante. 8. §. 1. de tutor. & curator. vbi Bar. Galganet. d. tit. 7. n. 14:

26 12. Lim. vt absente iudice decuriones seu priores ciuitatis adiri debeant Roman. in l. si verò. §. de verò n. 217. Solut. matrimon.

27 13. Lim. quoad decreti interpositionem, nam iurisdictio voluntaria potest ab vno præside in homine qui subsit alteri præsidi exerceri quādo vterque Præses superiorem eundem recognoscit, secus verò quando iurisdictiones omnino separatæ essent ac distinctæ vt Papæ, & Imperatoris cap. nouit. de iudic. tunc etenim vnus in personis alterius nō potest se intromittere elem pastoralis. de re iud. clem. ne Romani de iuriur. Rol. cons. 88. n. 36. versic. secundò respondetur. lib. 1. Simon. de decret. lib. 1. tit 1. n. 7. & seq. vbi retenta communi sententia, quod iudex personæ, vel bonorum decretum interponere possit duobus casibus non procedere probat. Primo. si tutela, vel cura in plures diuisa esset, nec vni tantum data fuisset, nam quando diuisa esset in plures, loci prædialis iudex authoritatem interponet l. magis puto. §. illud. de reb. cor. secundò necessario requiri vt Iudex aliquo respectu suus iudex sit, nec partium consensu iurisdictio. potest prorogari Bero. cons. 22. n. 46. & seq. lib. 1. Simon. supra Pie. ad stat. Vil. lib. 1. c. 151. glo. 21. à Iudice domicilij, non à delegato nisi Principis in specie interponi.

28 14. Lim. nam Clerico ab ecclesiastico iudice tutor constitui debet Bar. in l 1. n. 5. de tutor. & curato. dat. ab his Rota. decis. 7. n. 6. de iudic. in nouis. Ripa. In cap. 2. n. 10. de iudic. Ruin. cons. 89. n. 1. lib. 5. Soc. in l. si quis clericus n. 23. in fine.

ne. de foro. competen. Piag. de tutor. q. 1. n. 6. Gutierez. de tutel. part. 1. n. 20. cap. 16. Spino. de testament. glo. 29. n. 18. Montan. de tutel. cap. 4. n. 15. Galgacet. de tutel. lib. 1. tit. 6. n. 4. non autem à laico tit. 7. n. 22. Cabedo. dec. 80. par. 1. Diana. resol. moral 94. par. 1. tract. 2. etiam mète capto, vbi tamen clerico actori, si minor sit coram iudice laico litiganti abiisto curatorem dari, & ex Cabedo. dec. 81. iudicem laicum facere inuentarium filiorum minorum clerici vita functi.

29 1. Amp. vt nec etiam clericus clerico à laico dari tutor possit Dec. conf. 150. n. 9. Monta. supra. n. 27. quamuis laicus etiam clerico tutor possit per ecclesiasticum constitui, Dec. supra. n. 8. Monta. supra. n. 31.

30 Verum etiam ad secularem spectare clericis tutorem dare, qui tamen potestatem non habebit in beneficialibus, & ecclesiasticis, & à laico datos coram eis cogi posse, & rationem reddere teneri, & ita etiam in Gallia seruari testatur Guliel. de Benedict. in cap. Rainutius. versic. & vxorem nomine Adelatiam. decis. 2. n. 128. de testament. ex communi.

31 15. Lim. in Principe impubere, nam eius tutores & curatores eligi debent ab eis qui à consiliis Regis, primi regno, & imperio præsunt, vt apud fràcos Parlamentum apud Hispanios Magnum consilium; apud Duces verò Consiliarii, & Populus, Caldas de restitutio. in integrum verbo hunc contractum, n. 48. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 11. n. 15. vbi etiam ad Papam in principatibus ecclesiæ subiectis vbi n. 13. & 14. exemplo Salomonis Regem coronari, & inungi posse, etiam infantem, vel à Papa Gomez. de delict. c. 1. 56.

32 16. Lim. nam tutela, & cura immediatè Imperio subiectorum confirmatio, & datio ad Cameram spectat l. 1. de tut. & cur. dat. ab his. vbi glo. verbo eiusdem, quia Camera horum iudex ordinarius est Gail obs. 2. n. 47. lib. 1.

33 17. Lim. nam illis tribus personis cessante testamentario & legitimo tutor & curator in Vrbe Romæ dabitur nominandus per decē ex senatoribus, & per Præfectum Vrbis, & per eos nominatus, ab ipso præfecto confirmatur, & ei sic confirmato per Prætorem decernitur administratio, qui in subsidium non tenentur ob illius malam administrationem; In Prouinciis verò tutores, vel curatores clarissimarum personarum nominantur per curiales, qui ex nominatione tenentur in subsidium l. 1. vbi Sali. C. de tut. vel cur. illustr. & claris. person.

7. Amp. decreto decurionum magistratum seu iudicem dare tutorem l. 6. & ibi Bar. qui pet. tut.

34 1. Lim. Conclusionem principalem, vt in supra scriptis limitationibus.

35 2. Lim. non posse à iudice dari non subditum suæ iurisditioni l. 5. vbi glo. & Salic. C. qui dare tuto. vel curato. pos. l. 1. de tut. & cur. dat. vt his vbi Bar. cum posse tutorem dare cui concessum est, eique qui suæ iurisdictioni subesset Bero. conf. 102. n. 23. lib. 3. vbi clericum laico ab episcopo solo, nec a seculari solo dari posse, sed ab vtroque nisi episcopo laicus subesset. Rol. cons. 24. n. 25. quia principaliter personæ datur lib. 3. Surd. cõs. 159. n. 20.

36 3. Lim. vt magistratus municipales si pupilli substantia non excedat 500. aureos tutores iure suo dare possit, si autem excedant, iussu præsidis dabunt, eum scilicet, qui eiusdem agi vel villæ sit l. 3. vbi glo. de tut. & cur. dat ab his.

37 4. Lim. non posse Prætorem seipsum tutorem dare vel delegare l. 4. vbi Bar. de tut. & cur. dat. ab his.

38 5. Lim. in delegato de quo vide infra tit. 20. n. 23

39 6. Lim non posse dari a iudice furioso vel demẽte l. 8. §. 1. de tut. & cur. dat. ab his.

SVMMARIVM.

1 *Aequiparatur tutor executori vltimarum voluntatum.*
2 *Contrarium probant citati n. 2.*
3 *Incertus tutor dari non potest, executor potest.*
4 *Æquiparatur protutori tutor.*
5 *Aequiparatur tutor nominum exactori.*
6 *Prælatus tutor comparatur.*
7 *Episcopus tutori æquiparatur.*
8 *Procuratorem tutor ante litem constatam constituere nequit, prælatus potest.*
9 *Prælatus perpetuò tutor temporaliter constituitur.*
10 *Prælatus vtitur ecclesiæ bonis, secus in tutore.*
11 *Prælatus liberam habet administrationem, non etiam tutor.*
12 *Mala fides tutoris non nocet pupillo, prælati ecclesiæ nocet.*
13 *Prælatus sustentare potest suos consanguineos pauperes, secus in tutore.*
14 *Prælatus non tenetur reddere rationem, secus in tutore.*
15 *Prælatus sacramento probat expensas, quas fecisse inquit; aliter autem eas tutor probare tenetur.*
16 *Testatorem blando sermone inducere tutor potest ad sibi relinquendum, quod pupillo relinquere volebat; in prælato secus.*
17 *Differunt tutores ab aliis administratoribus, in aliis remissiuè.*
18 *Fideiussori tutor comparatur.*
19 *Procuratori ac negociorum gesti æquiparatur tutor.*
20 *Procuratoris officium voluntarium, tutoris autem necessarium est.*
21 *Procurator minus iuris habet in bonis principalis, quam tutor in bonis pupilli.*
22 *Curatori tutor comparatur intellige, vt ibi.*
23 *Hospitalariis tutores æquiparantur.*
24 *Balio Regis tutor an æquiparetur.*
25 *Syndicus patri legitimo administratori, tutori, & curatori comparatur.*
26 *Tutores, & curatores in quibus æquiparentur.*
27 *Procurator, & curator non æquiparantur.*

QVIBVS AEQVIPARENTVM TVTORES.
Tit. VIII. Cap. I.

1 EXecutori vltimarum voluntatum, tutor æquiparatum Bal. conf. 308. n. 1. versic. nam vbi. lib. 2. Roman. conf. 119. conclusio, prima Florian. in l. qui erat. n. 10. famil. ercifcun. Signorol. conf. 205. n. 4. Aluis. de Alber. sing. 262. Simon. de Pret. de vltim. voluntat. lib. 5. dubitatio. 2. n. 42. pag. 18. de communi. Spino. de testa. glo. 28. n. 36. Castil. dec. 216. n. 3. lib. 2. Gratia. descep. 812. n. 30. Burs. conf. 133. n. 15.

2 Con-

2 Contrariam opinionem, quia officium tutoris est necessarium, executoris autem voluntarium tenēt, Put.cons. 121. n. 31. inter cons v tim. volunt. & ibi, Franch. cons. 176 n. 13. & quon am potestas tutoris maior est, ut supra n. 95. dixi in tract. executor. vitim. vol.

3 Item tutor incertus dari non potest, Cor. cons. 125. n. 4. lib. 1. executor potest incertus esse, Aluis. de Alter. d. sing. 262. §. tutor autem, Inst. de legat. Mars in rub. C. de prob. n. 40 & seq. vbi etiam vitiare executoris dationem, vide tract. executorum tit. 14. n. 1 0 c 9 Gall de excep. fu. tit. 4. exc. si par. j. nisi modo aliquo certificari possit n. 8. 9.

TIT. VIII CAP. II.

4 Pro tutori æquiparatur tutor, Natta cons. 73. n. 11. Iodoch. in Enchiridion par. vel simil conclus incipiente, tutoribus, qui sint comparandi, vbi etiã æquiparari curatori, fabricæ magistro prouisori bonorum pauperis, & alij piorum locorum administrationem habẽtibus. Bero. cons. 126. n. 1. lib. 3.

TIT. VIII. CAP. III.

5 Exactori nominum tutor comparatur Salic. in l. periculum n. 6. si cert. petat.

TIT. VIII. CAP. IIII.

6 Prælatis tutores æquiparantur vbicumque, & quatenus materia potest conuenire, Contard. in l. diffamari. in ampliation. n. 52. C. de ingenu. Bero. cons. 61. n. 22. lib. 1. & q. 27. n. 4 vbi intelligit in fauorabilibus, Iodoch. in enchiridion par. vel simil verbo tutor bus. Manzi. de tutel. q. 8. principali tit. tutores suspecti n. 15. Paui. deuisitatio. q. 4. secundæ part. n. 22. et à tutore ad prælatum quãdoque argui permitti probat, Gutier. de tutel. part. 1. cap. 1. n. 8. Gratia discep. 601. n. 17. & 24. Bero Q. 27. n 4. tutores prælatis, & curatores, & è contra in fauorabilibus æquiparari probat.

7 Et è contra tutori episcopus æquiparatur, Gratia, disceptationen. forensi. 29 . n. 35. Bero. supra tutores, & curatores, prẹlatis æquiparari in fauorabilibus, et è contra.

8 1. Lim nam tutor non potest procuratorem ante litem contestatam cõstituere; id quod prælatus potest, Barbat. de præstant. Cardinal. Q. 3. n. 28. Add. ad Mattesilan. sing. 44. n. 10. & sing. 190. Soc. Iun. cons. 182. n. 12. idem in curatore probans nisi bonis datus esset.

9 2. Lim. nã tutor temporalis constituitur, prælatus autem perpetuus est, Barbat. d. n. 28. Addent. ad Mattesilan. supra, Bero. in c. ex literis n. 45. de prob

10 3. Lim tutorẽ bonis pupilli vti non posse; Prælatũ autẽ bonis ecclesię vti posse, Imo, in cap. fraternitatem n. 2. de donation. Barbat d. n. 28. Add. ad Mattesilan. supra n. 11. Bero. d. n. 45.

11 4 Lim. nam prælatus habet liberam administrationẽ; secus in tutore, & curatore, Barbat. d. n. 28. Add ad. Mattesila. supra. n. 12. Gutierez supra Bero d. n 45.

12 5. Lim nam mala fides tutoris nõ nocet pupillo, secus in prælato, Seraphin, decis. 602. n. 1. & seq. intelligendo in præscriptione bona fide inchoata decis. 232 n. 2 & 3.

13 6. Lim nam prælatus sustentare potest suos consanguineos pauperes ex bonis Ecclesię, nõ autẽ tutor, Barbat. supra n 29. Addent. ad Mattesilan. d sing 44. n. 12. cap. 1. de cohabitat. cleri. & mulier iuncta l. a tutoribus, de administrat. tutor.

14. 7. Lim. nam tutor finita tutela rationẽ reddere tenetur; secus in prælato. aduersus l. de adomini. tutor. Add. ad Matesilan. d. n. 12. Barbat. d. n. 29. Men. ch. cons. 39. n. 64.

15 8. Lim nam tutor expensas, quas fecisse asserit, probare tenetur; Prælatus vero eas solo iuramento probat, Barbat d. n. 29. Addent. ad Mattesil. supra. n. 13. glo. in c. qualiter & quando 2. de accusat.

16 9. Lim. nam tutor testatorem inducere potest ad sibi relinquendum id, quod pupillo relinquere volebat secus in Prælato Addent. ad Mattesilan. supra. n. 4. intelligendo tamen, vt illud non possit dolo facere pręlatus sed sermone blando n. 15. & Barbat. d. n. 29. ex glo in l. quicquid C. arbitu te l. pupillorum C. de administr. tut. & in c. quicũque. 12 q. 4.

17 10. Lim. alijs casibus apud, Bero. in cap. 1. n. 36. de iud. refert. Seraph. decisio. 602. n. 19. & Mantu. sing. 463. pingius prælatum ius habere probat. vbi etiam de prælato ad tutorem non valere argumentum, nisi in alienatione vtrique prohibita sine decreto. sing. 465.

TIT. VIII. CAP. V.

20 11.Sublim. nam datur curator, quia tutela perfonæ datur,& plenior eft adimens aliam tutelam non curam quæ bonis principaliter datur Zas. in l. non omnium.n.2.de legi. & ex caufa puta ob feniū vel malam tutoris valetudinem curator vel coadiutor datur l.folet. vbi glo. & Bar. de tutel.

21 12.Sublim. alijs modis, & fuprafcriptas fublimitationes corrobora ex dictis supra.tit.5. & ex caufis prædictis fimilibus d.l.propter.Papien. fupra, & vbi curator adiungitur, non poteft adiunctus authorari, Put.dec.414.lib.1.Petr.Iacob.d.rub.114. n.12. vbi legitimo ceffante fequentem in gradu admitti,qui fi non fit fufficiens fequens admittetur. fi fufficiens. fperetur,interim datiuo locus erit, & iudicis arbitrarium ait Rot.dec.60.n.4.part.1.recentis. & ex caufa dari l.decreto.25. vbi glo. & Bar. de admin tuto.

22 3. Lim. puberibus non dari l. Seiæ 26. de tutor. & curator.dat. ab his,Galganet. de tutel.lib.1.tit. 7.n.41. nempe mafculis 14. anno completo, & fœminis anno 12.perfecto §.1.Inft.quib.mo. tut. fini.Papi. in form.lib. ad red rat.tut.glo. eidem. fecus in curatore probans.

23 4.Lim. in filiofamilias in patris poteftate exiftēti cui non datur tutor à iudice, neque curator l. cū furiofo.7.C. de curator. furio. Ferret. conf.312.n. 11. in fine.Galgan.d.tit.7.n.57.Alba.cons.288.n. 9. & feq. nifi cum patre litigaret, vt per eum.

24 1. Sublim. nō procedere in bonis filiofamilias relictis hoc acto, vt pater nec vfumfructum, neque commoditatem confequatur.l.fcire.§. fi mater. de tutor. & curator.dat. ab his l.1.C. fi contra matr. volunta.Galgan d n.57.

25 2.Sublim. quando pater in poteftate hoftium reperiretur,tunc etenim dabitur curator l.muto.6.§. ei cuius. de tutel.Galgan.d n.57. vel deportatus l. fin.§ fin.C de fēt.paf.Rauē.fing.641.Crot in l.fi is qui.n.69.ff.de vfucapio.fed non tutord §.ei cuius.

26 5.Lim. nam non valet datio à iudice facta fine inquifitione ideft caufa cognita citatis agnatis,cognatis, amicis, & uicinis minoris,& abfque cognitione duorum, & facultatum cognitione minime defumpta; nec dari debet ad folam matris vel alterius petitionem alioquin tutelam datiuam nullā effe probant,Cur.Sen.conf.46.n.12.verfic,tamen. & verfic. quia quilibet, Ias.cons.149.col.3.verfic, item decretum requirit.lib.2.Plot.in l. fi quando, §.9.n.12.C. vnde vi.

27 6.Lim. vt forma ftatuti non feruata tutelæ datio nulla fit, & contra Iudicem in fubfidium in litem iurabitur, Cur Sen.conf.46.n.14.verfic. confirmo. Ias. vbi fupra.col.2.verfic.fecundo quia, Plot. vbi fupra.n.13. & feq.

28 7.Lim. non fubdito non dari tutorem l 1.2. & 3. l pupillo de tutor. & curator.dat ab his.l.1.C. vbi pet.tutor.Natta.conf.663.n.3. & 5. quia iurifdictionis eft tutelæ datio.

29 8.Lim. in feruis quibus tutor dari non poteft l.1. de tutel. Inftit.eod.tit. in princip. Nepos à Monte, Alban. de exceptio.artic.11.n 9.

30 9.Lim. alijs cafibus. & fuprafcriptas limitationes corrobora, vt fupra.tit.5.

TIT. XI. QVOMODO QVANDO ET VBI TVTORES DENTVR.

SVMMARIVM.

1 *Teftamento tutores dantur ex certo tempore ad certum tempus fub conditione, & ante heredis inftitutionem.*
2 *Conditione fub expreffa a iudice tutor dari nequit fub tacita fecus; nec certa rei, vel caufa, nec contra matris voluntatem.*
3 *Cognitio caufe requiritur in datione tutela alioquin nulla eft.*
4 *Caufa alia quam petita datio corruit.*
5 *Caufa alia quam petita datio nulla eft etiam fi alia vera ad fuiffet.*
6 *Incompetentia iudicis tutoris dationem irritam reddit.*
7 *Tempore etiam Dei honore feriato tutela decernitur.*
8 *Effectum ftatim fortitur tutela datio fimplex.*
9 *Gerere tutor non poteft nifi impletis implendis.*
10 *Forenfis tutor legitimus non datiuus conftitui poteft.*
11 *Forenfi pupillo recte tutor datur.*
12 *Forenfi in alio territorio domicilium habens non datur tutor.*
13 *Plures tutores teftamento in folidum dari poffunt.*
14 *Officium tutoris extra territorium extenditur.*
15 *Officium tutoris à iudice dati extra territorium extenditur etiam fi in alio territorio iudex non habeat iurifdictionem.*
16 *Officum tutoris fimpliciter dati extra territorium extenditur.*
17 *Officium tutoris extra territorium extenditur fiue à teftatore vel à Iudice datus fit.*
18 *Officium tutoris non extenditur quoad excepta à tutela.*
19 *Decretum iudicis loci bonorum requiritur fi contradictor extet.*
20 *Debitorem alterius territorij tutor trahere nequit.*
21 *Territorij diuerfi vnufquifque tutor deputatus in fuo territorio adminiftrat.*
22 *Originis patris pupilli loco tutor dari debet.*
23 *Iudex loci bonorum dat tutorem fi in loco originis datus ab eis fe excufat.*
24 *Tutela defertur prout fucceffio ab inteftato.*
25 *Tutela datur fecundum ftatuta loci.*
26 *Confirmatur fine inquifitione,& fine fatifdatione teftamento imperfecto datus vel per epiftolam. et an via executiua.*
27 *Confirmatus à Iudice teftamentarius cenfetur.*
28 *Inquifitio vt ualidet tutoris dationē quatuor concurrere debent de quibus ibi.*
29 *Inquifitio in tutore à patre dato nifi ex caufa non requiritur nec præfcita fatifdatione.*
30 *Decretum iudex fine alicuius citatione in datione tutoris vel curatoris interponit fine inquifitione fiuè pupillo fiue furiofo detur.*
31 *Cōfirmatio in matre, et auia tutricibus neceffaria nō eft.*
32 *Confirmatione non eget minus folemni teftamento tutor datus nullo ex caufa præteritionis vel exheredationis, fi liberorum alter in teftamento minus folemni tutor datus fuerit; quamuis fecus extraneo tutore dato.*
33 *Teftamento minus folemni, Principis tutor datus ipfo iure valet.*

34 Te-

34 *Testamento minus solemni datus gerit si confirmari petens iudex negligat.*
35 *Confirmationem tutoris negat iudex causa noua superueniente.*
36 *Actum ad vnum tutor datur.*
37 *Seipsum tutorem scribere nemo potest.*
38 *Citari nemo debet in datione tutoris vel curatoris nisi ex inquisitione detur.*
39 *Mater monenda prius est an tutrix esse velit.*
40 *Loco quolibet etiam in ecclesia dari potest tutor.*
41 *Confirmari debet ab intestato tutor datus.*
42 *Delegari, & mandari alteri nequit tutoris datio nec à testatore nec à iudice.*

QVOMODO QVANDO ET VBI TVTORES DENTVR
DE DIE ET CONDITIONE CAP I.
TIT XI CAP I.

5 TEstamẽto tutor dari potest ex certo tempore, & ad certum tempus, & sub conditione & ante hæredis institutionem §. ad certum Inst. qui testa.tut.dar.pos l. si quis sub conditione. de testam.tutel. & l.tutor. Fab. in §.1.n.9. Institut. qui testam.tutor.dar.pos. Cap. in l. actus legitimi. n.15. de reg.iur. à testatore scilicet non à Iudice, Mãzi. de tutel.tit.quomo.dari.debea.in princ. Roland. de florib. testamento.rub.30.n.6. & 7. vbi interim alium tutorem à iudice dari. Gab.cons.29. n.57.lib.2. Caldas. de restitutio. in integr. verbo. sine curatore.n.113. vbi rationem differentiæ tradit, Menoch.cons.380.n.2. vbi de dato à testatore ad tempus, & sub conditione; secus dicens si à iudice daretur Piag. de tutor.Q.3.n.42. & sequent. Petr. Iac. in pract. rubr.114.n.9. Subdens interim datiuæ locum fore ex §.1. Institut. de Attilian tutor. Gutier. de tutel.par.1.cap.11. Montan. de tutel.cap.10.n.1. & sequent. vbi etiam testamento posse reuocari.n 15. Galganet. de tutel.lib.1.tit.2. n.12. in fine, & de conditione si volet.n.13. per l. 23. de testament.tutel.& n.29. & sub pluribus etiã conditionibus disiunctim datio tutelæ facta subsistit, & vltimam impleri sufficit l.tutor.8.§. in tutoris. de testam. tutel. Galganet. supra n.30. & lib. 3.Q.18. vbi rationem affert. Surd. decis.207.n.9. Papien. in form.lib. ad redd.rat.tut.glo. in suo n. 1. vbi etiam in testamento minus solemni a patre dari posse, sed in codicillis vel epistola datos confirmari debere, & Cald. supra n.60. in testamento, codicillis, alia vltima voluntate, & inter viuos à patre dari posse, & ab intestato etiam, & ex testamento imperfecto, nec indigere confirmatione expressa. Fab. de Anna.cons.84.n.14.20, & seq. dari non posse sub conditione si de datiua agatur; secus in testamentaria si modo conditio expressa sit, non tacita ex Albe. in l. ducto §. sub conditione. n. 3. de tutel. & ad vnum actum expediendum dari potest, nec alia expedire poterit, Rota. dec.43.n. 1.par.2.recentis. secus probans in generaliter constituto. & ad certum tempus dari posse excusatione matris durante, Cancer.varia.resol.par.1.c.7.n. 135. vbi etiam ex Surd.dec 207.n.9. tutori substitutum dare posse. & n.1. testamento, & codicillis dari posse qui testamẽto confirmati censentur nisi reuocentur. Doc. in §. non tantum Inst. de codicil,

2 1. Lim. nam licet à Iudice sub extrinseca conditione dari nõ possit, sub tacita tamẽ quę scilicet tacite insit dari potest puta si satis dederit, & huiusmod sub conditione, quæ tacitè insit, si autem tacitè non inesset secus esset. Dec. in cap. significasti n.14. de electio. Piag. & Gutierez. supra vbi etiam nec ad tempus à Iudice dari posse d. cap. 11. & dari nõ posse sub conditione quæ tacitè nõ insit probat c. 24. ex cõi. & Soc. Iun.cons.85 n.5.lib.3. Caldas. d. versic sine curatore n. 113. rationem reddens quia factum testatoris in eoquod deficit potest per iudicem suppleri, sed Iudicis non nisi per iudicem & quia ex l. 12. tabular. vti quisque rei suæ legasset ita ius est, idest quomoducumque saluis legibus, sed Iudex ex inquisitione, & solemniter dare tenetur, Gab. vbi supra & Cagn. supra qui sub tacita conditione à Iudice dari posse probant, Menoc. d. n.2. Gab. cons. 29. n. 57. lib.2. Fab. in §. 1. n. 9. Instit. qui testa. tuto. dar. pos Montan. supra Galganet. de tutel. lib.1. tit.7.n.61. iudicem ex tempore, vel sub conditione tutorem, vel curatorem dare non posse l.muto.§. subconditione de tutel. Galganet. d. Q. 18. nisi conditio tacitè inesset n. 7. Roland. d.n.6.& 7.

2. Lim. non posse dari certæ rei vel causæ §.ad certum Inst. qui testam.tuto. dari pos. vbi glo.& Aret. Eugen. cons. 98.n.24.

3. Lim. non posse dari contra matris voluntatem, & datus remouebitur l.1.C. si contra matris volut. vbi glo.& Salic. & ipsa volens admittetur Surd. cons.159.n.16.

TIT. XI. CAP. II.
DE CAVSÆ COGNITIONE ADHIBENDA.

3 Eadem die concessa qua tutelæ datio petita fuit, nulla est, quia causæ cognitio non videtur adhibita, nam tutor cum inquisitione, idest causa cognita, dari debet, Cur. Sen. cons.46.n.13. Ias cons. 149.n.2.lib.2. Paris.cons.85.n.3.lib.3. Benint. decis.2. Pie. in.l.post.contractum n. 60. de donation. Eugen. cons. 12. n.12. Meno. de arbitr. Q. 76. & cons.380.n.3. Gutier de tutel. part. 1. cap. 19. n. 33. Montan. de tutel.cap.22. vbi subdunt non stari iudicis assertioni de causæ cognitione, Galganet. de tutel. lib.1.tit.7.n.43.

4 1. Amp. corruere etiam si datio ex alia causa quã petitum fuerit facta sit; vel si ex falsa causa emanarit. tũe etenim ipso iure nulla est Cor.cons.280. n.3.lib.1. Cast.cons.413.n.1.lib.2.& idem est quo modo in petitione erratum fuerit, Tiraq. de iudic. in reb.exigu. ferend.versic. decimoquinto.pag.83.

5 1. Subamp. etiam si vera causa adfuisset ex qua decretum interponi potuisset, quæ tamen allegata non fuit, sed falsa adducta ob quam decretum interpositum fuit Simone. de decret.lib.1.tit.1.n.22. pag.28. per l. tutor si petitus. & l. Seiæ egresiæ de tutor. & curator dat. ab his. Duen.reg.185.n.2.

6 2. Amp. idem esse si tutor ab incompetenti iudice datus fuerit, Natt.cons.663.n.3. vbi etiam quando in datione tutelæ mentio facta esset quæ non appareret, Bal.cons.334 lib.4. vbi etiam tradit quando nepos quoad tutelam aui originem sequatur. Crau.cons.690.n.7.

Tit,

TIT. XI. CAP. III.
QVO TEMPORE DARI POSSIT TVTOR

7 Feriata die etiam in honorem Dei tutela decerni, & confirmari tutor potest quando causæ cognitio non requiritur, secus quando requiritur, vt si per inquisitionem detur l. qui habet, §. quolibet de tutel. l. nec mandante § fin. de tutor. & curator. dat ab his, Docto. communiter. in l. 2. de Ferijs de communi testatur as. in l. 1. §. sed excipiuntur. n. 6. de Ferijs, Lanfranc. decis. 352. Montan. de tutel. cap. 25. qui subdit ex necessitate die Dominico opera ruralia fieri posse si alio tempore aptius fieri nequeant, ne occasione momenti pereat commoditas cœlesti prouisione concessa, vt vineas scrobibus mundare, Galganet. de tutel lib. 1. tit. 5. n. 24. subdens iurare posse cum sit extra iudicialis actus in quo dominico die iurari potest, & Serafin. decis. 782. n. 3. & 4. Galganet. supra tit. 7. n. 63. Spino, de testamen. glo. 29. n. 17. Bertaz. de clausul. claus. 1. glo. 5. n. 38. potest etiam inuentarium confici, & administratio decerni nō tamen decretum in alienatione bonorum minoris interponi ex magis cōi. Signor. in l. nemo. n. 33. C. de Sacr. san. eccles.

TIT. XI. CAP. IIII.
QVANDO EFFICAX SIT DATIO TVTELAE

8 Datio tutelæ simpliciter facta suum statim sortitur effectum Soc. Iun. cons. 85. n. 14. lib. 3.

9 Lim. tamen nō posse statim gerere sed ea præcedere debent, de quibus infra tit. 13.

TIT. XI. CAP. V.
DE TVTORE ALTERIVS TERRITORII

10 Tutor legitimus constitui potest etiam alterius territorij; secus tamen est in datiuo l. neque. C. qui dar. tutor. pos. Alex. conf. 161. n. 7. lib. 5. Borg. de tutor. & curator. n. 3.

11 1. Lim. nam datus pupillo forensi, & volenti recte datur præsertim si pupillo vtilis datio sit Bal. in l. 1. in fi. C. de iurisditio. om. iud. vbi pupillum forensem iurisdictionē prorogare posse ut tutor forensis sibi detur subditus tamē danti si pupillo expediat. Soc. in cap. significasti. n. 19. de foro competent.

12 2. Lim in datiuo domicilium in alterius iurisdictione habente, Aretin. in §. sed hoc iure. n. 5. Instit. de Attilian. tutor.

TIT. XI. CAP. VI.
DE PLVRIBVS INSOLIDVM DATIS TVTORIBVS

13 Insolidum plures tutores testamento dari possūt quorum altero tutelam acceptante; cæteri tutores esse desinunt, quod si à testatore nominatorum, eo cessante qui acceptauerat, nōminetur tutor, hic datiuus erit, non testamentarius, nec tenebitur nominans in subsidium pro illo in redditione rationū Rota. Auenion. decis. 141. idem dicens si nominatus facultatibus posteà laberetur. de pluribus autē tutoribus insolidum constitutis vide infra. tit. 14. & tit. 19. cap. 72.

TIT. XI. CAP. VII.
DE AVTHORITATE TVTORVM EXTRA TERRITORIVM

14 Datus intra territorium tutor extra illud officiū exercere potest, quoniam ad bona vbique existentia tutorum authoritas extenditur, Rol. conf. 91 n. 3. lib. 3. 80 n. 11. lib. 4. Cag. in l. fin. n. 27. de iurisd. om. iud. Rota. Rom. dec. 7. n. 6. de iud. in nou. post. Albe. de stat. lib. 3. Q. 2. n. 3. Alex. conf. 128. n. 4. lib. 1. Cor. conf. 202. n. 6. lib. 2. Bolog. conf 35. n. 4. & 5. dixi supra tit. 7. c 1. Affis. decis. Perus. 76. n. 2. post. Bar. in l. 1. C. qui. pet. tut. Fab. in l. 1. C. vbi petant. tut. & cur. n. 2. Masue. in pract. tit. de tut. & cur. n. 21. vbi etiam duos tutores dari posse per iudices locorum & n. 36.

15 1. Amp. etiam si iudex in alio territorio non habeat iurisdictionem, Ioan. de Amic. conf. 75. n. 5. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 6. n. 2. & sequent. & in conclusione citati.

16 2. Amp. etiam si fuerit simpliciter datus, adhuc enim quoad omne patrimonium constitutus censebitur Soc. Iun. conf. 148. lib. 1. Galganet. supra.

17 3. Amp. siue a testatore vel à iudice datus sit l. 2. C. de excusat. tutor. §. datus. Instit. de excus. tutor. Fab. in l. 1. n. 2. idem in curatore dicens nisi rei vel liti detur quia tunc à iudice rei, vel litis dari debet. C. vbi petan. tut. & cur. vel sufficere si detur ab Ordinario.

18 1. Lim. non procedere quoad excepta ei tutela aliqua enim excipi possunt ne per aliquem tutorū gerantur l. si tamen tutor. de testam. tutel. Soc. Iun. conf. 148. n. 1. & 3. lib. 1.

19 2. Lim. nam si contradictor extet petitæ immissioni in possessionem; iudicis loci bonorum decretū requiretur, Bar. in l pupillo. n. 1. de tut. & curat. Bal. in l. fin. n. 46. C. de ædict. D. Adria. tollen. Alex. conf. 128. n. 4. lib. 1. Dec. cōf. 207. n. 5. Cail. obseruat. 123. n. 6. l. 2. Galganet. d. tit. 6. n. 3.

20 3. Lim. non tamen debitorem alterius territorij trahere posse, Cast. conf 413. n. 4. lib. 2.

21 4. Lim. nam si testator plures tutores constituerit pro bonis diuersorum territoriorū, vnusquisque destinati territorij bona administrabit l. si tamen. 15. vbi Roc. de testam. tute. de communi testatur Scrad. de feud part. 10. section. 19. n. 15. vide infra, tit. 14.

TIT. XI. CAP. VIII.
VBI DANDVS SIT TVTOR

22 Ibi autem tutor dari debet vbi pupillus originē patris habet, & bona, & propter alibi sita se poterit excusare, Rim. conf. 97. n. 14. 16. & 18. & vbi maiorem partem bonornm habet glo. in l. 1. C. qui petant tutor. quam Bal. & alij ibidem communiter sequuntur. de communi Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 6. n. 1. vide supra. tit. 7. licet omnia gerere possit n. 2. post. Fab. in l. 1. n. 2. C. vbi petant. tut. & cur.

23 1. Amp. vt si quoad alibi sita excusatio per tutorē proponatur, possit loci bonorum iudex alium pro

cis

eis tutorem constituere Fab. in l. 1. n. 2. C. vbi petant. tutor. & curator. per l. non solum. §. qui testamento. de excusatio tutor. & not. in l. propter. §. licet eod. tit. & l. iuris peritos §. cum oriûdus. eod. & C. de excus. tut. l. 1. & de reb. eor. l. magis puto. §. illud. vide infra. cap. 13. & tit. 12. cap. 1. ap. 1.

TIT. XI. CAP. IX.
DE LEGIBVS ET STATVTIS SERVANDIS IN DATIONE TVTORVM

24 Tutores dari debent secundum, quod de iure cõi defertur successio à qua tutela regulatur §. fin. Inst. de capit. diminutio Brun. de statut excluden. fœmin. artic. 12. Q. 1. cas. 2. n. 7. intellige, vt infra tit. 12. & 21.

25 1. Amp. vt dari debeat secundum statuta loci in quo prius decreta fuit, & in illa est locus præuentioni, Rimin. cons. 97. n. 30. & 31.

TIT. XI. CAP. X.
DE INQVISITIONE ET CONFIRMATIONE TVTORVM

26 Testamento imperfecto, & epistola tutor dari non potest; datus autem sine inquisitione cõfirmabitur, ac sine satisdatione l. 3. vbi glos. & Doc. de confirman. tutor. l 2. C. eod. tit. Cor. cons. 175. n. 13. lib. 3. & cons. 238. n. 10. 11. lib. 4. Ignc. in autben. ex causa. n. 179. C. de liber. præterit. vbi etiam rupto testamento ob præteritionem conseruari n. 178. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 2. n. 27. & tit. 3. vbi idem ait in curatore, & si ius testamenti controuertatur, interim tutorem dari posse eum etiam de cuius confirmatione ageretur l. iure nostro. 26. §. fin. de testam. tute de magis communi, Aldobr. in §. permissum. n. 26. Instit. de tut. & Galga. supra lib. 3. Q. 8. n. 8. & vbi confirmatur sine inquisitione executiuè procedi potest, Bal. in l. 2. circa med. versi. quidam sit distinguunt C. de confir. tuto. Gratia discep. 680. n. 10. & confirmatum non satisdare §. 1. Inst. de satisd. tut. l. testamento dato. de testam. tut. l. 1. vbi glo. verbo. simpliciter. l. 2. & 3. de confir. tuto. Cald. de rest. in integ. vers. fine curatore. n. 117. Spino. de testam. glo. 29. n. 15. qui tamen inquisitione opus esse ait.

27 Confirmatus autem à Iudice testamentarius dicitur, confirmatio namque administrationem respicit non dationem, Serafi. dec. 603. n. 3. Galgan. de tutel. lib. 1 tit. 3 n. 10. Franch cons. 116. n. 13 inter cons. vltimar. voluntat. vbi Pute. cons. 121. n. 24. & seq. ex communi dationem in testamento imperfecto nullam probat, & Marc. Anton. in l. hac consul tissima. §. ex imperfecto. n. 121. & seq. nisi ex liberis tutor datus esset, vt puta frater fratri, In matre secus concludit ibidem Nepos à Monte Alban. de exception. artic. 11. n. 11. & extraneum dari non posse testamento imperfecto, Polit. de pupillar. substitutio. n 43. Rol. in flor. testamẽto. rub. 30. n. 2. vbi testamento imperfecto dari non posse, quamuis sustineatur si testamẽtum liberorum præteritione corruat per auth. ex causa. C. de liber. præterit. operatur autem confirmatio etiam respectu feudorum, Scrad. de feud. part. 10. sect. 19. n. 18. verius, & receptius probat, Cald. de rest. in integ. vers. fine curatore. n. 116. in fine.

28 1. Amp. nam, vt inquisitio validet tutoris dationem quatuor continere debet primum an is dederit qui dare poterat. secundum numquid acceperit ille cui dandus tutor erat. tertium numquid is detur cuius dandi facultas sit quartum decreti interpositio pro tribunali. Confirmatio autem tutoris, Prætoris inquisitionem requirit an patris voluntas durauerit, vel celata, aut occulta, improbitas ignorata emerserit, vel inimicitiæ cum patre pupilli, nec primam patris voluntatem sequetur à qua discessit l. 7. & sequent. de confirman. tutor. Zus. in l. iuste. n. 13. de acqui. posses. Gutier. de tutel. cap. 3. n. 22. & citari debent cõsanguinei si extent, patris, matrisque octo si extent sin secus amici vel vicini, Montan. d. cap. 22. n. 5. & sequent Galgan. d. tit. 3. Decia. cons 49. n. 10. 11. lib. 1. Surd. decis 91. n. 1. & 2. subdens pupilli vtilitatem inspici debere per l. vtilitatem. 10. de confirman. tutor. & l. si vt proponis. C. eod. Martin. Garat. cons. 89. n. 14. & sequent. inter cons. vltim. volunt. vbi pro tribunali sedere debere si ex inquisitione iudex tutorem det licet alic quin vbiquè decerni possit; & inquirere teneri an magis matrem sine fideiussore quem non inuenit dari expediat, & quintum requiri mores scilicet creandi l. scire. §. cum reliquis. & l. in dando. vbi glo. etiam si senator sit de tut. & cur. dat. ab his.

29 1. Lim. non requiri d. inquisitionem in confirmatione tutoris à patre dati nisi ex causa l. 4. §. cum à patre. de confirmand. tutor Galgan. supra. n. 7. & 8. nec præstita satisdatione l. 2. de confir. tuto. l. testamento. & l. si nemo. §. 1. de testa. tut. Bero. cons. 123. n. 23. lib. 3. Gratia. discep. 914. n. 10. 11. vbi etiam non requiri citationem quando legitimus vel testamentarius datur cum leui cognitione.

30 2. Lim. nam decretum Iudex sine alicuius citatione interponere potest in datione tutoris vel curatoris pupillo, vel furioso sine inquisitione, Maranta. de ordine iudic. part. 6. de citatio. membr. 1. n 35. Gutierez. de tutel. part. 1. cap. 4. in fine. Gratia. supra.

31 3. Lim. nam mater, & auia non indigent confirmatione, sed solummodo tutelam coram, Iudice agnoscere tenentur renunciando secundis nuptijs, & Velleiano, Bar. in l. si quis sub conditione. n. 24. de testam tutel. Gutier. de tutel. part. 1. cap. 8. n. 19. vide tamen infra tit 13. & seq lim.

32 4. Lim. nam minus solemni testamento tutor datus si nullum sit ex causa præteritionis vel exhæredationis, non indiget confirmatione, si alter liberorum in minus solemni testamento tutor sit datus; quamuis secus sit, si extraneus datus esset, qui etiam testamento solemni filijs datus non indiget confirmatione, Bar. in l. naturali. §. si quæratur de confirman. tutor de communi testatur. Cur Iun. in l. hac consultissima §. ex imperfecto. n. 26. C. de testam. & Gutier. d. cap. 8. n. 56. & sequẽt. vbi etiã matrem, & auiam confirmari debere probat si imperfecto testamento datæ fuerint; quod si mater filio

lio quem instituit tutorem dederit modica inquisitione adhibita confirmabitur; sed magna requiritur si non instituerit, Bar. supra n.2 Gutierez. supra cap. 23. in quolibet actu etiam inter viuos dari posse, & iam minus solemni, & confirmari debere probat post Piag. de tutor. Q.17. & Scrad. de feud. part. 10. section. 19. n. 17. & 18. Rol. de Flor. testã. tab 30. n. 15.

33 5. Lim. non procedere in datis in testamento Regis, vel Principis minus solemni qui ipso iure valẽt, neque confirmatione indigent, vt supra tit. 3. in prima sublimitatione primæ limitationis primæ ampliationis Scrader. d. n. 18.

34 6. Lim nam si tutor minus solemni testamento relictus confirmationem petierit quam iudex concedere neglexerit, gerere poterit, Bar. in l. qui à patre n.4. de administratio. tutor. Aret. in §. sed si emancipatio n.4. instit. de tutel. Piag. de tutor. Q. 18. n.4. Gutierez. supra. n 60.

35 Sublim, & declara prædicta nam potest iudex ex noua superuenienti causa non confirmare si testatori fuerit incognita l. in confirmando in fine, & l. seq. de confirman. tutor. Guid. Pap. sing. 682. quãuis secus sit vbi testatori verisimiliter cognita fuisde communi omnium, Caldas de restitutio. in integr. verbo, sine curatore. n 116. versic. quæ quidẽ

Confirmandus est etiam tutor testamento datus de cuius viribus dubitatur, & testamentarius erit si tanquam non rescissum valeat testamentum, alioquin datiuus l. iure nostro §. fi. & l. seq. de testa. tut. l. 1. & 3. de confir. tut. Turret de clausul. codicil. Q. 30. n. 15. 16.

Tit. XI. Cap. XI.

DE TVTORE DANDO AD VNVM ACTVM.

36 Tutor licet regulariter posse detur, & in consequẽs omnibus bonis impuberis attamen ad vnum actũ dari potest, si pater legitimus administratot negligat Ias. in l. bonorum. C. qui admitti sed ex communi sententia solus filius adire potest, quamuis secus sit vbi pupillus sui iuris esset Dec ibi. n.2. & in 2. lectu. n. 12. de communi Montan. de tutel. cap. 10. n. 48. & ad adeundam hæreditatem dari posse l. cum in vna. §. tutor. de appellat. vbi Ctetin. ex Bar. in l. si hæreditas. de testa. tut. simpliciter, & ad eum actum dari posse Galganet. de tutel. lib. 3. Q. 8. n. 3. & ad dotem constituendam, augendam, vel permutandam dari posse l. non tantũ de tutor. & curator. dat. ab his vbi glo. Montan. supra. n. 49.

Tit. XI. Cap. XII.

DE SCRIBENTE SE IPSVM TVTOREM.

37 Seipsum tutorem scribere nemo potest nisi testator subscripserit l. ex sententia 29. vbi Docto. de testam tutel. vel nisi non facta subscriptione vti idoneus à Prætore fuerit approbatus l. vxori. 18. de leg. Cornel. de fals. Galganet. de tutel lib. 1. tit. 2. n. 34.

Tit. XI. Cap. XIII.

DE CITATIONE PRO DATIONE TVTORIS ET CVRATORIS.

38 Citari nemo debet in datione tutoris, vel curatoris, nisi quando ex inquisitione dari debet Bat. in l. quĩ habet §. quolibet. de tutel. Tiraq. in tract. res inter alios acta lim. 43. vide supra cap. 9. & pupillũ non debere citari l. illud 5. de tuto. & curato. dat ab his Scrad. de feud. part. 10. sect. 19. n 277. Maran. de ord. iud. par. 6. n. 35. Gratia. discep. 914. n. 6. vbi quando is datur qui dari debebat & n. 10. vbi etiam non requiri inquisitionem pręstita satisdatione, Bero. cons. 123. n. 23. lib. 3. nec citationem si legitimus vel testamentarius cum leui cognitione detur vt per eos Ias. in l. nequicquam n. 40. de off. pro cõs.

39 1. Lim. nam mater prius moneri debet an velit esse tutrix alioquin ea in mora non constituta, alterius tutoris datio nulla erit Bar. & alii in authẽt. matri, & auiæ C. quando mulier tutel. offic. fung. poss. Ferret. cons. 323. n. 3. vide infra tit. 21. & tractatum curatoris tit. 6. eccitari matrẽ debere Gab. de citat. n. 271. concl. 1. & omnes legitimi etiam extra prouinciam existentes citari debent priusquã datiuus eligatur Surd. cons. n. 1. & seq. nisi locus sit tutelę datiuæ n. 19. & seq.

Tit. XI. Cap. XIV.

DE TVTORIS IN ECCLESIA DATIONE.

40 Tutor in quolibet loco dari potest, & etiam in ecclesia l. qui habet §. quolibet loco. de tutel. Bertaz. clauf. 2. glo. 1. n. 6. Marti. Garat. cons. 89. inter cons. vltim. voluntat. nisi ex inquisitione dari debeat, quia tunc in loco solito maiorum pro tribunali deputato, sedere debet n. 16. Signorol in l. nemo. n. 30. & sequent. C. de sacro San. eccles. & supra cap. 9. amp. prima cum causæ cognitio requiritur, Ias. in l. 1. §. sed excipiuntur n. 6. de ferijs.

Tit. XI. Cap. XV.

DE DATIONE TVTORIS AB INTESTATO.

41 Nedum testamento tutor dari potest, verum etiã & ab intestato, & datum ab intestato iudex confirmare debet l. 1. & 3. de confirman. tutor. Igne in authen. ex causa n. 171. C. de liber. præter.

Tit. XI. Cap. XVI.

DE MANDATO TVTORIS DANDI.

42 Testator, & iudex alteri mandare non possunt tutoris dationem arg. l. si seruum §. non dixit prætor. de acqui. hered. Bero. Q. 67. n. 4. quia hoc ius tutorem dandi quibusdam tantum à iure permittitur l. 1. de tutor. & curator. dat. ab his.

TIT. XII. DE LEGITIMIS TVTORIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Legitimi tuteres dicuntur quibus a lege tutela defertur agnati, vel cognati proximiores salua gradus prarogatiua; pater emancipati frater, patronus, & liberi n. 23.*
2 *Legitimi tutores à lege dantur.*
3 *Legitimi tutores dantur testamentarijs cessantibus.*
4 *Legitimus si desierit, ipso iure legitimo non datiuo locus est.*
5 *Legitima tutela defertur etiam inuitis.*
6 *Filius nepotem excludit ex filio pradefuncto in tutela legitima.*
7 *Curator furiosi amentis, & prodigi legitimus est.*
8 *Tutela à successione legitima regulatur.*
9 *Plures eiusdem gradus omnes sunt legitimi tutores.*
10 *Cognati à successione exclusi a tutela etiam excluduntur.*
11 *Statutum de successione procedit etiam in tutela.*
12 *Inuitis proximioribus tutela defertur matre, & auia exceptis.*
13 *Filius maior 25. annis patris locum in tutela ingreditur.*
14 *Successione exclusus à tutela etiam excluditur.*
15 *Mater auia, & maternus auus tutela non priuantur successione statuto exclusi.*
16 *Mater naturalis naturalium filiorum legitima tutrix est sicut legitimorum legitima.*
17 *Mater à tutela collaterales cognates excludit per quos à successione excluditur.*
18 *Mater minor tutrix est legitima, sed interim legitimus tutor alter dari debet, vel datiuus.*
19 *Sacerdos legitimus tutor esse potest quamuis non testamentarius.*
20 *Fratres vtrinque coniuncti consanguineis in feudalibus non praferuntur.*
21 *Proximiores ex simul inuestitis vasallo etiam minime coniuncti, si respectu successionis feudi proximiores sint, sanguine coniunctis in tutela praferuntur in feudalibus; in allodialibus autem sanguine proximiores.*
22 *Agnati feudalibus dominum excludunt.*
23 *Cognati in feudalibus cessantibus agnatis non admittuntur.*
24 *Matris, & auia tutela anormala seu anomala, & irregularis non regulatur a successione.*
25 *Prohibiti à lege tutores non sunt.*
26 *In habiles tutores esse non possunt.*
27 *Datiua tutela non regulatur à successione.*
28 *Emancipati filii pater tutor non est in casu de quo ibi.*
29 *Proximiore apud hostes existente legitimo locus non est sed datiuo.*
30 *Frater nepoti ex fratre in tutela prafertur.*
31 *Administratio tutela administratori legitimo non datur nisi à iudice deferatur.*
32 *Datiua est omnis tutela in Regno gallia.*
33 *Minor 25. annis tutor esse non potest.*
34 *Maxima capitis diminutio proximioris a legitima tutela excludit.*
35 *Mutus & surdus nullam possunt habere tutelam.*
36 *Vasalli tutor legitimus est agnatus testamentariis matre, & auia; ac pro auia cessantibus.*
37 *Plures eiusdem gradus agnati vasalli tutores sunt.*
38 *Ascendentes pater auus, & pro auus etiam quoad nouũ feudum vasalli tutores sunt.*
39 *Principibus tutores dantur qui statum regant.*
40 *Agnati vltra X. gradum admittuntur.*
41 *Vasallo proximiores ex simultanee inuestitis licet non coniuncti sanguine praferuntur in tutela.*
42 *Agnati in feudalibus tutores sunt, in allodialibus cognati ad quos allodialium successio spectat.*
43 *Agnati in feudi tutela domino praferuntur.*
44 *Agnatis deficientibus non admittuntur cognati sed feudi dominus ad tutelam vasalli.*
45 *Agnati collaterales non descendentes à primo acquirente nec simul inuestiti non admittuntur ad tutelam vasalli nisi ad feudi successionem admitterentur.*
46 *Agnati iure saxonico non admittentur nisi vt ibi.*
47 *Agnati ad vasalli tutelam admittuntur quando, & ad feudi successionem.*
48 *Dominus vasallo nisi sibi subditum tutorem dari non potest quamuis opus non sit esse vasallum.*
49 *Dominus immediatus vasalli tutor est vbi dominus tutor eius esse potest.*

TIT. XII. CAP. I.

DE LEGITIMIS TVTORIBVS

QVI SINT TVTORES LEGITIMI QVIBVS A QVIBVS ET QVO ORDINE DENTVR. CAP. I.

1 LEgitimi dicuntur ij tutores quibus ex lege duodecim tabularum tutela datur, idest agnati proximiores gradatim, vel cognati, salua gradus prærogatiua §. 1. Inst. de legato agnato tute l. 1. de legit. tuto vbi Bar. l. ab intestato de legitim. tutor. Manzi. de tutel. tit. qui legitim. tutor esse possint n. 1. & seq. glo. in §. fi. Inst. de cap. dimin Pappi. in Consuet. Borbon. §. 179. Surd decis. 106. n. 6. & 7. Gutierez. de tutel. part. 1. cap. 12. n. 1. præstita scilicet fide iussione, & bona, personamque minoris tuendi, vtilia faciendi, & inutilia prætermittendi promissione facta, Gab. conf. 29. n. 53. lib. 2. Montan. de tutel. cap. 7. n. 22. & sequent. vbi idem de patrono respectu libertorum, & de fiduciaria patris quoad filium emancipatum fratris respectu fratrum minorũ, matris & auiæ, & aliorũ, l. 3. §. fi. & l. 4. de legit. tuto. & c. 15. n. 10. & seq. Galgan. de tutel. lib. 1. tit. 4. n. 1. & 2. siue agnati, vel cognati sint n. 6. vel etiã frater emancipatus n. 9. per l. 3. & 4. de legitim. tut. & de patronis n. 10. & tit. 4. n. 19. de patre respectu filii emancipati, Borgni. de tutor. & curator n. 291. Bertaz. clauf. 9. glo. 5. n. 1. vbi de agnatis vel cognatis ad successionem vocatis, Ludouic. conf. 49. inter conf. vltima. voluntat. & Gualferd. conf. 50. ibidem & secundum ordinem successionem l. 1. 2. & 3. C. de legit. tute. quibus scilicet pupilli hereditas debetur, Papien. in form. lib. ad red. rat. tut. glo. in suo n. 2. Petr. Sac. in pract. rubr. 114. n. 30. vbi vsque ad 10. gradum agnatorum, & cognatorum.

2 1. Amp. vt à nemine dentur legitimi tutores sed à lege ipsa constituantur l. legitimos de legitim. tutor. & l. seq. vbi Bar. Cor. conf. 162. n. 2 & 3. lib. 4. Alex. conf. 161. n. 7. lib. 5. Gab. conf. 29. n. 53. lib. 3. Montan. de tutel. cap. 14 n. 1. vbi que morentur, & habitent, quamuis datiuus extra iurisdictionem iudicis non detur n. 2. & ipso iure sunt etiam alieni territorii, Bal. conf. 224. n. 2. lib. 1. Franc. Marc. Q. 251, lib. 1.

3 Il-

3 Illius scilicet quibus non fuere tutores testamento dati; vel dati, ante testatorem mortui essent Manzi. de tutel. tit. tutor. legitim quibus. dent. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 4. n. 14. ex tex. in l. intestato. de legitim. tutor. & l. si quis de testamen. aliqui decessissent, superstites tutores erunt d. l. si quis §. planè, & Instit. de legiti. agnato. tute. § quod autem.

4 2. Amp. vt si legitimus defierit, ipso iure legitimo non datiuo locus fit, Montan. de tutel. cap. 16. n. 7.

5 3. Amp. vt ipsis etiam inuitis legitima tutela deferatur, Christophor. de Castellio. conf. 26. n. 16. Dec. conf. 16. n. 4. Montan. d. cap. 15. n. 7. & 8. matre & auia exceptis, vt per eos, & Cor. conf. 101. n. 8. lib. 3. & Soc. Iun. conf. 16. n. 19. lib. 2.

6 4. Amp. vt filius excludat nepotem ex filio prædefuncto in tutela legitima l. 3. §. si duo de legitim. tutor. Port conf. 55. n. 14.

7 5. Amp. in curatore, tam prodigi, & furiosi, quam amentis Piag. de tutor. Q. 2. n. 24. Gutierez. d. cap. 12. n. 7. & sequent. vbi etiam quod tametsi curator non possit testamento dari, secus tamen est respectu furiosi, & de iure canonico Scrader. de feud. part. 10. section. 19. n. 147. & sequent. vbi horum curam esse legitimam, nisi legitimi cessarent, tunc etenim datiuæ locus esset n. 154. & Piag. de tutor. & cur. Q. 2. n. 28. & sequent.

8 6. Amp. vt à successione, legitima tutela reguletur, ita vt qui prior est in successione hic & in tutela prior existat Inst. de legitim. patrono tut. ad fin. l. 1. cap. de legit. tute, Soc. Iun. in l. sciendum n. 143. de legat. 1. & conf. 100. n. 12. lib. 2. Dec. in l. quo tutela 73. de reg. iur. vbi secus in matre, & auia Rim conf. 97. n. 20. post Cor. conf. 284. n. 3. lib. 3. & masculo proximiori fœmina exclusa in pari gradu existente defertur de magis communi, Gab. conf. 29. n. 8. lib. 2. licet secus vbi ipsa esset in gradu proximior, n. 10. Spino. de testament. glo. 29. n. 8. Bero. conf. 123. n. 7. lib. 3. Gutierez. de tutel. part. 1. cap. 2. n. 12. & 17. Scrader. de feud. part. 10. Section. 19. n. 32. Menoch. de arbitr. caf. 150. n. 32. & 33. Borg. de tuto. n. 183. vbi secus in matre, & auia statuto à successione exclusis, Montan. de tutel. cap. 15. n. 1. & seq. vbi de communi dixi supra tit. 2. Intrigl. de feud. sent. 2. art. 36. n. 44. subdens filium locum patris ingredi nisi vide infra tit. 21. n. 279. sed si consanguineæ deferatur hæreditas in medio existenti tutela legitima masculo datur l. 1. de legit. tuto. vbi Bar. & si plures sint patroni omnes, & eorum liberi tutores sunt quia omnes succedunt l. 3. §. si duo de legitim. tuto. Surd. de alim. tit. 9. Q. 10. & cognati successione per agnatos exclusi à tutela etiam exclusi censentur latè Scrad supra n. 34.

9 7. Amp. vt si plures eodem gradu existant simul ad tutelam admittantur §. fin. Inst. de capit. diminut; proximior tamen vel proximiores eiusdem gradus ibidem, & ad illam auus, auia, proauus & proauia parificantur, auus tamen præfertur & in tutela pronepotis pro auus maternus est proximior proauia paterna, ac etiam, patruo de communi testantur ex l. 1. auth. ibi posita l. delegit. tute §. fin. Instit. de capi. domin. vbi glo. & Doc. Bero conf. 123. n. 7. 11. 25. & 30. lib. 3. & Montan. supra in feudis Scrader. d. sectio. 19. n. 39. & seq. vbi idem in Regno, & Principatu, & quidem in infinitum vt feudi successio defertur n. 45. & sequent. l. 8. & 9. de legit. tuto.

10 8. Amp. vt cognati à successione per agnatos exclusi à tutela etiam exclusi censeantur Menoch. de arbitrar. cas. 150. n. 32. & sequenti, Scrader. supra. n. 34. secus in non exclusis, Onded conf. 88. n. 1. lib. 1. Calgan. de tutel. lib. 1. tit. 4. n. 6. & n. 21. exclusos à successione pupilli eius tutores legitimos esse non posse.

11 9. Amp. vt statutum de successione loquens in tutela etiam procedat, nisi de particulari successione loquatur, vel corrigat ius commune, Bal. conf. 224. in fine lib. 1. & cons. 218. lib 4. sed licet patruum in successione præferat pro auo materno adhuc proauus maternus patruo in tutela præfertur, Bero supra n. 26.

12 10. Amp. vt etiam inuitis proximioribus deferatur matre, & auia exceptis l. constitutione, C. de legitim. tut. l. 2. C. de tutor. & curator. creand. Cor. conf. 101. n. 8. lib. 3. & conf. 164. n. 2. lib. 4. Dec. conf. 16. n. 2. & sequent. Soc. Iun. conf. 16. n. 19. lib. 2. Montan. de tutel. cap. 15. n. 7. & 8. Galganet. de tutel. d. tit. 4. n. 8. vbi matrem, & auiam præferri proximioribus nisi secundo nubant, vel inhoneste uiuant.

13 11. Amp. vt filius, si maior sit 25. annis patris locum in tutela legitima ingrediatur l. tutela. de tutel. l. final. C. de legitim. tutor. Intrigliol. de feud. sent. 2. artic. 36 n 44. & 45.

14 12. Amp. vt exclusus à successione, iure communi, vel statutario, à legitima tutela etiam excludatur, & matre, & patruo ad successionem admissis ad tutelam etiam admitti, Cur. Sen. conf. 46. n. 6. & 14. Ius. conf. 149. n. 6. lib. 2. Gozad. conf. 54. Borgni. de tutor. n. 183. Onded. conf. 88. n. 13. & sequent. & per tot. lib. 1. Scrad. d. n. 34.

1. Lim. in patrono ex delicto à successione exclusos qui non priuatur tutela l. 1. §. interdum vbi Bar. de legit. tuto. quam habet ex mente legis nisi ius patronatus in totum perdatur l. 3. vbi Bar. eo tit.

15 2. Lim. in matre auia, & auo materno qui licet per statutum à successione excludantur à tutela tamen non excluduntur, Cor. conf. 284. n. 4. lib. 3. Dec. in l. fœminæ n. 19. de reg. iur. Bero. conf. 124. n. 8. & conf. 126. n. 26. lib. 2. est etenim extraordinaria tutela Ond. conf. 88. n. 29. & seq. lib. 1. Surd. decis. 48. n. 10. 11. Menoch. de arbitrar. iudicum caf. 150. n. 36. Gutierez. de tutel. part. 1. c. 2. n. 12. Barbat conf. 11. n. 8. lib. 3. quamuis auiæ mater præferatur, Menoch. supra n. 38. Borgni. de tutor. n. 183. Montan. de tutel. cap. 15. n. 5. Porti. Imol. conf. 193. n. 9. Marcabrun. ab Anguil. conf. 37. n. 85. Galganet. de tutel. d. tit. 4. n. 23.

16 1. Amp. d. lim. vt sicut mater legitima filiorum legitimorum legitima tutrix est ita, & naturalium mater naturalis §. quin veteris, & §. qui verè authent. quib. mod. natural. efficiun. sui Amanel. sing.16.

17 2. Amp. vt mater exeludat etiam collaterales & cognatos quamuis per eos à successione excluderetur, Cor. cons. 101. n.2. lib. 3. & cons. 17. n. 25. lib. 2. Borg. de tutor. & curator. n. 183.

18 3. Amp. etiam si mater sit minor, dummodo quousque ad legitimam tutelam peruenerit legitimus alius tutor, vel datiuus constituatur de magis communi, Bero. cons. 123.n.27. lib. 3. & datiuo locum fore tenet, Cor. cons. 17. n. 26. lib. 2.

19 13. Amp. vt sacerdos legitimus tutor esse possit, quamuis testamentarius esse non possit Manzi. de tutel. tit. quib. ex caus. quis excus. n. 28. & si legitimam, laicus vel elericus susceperit, eam reddita ratione deponet si sacros ordines suscipere voluerit, & Galganet. d. tit. 4. n. 26. volentes inquit legitimam tutelam suscipere posse, & monachos etiam superioris authoritate vide supra tit. 5.

20 14. Amp. vt in feudalibus fratres vtrinque coniuncti non præferantur consanguineis, Scrad. supra n.48.

21 15. Amp. vt ex simul inuestitis etiam si vasallo impuberi sanguine non sint coniuncti si proximiores sint respectu successionis feudi sanguine coniunctis præferantur Scrad. supra n. 49. & seq. in allodialibus proximiores sanguinis præferri probans etiam si dominus feudi iurisdictionem etiam allodialium habeat n.57.

22 16. Amp. vt agnati in feudalibus feudi dominum excludant Scrad. supra n.59.

23 17. Amp. vt cognati in feudalibus non admittãtur eessantibus agnatis Scrad. supra.n.62.

18. Amp. vt frater siue in potestate vel emancipatus sit legitimus tutor fratrum suorum vt patronus eiusque liberi libertorum Instit. de legit. patro tut. & de fiduc. tut. vbi Aldobr. Gratia. discep. 914. n. 1. & de patre qui filiũ emãcipauit Instit. de legit. parent. tute. Gratia. supra n. 3. & seq. l. 4. C. de legit. tutel. si vero testamentarius extet frater. maior minoris tutor non fiet l. si tutor. §. si duobus de tut. & rat. distrah. Rau. de decim tuto. c. 5. n. 15. Munnoz. de ratioc. c. 6. n. 46. l. 3. §. si & l. 4. de legit. tuto.

24 1. Lim. non procedere in tutela anomala, & irregulari vt ea est quæ matri, & auiæ defertur Port. cons. 193. n. 9. vide infra tit. 21.

25 2. Lim. in prohibitis à lege §. ex his authent. de hæredit. ab intest. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 4. n. 17.

26 3. Lim. non procedere in his qui inhabiles essent l. sæpe. 13. de curator. furios. Galg. d. tit. 4. n. 20.

27 4. Lim. non procedere in datiua in qua ratio successionis ab intestato non habetur ideo auus maternus à matre ad secunda vota transeunte nominatus æque idoneus patruo præfertur Gab. cons. 27. n. 7. & seq. lib. 1. Gutier. de tutel. d. cap. 2. n. 21.

28 5. Lim. vt licet pater sit tutor legitimus filij emancipati §. exemplo, Institut. de legitim. parẽt. tute. l. 3. §. final. de legitim. tutor. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 4. n. 7. attamen si mater mariti mores suspicetur filios sub conditione emancipationis instituat, pater emancipans filios eorum tutor non erit l. filiis matrem. 25. vbi Bal. n. 5. C. de in offi. testam. Gutierez. de tutel. cap. 13. n. 7. vide supra tit. 3. n. 40.

29 6. Lim. non procedere quando proximior esset apud hostes, tunc enim non legitimo. sed datiuo tutori locus erit l. 1. §. sed si apud de legitim. tutor. Galganet. d. tit. 4. n. 24. Bar. in d. §. sed si idem dicens si spes sit tutelæ legitimæ.

30 7. Lim. vt licet alioquin tutela sicut hereditas deferatur, attamen in tutela fratris ex fratre nepoti frater præferetur l. 3. §. si duo, de legitim. tutor. Natt. cons. 424. n. 6.

31 8. Lim. vt quamuis à lege tutela legitima deferatur, eius tamen exercitium siue administrandi facultas legitimo administratori non competit nisi à iudice deferatur l. final. C. arbitr. tute. Cor. cons. 164. n. 3. lib. 4. etiam si mater, vel auia, tutrix fuerit, exceptis his quæ forent tempore peritura n. 4. Montan. de tutel cap. 14. n. 6. & 7.

32 9. Lim. in Regno Galliæ, in quo omnis tutela est datiua potius quam legitima, Montan. supra cap. 14. n. 11.

33 10. Lim. in minoribus vigintiquinque annis qui tutores esse non possunt §. minores Institut. de excusatio. tutor. l. fin. de legit. tutor. Cor. cons. 274. n. 1. lib. 3. etiam si mater. sit l. 2. C. quando mulier tutel. offic. fung. pos. Soc. Iun. cons. 8. n. 7. & seq. lib. 1. Montan. d. cap. 15. n. 16. & seq. Galganet. de tutel. d. tit. 4. n. 16. vide supra tit. 5.

34 11. Lim. non procedere quando proximior esset capite minutus maxima capitis diminutione §. quod autem vbi glo. verbo. cognationis Instit. de capit. dimin Montan. supra n. 132. & sequent. legitima enim tutela capitis diminutione tollitur l. 2. vbi Bar. de legit. tuto. etiam iam suscepta l. 5. §. fi. vbi Bar. eod. tit.

35 12. Lim. in muto, & surdo, qui nullam possunt habere tutelam l. agnato. 10. §. final. de legitim. tutor. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 4. n. 20.

13. Lim. proximiori tantum deferri, & pluribus etiã eodem gradu existentibus vt puta fratribus §. fin. Instit. de capit. diminut. vbi glo. & Aret.

14. Lim. vt quamuis patronus liberti legitimus tutor sit; secus in patrona licet in bonis liberti succedat, & ipsa Instit. de legitim patrono tute. nec tutor erit si ius patronatus in totum perdatur l. 3. §. 1. vbi Bar. de legit. tuto.

15. Lim nam si primus legitimus desinat facto iudicis hoc principaliter agentis datiuo locus fit non sequenti legitimo; licet secus si desinat casu naturali vel ciuili iudice hoc principaliter non agente l. 3. §. quæ si vbi Bar. de legit. tuto.

16. Lim. nam propinquior agnata non impedit sequentem agnatum, nec cognata propinquior sequentem impedit cognatum l. pen. & ibi Bar. de legit. tuto.

Tit.

Tit. XII. Cap. II.

DE TVTORE VASALLI.

36 Vasalli tutor legitimus est agnatus, testamentarijs, matre auia, & pro auia cessantibus Fab. instit. de legitim. agnator. tutel. n. 1. Cur. Sen. cons. 66. n. 19. Scrad. de feud. part. 10. Section. 19. n. 31. & seq.

37 1. Amp. vt plures eiusdem gradus agnati omnes tutores sint Scrader. supra n. 39.

38 2. Amp. in ascendentibus patre auo, & pro auo etiam quoad feudum nouum Scrader. supra n. 40. & seq.

39 3. Amp. in Principibus quibus tutores dantur, vt per eos regnum, & principatus regatur, Tiraq. de primogen. Q. 40. n. 109. Gulielm. de Benedict. in capit. Rainutius. verbo. adiectæ n. 5. de testam. Bursat. cons. 179. n. 2. Scrader. supra n. 43. & quando à patre datus non fuisset, Tiraq. supra n. 208. Bursat. cons. 147. n. 3. Scrader. supra vbi idem si agnati Reges etiam vel principes essent & n. 95.

40 4. Amp. vt vltra x. gradum in infinitum admittantur, etiam si non sint feudalia, sed habeat dignitatem annexam, Scrader. supra. n. 45. & 46.

41 5. Amp. vt simultaneè inuestitis etiam si non sint vasallo impuberi sanguine coniuncti onus tutelæ deferatur, si respectu feudalis successionis vasallo impuberi proximiores existant, Scrader. supra n. 49.

42 6. Amp. vt in feudalibus tutores sint agnati, in allodialibus cognati ad quos allodialium successio spectat, Scrader. supra. n. 52. & sequent. vbi idem si dominus feudi habeat etiam iurisditionem in allodialibus.

43 7. Amp. vt agnati domino feudi in tutela præferantur, Scrader. supra n. 59.

44 8. Amp. vt agnatis deficientibus non admittantur cognati, sed dominus feudi, Scrad. supra. n. 61. & 68. & sequent. vbi testamentariis nec non, & legitimis cessantibus tutelam ad dominum, etiam quoad allodialia pertinere, intelligendo de immediato domino n. 71. nec posse esse locum datiuo n. 81. & à feudi domino dari n. 83. etiam respectu allodialium, & etiam si alibi vasallus domicilium habeat n. 85. & sequent. & si plurium dominorum sit vasallus à quolibet eorum tutor dari poterit respectu sui feudi n. 91. & n. 96. testamentario, aut legitimo excusatis minore, muto, surdo, milite, vel clerico existente, à domino dari probat, excusarique excusationem allegantes, & coram Paribus, vel mediato superiore, quibus cessantibus coram ordinario deducetur n. 98. & inutiliter testamento, vel codicillis datum solum dominum confirmare n. 99. verum si fuerit à domino inutiliter datus, à Paribus Curiæ confirmabitur, illisque cessantibus à Domino mediato. & ipso cessante ab Ordinario generali n. 100.

45 1. Lim. non procedere in agnatis collateralibus non descendentibus à primo acquirente neque simul inuestitis, nisi ad feudi successionem admitterētur, Scrader. supra n. 64. sed quando non descendunt à primo stipite successo, & tutela transuersalium septimum gradum non egreditur n. 65.

46 2. Lim. nam de iure saxonico non admittuntur agnati transuersales à primo acquirente descendentes, etiam respectu antiqui feudi, nisi & ipsi fuerint simul inuestiti Scrader supra n. 66.

47 3. Lim. quando agnati ad feudi successionem admitterentur Scrader supra n 67. iure tamen Saxonico secus testans.

48 4. Lim. non posse dominum vasallo tutorem nisi subditum suæ iurisditioni constituere, quamuis suum esse vasallum opus non sit Scrader supra n. 101. & sequent. idemque subdit de Paribus curiæ n. 106.

49 5. Lim. nam quādo feudi dominus est vasalli tutor de immediato domino sit intelligendum, non autem de mediato, Frec. de sub feud. lib. 2. fol. 229. pag. 2. versic. 39. authoritas, & Scrad. de feud. part. 2. section. 2. n. 56.

TIT. XIII. DE REQVISITIS, ET QVAE TVTORES FACERE DEBEANT ANTEQVAM GERANT.

SVMMARIVM.

1 *Acceptari tutela debet cum decreto iudicis, vt tutor gerere possit.*
2 *Acceptari tutela debet, vt supra ab omni tutore.*
3 *Decreto opus est in reuocatione tutoris.*
4 *Pronunciatio iudicis quod tutor idoneus sit intellige vt ibi.*
5 *Acceptare tutor debet officium statim cum sciat se tutorem datum sine alia denunciatione.*
6 *Scientia tutoris probari debet vt acceptare teneatur.*
7 *Scientia tutoris probatur denunciatione, & ex eo quod testamento, interfuerit.*
8 *Pater tutor, & curator filiorum acceptare tenetur cū decreto.*
9 *Dominus vasalli tutor sine decreto administrare nequit.*
10 *Iudex tenetur ex officio tutorem ad acceptandum compellere.*
11 *Acceptare omittens tutor cum decreto si tutorem sciēs tenetur ad omnia damna, & interesse pupilli iuramento in litem liquidanda.*
12 *Iuratur in litem pro damnis, & interesse contra tutorem qui gessit tutella sibi à iudice non decreta.*
13 *Administrans tutelam sine solemnitatibus requisitis pupilli successione priuatur ab intestato obeuntis.*
14 *Feudi antiqui ex parte, & prouidentia non priuatur tutor qui solemnibus non impletis administrauit.*
15 *Feudi respectu dominus tantum administrationem tūtori decernet, si prater dominum alius sit testamentarius, legitimus, vel datiuus tutor.*
16 *Acceptari cum decreto iudicis tutela, vel cura debet ex statuto delata vel ex consuetudine.*
17 *Administrare cessans tutor suo periculo cessat tutelam sibi decerni negligens.*
18 *Administratione non decreta venditio per tutorem facta nulla est.*

19 Acceptare tutor cogitur, vt ibi & n. 21. & 25.

20 Acceptare negligens à iudice legitime monitus testamentarius tutor, legato fideicommisso, hæreditate etiam non intuitu tutelæ relictis, pro vt & alius tutor intestati successione priuatur.

21 Acceptare munus tutor præcise compellitur, & supra n. 19. & 25.

22 Excusatus ex falsa causa à tutela ad omnia damna, & interesse tenetur.

23 Acceptare negligentes, vt suspecti remoueri possunt.

24 Acceptare tenetur cũ decreto tutor etiam instructionis, et notitiæ causa datus, & honorarius.

25 Acceptare præcise tutor cogitur nec interesse soluẽdo liberatur, & supra n. 2.

26 Administrationem ante decretam gesta nulla sunt.

27 Acceptatione, & obligatione suscipiẽdi tutelam per tutorem omissa, tutela nulla est.

28 Decretum administrandi, vt à iudice interponi possit, necesse est ei subditum pupillum vel bona esse.

29 Administratione à testatore tutori decreta; nõ est opus à Iudice decerni.

30 Inuẽtario omisso tutor gerere nequit etiam decreta administratione à testatore.

31 Administratio à testatore non operatur in feudalibus, alijs quæ de quibus testator disponere non potuit.

32 Legitimi tutores nõ egent decreto iudicis pro administratione.

33 Legitimi tutores licet decreto iudicis non egeãt, administratione tamen indigent.

34 Decerni administrationem opus non est si ita consuetudine caueatur.

35 Administrationem testamentario tutori decerni opus non est.

36 Contrarium tenẽt ibi citati.

37 Distingue vt ibi.

38 Mater, & auia inuita tutelam non coguntur acceptare.

39 Clerici testamentariam, & datiuam tutelam acceptare nequeunt.

40 Clerici legitimam tutelam gerunt.

41 Clerici pauperum testamentarię, & datiui tutores in subsidium esse possunt.

42 Immunes à tutela eam acceptare non tenentur.

43 Acceptare non tenetur testamento inutiliter datus ante confirmationem.

44 Administrare potest inutiliter testamento datus si iudex ter requisitus confirmare neglexerit.

45 Acceptare non cogitur habens excusationem si eam intra dies 50. à die scientiæ proposuerit.

46 Acceptare, vt tutor cogatur non sufficit in genere scire se tutorem datum nisi, & cui datus sit non ignoret in specie.

47 Acceptare cogitur legitimus tutor ex sola scientia obitus patris pupilli.

48 Acceptare cogitur consanguineus ligitimam tutelam nisi proximiorem adesse probauerit.

49 Scientia tutoris dati per pupillum probanda est.

50 Ignorans si per annos acceptare differas non tenebitur.

51 Acceptare statim cum sit tutor. non tenetur, sed cum temporis internallo iudicis arbitrio.

52 Feudi dominus respectu feudi tutores testamentarios vel alios coget administrare.

53 Administratio decreta præsumetur si tutor longissimo tempore gesserit.

54 Administratio decreta nõ præsumitur temporis cursu si de minoris, vel pupilli incommodo agatur.

55 Administratio decreta nõ præsumetur hoc altera parte negante.

56 Solemnitas non præsumitur quando ex facie instrumẽti constaret non interuenisse intellige vt ibi.

57 Administrare potest tutor etiam non decreta administratione quando iudex ter requisitus decernere neglexit.

58 Administrasse absque decreto tutores, & curatores allegare nequeunt.

59 Gesta sine decreto administrationis valida sunt si iudex tutorem vel curatorem esse pronunciauerit.

60 Gesta non decreta administratione tenent, si iudex ratum habiturum pronunciauerit.

61 Sententia iudicis contra vnum lata cæteris pupillis vel minoribus non oberit.

62 Sententia non nocet tutorum vel ab eis gestorum approbatoria nisi de hoc fuerit principaliter actum negocio plene discusso.

63 Sententia contra pupillum absentem, & indefensum ei non nocet.

64 Sententia non nocet cessantibus requisitis.

65 Appellare potest pupillus vel minor à sententia qua tutor vel curator fuit pronunciatus, & in integrum restitui; imo, & per eundem iudicem reuocari.

66 Legatam rem tutor legatario sine decreto tradere potest.

67 Mater, & pater sine decreta administratione gerunt & n. 72.

68 Contrarium nisi de rebus tempore perituris agatur.

69 Decreto administrationis opus non est in rebus tempore perituris.

70 Decretum administrationis non requiritur quando de pupilli commodo ageretur velut de sententia, & processu.

71 Gesta ab administratore coacto dato per prouisionem appellatione pendente valida sunt.

72 Decreto administrationis nõ egens pater, mater, et alij legitimi tutores. n. 67.

73 Legitimi tutores sine decreto administrationis tempore peritura dumtaxat administrare possunt.

74 Administratione à testatore decreta puta vxore relicta domina, massaria, et filiorum gubernatrice, decretum administrationis per iudicem non requiritur nec alijs casibus, vt ibi.

75 Inuentarium tutor facere tenetur, alioquin contra ipsũ in litem iuratur.

76 Iuratur in litem contra tutores inuentarium non cõficientes.

77 Inuentarium post duos annos fecisse non sufficit.

78 Inuentarium differens conficere carcerari, puniri, & remoueri potest.

79 Inuentarij ante confectionem agere, & conueniri tutor nequit.

80 Contrarium tenent ibi citati.

81 Inuentario non facto sine, eo adiens pupillo creditoribus, & legatarijs insolidum tenetur tutor.

82 Mater tutrix inuentarium facere tenetur.

83 Contrarium tenet, Ferret. ibi citatus.

84 Inuestigare tutor bona tenetur, eaque inuentario ponere.

85 Inuentarium legitima administrationis nomine continetur.

86 Remotus quia inuentarium non confecerit infamis fit nisi affinis sit vel consanguineus.

87 Inuentarium clare fieri debet non autem obscurè, & à notario, & cum solemnitatibus requisitis.

88 Librum rationum tutor facere tenetur, & pupillo adulto edere alioquin contra tutorem iurabitur in litem.

89 Liber tutoris licet priuatus verisimilia continens probat.

90 Liber tutoris non probat nisi data, & recepta contineat, & alia. vt ibi.

91 Liber rationum continere debet computum fructuum

in

in dies perceptorum, & alia de quibus ibi alioquin non probat.

92 *Librum rationum tutor custodire tenetur non etiam tutoris hæres.*

93 *Librum rationum tutor, & curator facere tenentur, etiamsi fuerit à testatore remissum.*

94 *Librum rationum, & inuentarium tutor producere tenetur licet rationes reddiderit, & alia fecerit vt ibi.*

95 *Librum rationum producere cogetur tutor quamuis dicat penes factores eum dimisisse.*

95 *Liber rationum non potest a testatore remitti.*

96 *Liber omitti potest si pupillo vtilius sit.*

97 *Causa iusta excusat a confectione inuentarij, & libri fortius necessaria: & quando simplex factor est ac negociorum gestor.*

98 *Iuramentum in litem non datur ob non confectum inuentarium, & librum rationum si tutor aliter probet quantitatem bonorum, redditum, & expensarum.*

99 *Inuentarium, & liber non requiritur alijs casibus quibus infra hoc eodem titulo.*

100 *Inuentarium totum edi debet.*

101 *Contrarium tenent citati ibi.*

102 *Distingue, vt ibi.*

103 *Iuratur in litem contra tutorem si recte gessisset tutela illegitime suscepta.*

104 *Iuratur in litem inuentario imperfectè facto nisi omissa inuentario poni in libro rationum posita essent.*

105 *Actus omnes a tutore gesti non facto inuentario nulli sunt.*

106 *Contrarium tenent ibi citati.*

107 *Administrare tutor nequit ante inuentarij confectionem.*

108 *Contrarium tenent ibi citati.*

109 *Administrat tutor ante inuentarium quæ inuentarium præcedunt.*

110 *Administrat tutor inuentario omisso si partes factum fuisse confiteantur vel minor ratificet.*

111 *Administrat tutor ante inuentarium vtiliter pupillo si ita elegerit.*

112 *Administrat tutor non facto inuentario quæ vsu consumuntur.*

113 *Administrat tutor sine inuentario quando non fieri pupillo expediret.*

114 *Administrat tutor omisso inuentario quando testator fieri vetasset.*

115 *Inuentario omisso tutor non obligat pupillum, sed suo periculo cuncta gerit.*

116 *Inuentarium inchoari debet intra 30. dies ab adita hæreditate, & intra tres menses perfici.*

117. *Inuentarium tutoris fieri debet cum solemnitatibus inuẽtarij hæredis.*

118 *Inuentarium omittens magis delinquit quam qui tutorem non petit.*

119 *Inuentarium in iudicio, & manu notarii confici debet.*

120 *Mulier non excusatur inuentario omisso nec minor licet restituatur.*

121 *Inuentario non ponens omnia cum suis qualitatibus in duplum punitur.*

122 *Inuentario aliqua non ponens minoris esse ignorans excusatur.*

123 *Inuentarium testamentarius tutor facere tenetur.*

124 *Inuentarium absentie, vel impediti loco datus tutor facere tenetur.*

125 *Inuentarium honorarius tutor, & causa notitia datus facere tenetur.*

126 *Amissionem rei tutor allegans probare tenetur.*

127 *Iurare debet tutor inuentario contenta vera esse.*

128 *Iuratur in litem contra non exhibentem rationum librum.*

129 *Librum rationum edere iterum debet qui alias edidit.*

130 *Amissionis libri allegatio tutorem à productione non excusat.*

131 *Hæres tutoris librum producere quia habere præsumitur, obstringitur.*

132 *Iuramento non habere non creditur in scriptura priuata sed in existente penes notarium secus est.*

133 *Iuramento tutoris bonæ famæ scripturas subtractas creditur.*

134 *Iuratur in litem contra tutorem ex lata vel leui culpa.*

135 *Iuratur in litem contra tutorem alienantem sine causa & solemnitatibus.*

136 *Iuratur in litem contra ementes à tutoribus sine causa, & solemnitatibus.*

137 *Iuramentum in litem non datur contra ementem bona fide.*

138 *Iuratur in litem contra tutorem, qui gessit ante administrationem sibi decretam, & cæteris seruandis omissis.*

139 *Iuratur in litem contra tutores, & curatores gerentes si scirent vel scire deberent tutela vel cura priuatos.*

140 *Filius contra matrem quæ ad secunda vota transiuit, & gessit in litem iurat.*

141 *Iuratur in litem contra tutorem qui proprias cum pupilli rationibus confudit.*

142 *Iuratur in litem contra tutorem conuertentem bona pupilli in suos vsus, eaue dilapidantem.*

143 *Dilapidans & in suos vsus bona pupilli conuertens ad damna interesse, & vsurarum vsuras pupillo tenetur.*

144 *Iuratur in litem si rationum libri multum confusi, defectiui, & inordinati essent.*

145 *Iuratur in litem contra tutorem ex mendacio bona non esse pupillo de quo conuictus fuit.*

146 *Iuratur in litem contra, negantem se tutorem, vel gessisse.*

147 *Iuratur in litem contra tutorem quia in libro expensas duntaxat reposuit; non autem recepta.*

148 *Iuratur in litem contra tutores nomina debitorum etiam à se ipsis exigere negligentes easque ad honestum lucrum minime ponentes.*

149 *Iuratur in litem contra tutorem quia bona pupilli intra tempus exigere seu redimere neglexit.*

150 *Tutor sine promissione ex male gestis adulto tenetur.*

151 *Fructuum perceptorum, & percipiendorum tutor tenetur.*

152 *Pecunias pupillares intra sex menses ad honestum lucrum collocare tenetur si bona emenda non extiterint.*

153 *Administrare negligens à iudice monitus ac si dolum commiserit tenebitur.*

154 *Dolo, & lata culpa carens tutor non patitur in litem iuramentum.*

155 *Iuratur in litem contra tutorem qui pecunias pupillares in sua Patria in negocio non consueto posuit.*

116 *Iuratur in litem contra tutorem, qui intra tempus bona pupilli non redemit.*

157. *Iuratur in litem contra tutorem qui calumniosè egit, & in expensis condemnatus fuit.*

158 *Iuratur in litem contra tutorem, qui à sententia iniusta contra pupillum non appellauit.*

159 *Iuratur in litem contra tutorem ob damnum passum nõ solutis publicis oneribus, & canone emphiteoticorum.*

160 *Iuratur in litem si tutor pro pupillo sine inuentario damnosam adierit hæreditatem.*

161 *Agere, & conueniri nequit tutor non facto inuentario in damnum pupilli nisi quoad ea quæ dilationem nõ patiuntur; vel nisi extaret contraria consuetudo.*

162 *Conuertens bona pupilli in suos vsus in duplum tutor tenetur*

tenetur, & eius haret.

163 *Liber in vno mendax nihilum probat.*

164 *Iuratur in litem contra tutorem si rem magnam alienauerit cum modicâ sufficeret.*

165 *Pupillares pecunias vtiliter non impendente tutore datur in litem iuramentum.*

166 *Librum, & inuentarium non restituente tutore finita tutela iuratur in litem.*

167 *Iuratur in litem si tutor rationes non reddat, vel pecunias exactas scribere omiserit.*

168 *Iuratur in litem si tutor proprias non pupillares pecunias ad cambium dederit nec pupillares exegerit.*

169 *Iuratur in litem si pecunias pupillares in manu inhabilis tutoris reliquit.*

170 *Iuratur in litem si tutor proprio nomine vel communi emerit rem pupilli:*

171 *Interesse tutor praestare tenetur pecuniarum pupilli in suos vsus conuersarum intellige, vt ibi.*

172 *Iuratur in litem si tutor scienter in debitum soluerit.*

173 *Iuratur in litem si tutor probationes habens iuramentum aduersario praestet.*

174 *Iuratur in litem si tutor non fecerit instrui pupillum, nec magistris mercedes soluerit secundum pupilli facultates.*

175 *Iuratur in litem contra tutorem etiam si tantum singulis annis probet esse perceptum.*

176 *Iuratur in litem contra tutorem qui lites cœptas prosecutus non fuit.*

177 *Possessionem ingrediens tenetur ad penas l, meminerint C. vnde vi. intellige, vt ibi.*

178 *Iuratur in litem contra insolutum recipientem rem minoris aut à falso tutore ementem nisi minor ratificet.*

179 *Agere nequit etiam praestita cautione rati inuentario omisso.*

180 *Diues tutor effectus an praesumatur ex bonis pupilli.*

181 *Inuentario descripta pupilli praesumuntur.*

182 *Inuentario sua bona patiens describi sibi praeiudicat.*

183 *Inuentario descripta pupilli praesumuntur nec contraria probatio admittitur.*

184 *Confessio tutoris, quod res pupilli sit, ei nocet.*

185 *Confessio tutoris, quod res pupilli sit nocet in mobilibus immobilia autem non esse minoris testibus quinque, & instrumentis probari poterit.*

186 *Probatio indirecta admittitur contra praesumptionem iuris, & de iure.*

187 *Probationes aliae admittuntur contra praesumptionem iuris, & de iure puta partis confessio in iudicio facta.*

188 *Inuentario descripta dominus vendicat nec tunc tutori etiam oberit descriptio.*

189 *Inuentarium contra debitores in eo descriptos non probat nisi citati essent.*

190 *Tutor inuentario non debet dicere talia bona pupilli, sed in haereditate inuenisse.*

191 *Contrarium tenet Galg. ibi citatus.*

192 *Inuentario haredis aliena descripta domino non nocent.*

193 *Inuentario aliena descripta non censetur pupillo tutor donasse.*

194 *Error inuentarij probari potest.*

195 *Denunciatione euangelica quoad forum poli tutori qui aliena inuentario posuit succurri potest.*

196 *Praesumptio pro inuentario quod bona sint pupilli tollitur admissis probationibus parte non contradicente.*

197 *Praesumptio pro inuentario notoria probatione tollitur.*

198 *Praesumptio iuris, & de iure ante sententiam contrariam probationem admittit.*

199 *Contrarium tenet Alciat. ibi citatus.*

200 *Praesumptio iuris, & de iure tollitur in integrum restitutione.*

201 *Praesumptio admittit protestationem praecedentem vel in actu omissam.*

202 *Inuentarij praesumptio probationem admittit instrumentis testibus, & praesumptionibus, vt ibi.*

203 *Inuentarium contra tertium non citatum non probat.*

Confessio tutoris extra inuentarium sibi non praeiudicat.

204 *Res quae semel in administratione fuere, adhuc extare praesumuntur.*

205 *Res consumptibiles arbitrio iudicis non presumuntur extare.*

206 *Inuentarium facere debet priuatum officium habens cum administratione.*

207 *Inuentarium facere debet tutoris coadiutor, & qui per se non autem alterius periculo gerit.*

208 *Immobilia inuentario describi debent per situs, & cohaerentias; mobilia per quantitatem, & aestimationem*

209 *Iura, & nomina debitorum cum quantitatibus, & instrumentis inuentario describi debent.*

210 *Addi inuentario debent quae eo confecto tutor compererit.*

211 *Bona, vt in haereditate reperta inuentario describenda sunt non vti bona pupilli supra n. 150.*

212 *Iuratur in litem contra tutorem non restituentem reliquatum.*

213 *Iurat in litem pupilli haeres contra tutorem ob non factum, vel non rectè factum inuentarium.*

214 *Suspectus tutor censetur omnia inuentario non describens, & vt suspectus remoueri potest.*

215 *Suspectus non censetur tutor qui sibi occulta inuentaria poni minime fecit.*

216 *Inuentarium tutor facere omittens pœnas quatuor incurrit, vt ibi.*

217 *Plures tutores inuentarium omnes facere tenentur.*

218 *Inuentarij confectione non excusatur tutor ex longa lite pendente super excusatione testamentaria tutelae.*

219 *Inuentarium fecisse asserens probare tenetur.*

220 *Inuentario non facto non potest tutor tutelae nullitatem opponere.*

221 *Administrare non potest tutor lite super suspicione pendente.*

222 *Inuentarium protutor curator, & alij & facere tenentur.*

223 *Pactum in litem non iurandi non tenet.*

224 *Iuramentum in litem iam transactionis habet.*

225 *Tutor, & curator in litem iurant.*

226 *Iuratur in litem contra tutorem qui formam statuti non seruauit in inuentarij confectione.*

227 *Mater, et auia tutrices excusantur si inuentarium secundum formam statuti non confecerint.*

228 *Inuentarium omittens pro non tutore est.*

229 *Inuentario non facto tutor authorari nequit, nec error communis in priuatis officijs attenditur; & duo facere debet, vt ibi.*

Iuramentum in litem pluribus alijs casibus defertur de quibus sub d. n. 229. differt à decisiuo.

230 *Inuentarium faciendum non est si ita iure vel consuetudine caueatur.*

231 *Consuetudo in contradictorio iudicio non obtenta non attenditur.*

232 *Iuramentum in litem contra tutorem cessat si inuentarium ob ignorantiam facti non fecerit.*

233 *Inuentarium à testatore remissum facere non tenetur tutor.*

234 *Contrarium tenent ibi citati.*

235 *Inuentarium in remissum à nullo tutore fieri debet. lim. num. seq.*

236 *Inuentarij tacita remissio sufficit ne fieri debeat.*

237 *Contrarium tenent ibi citati.*

238 *Inuentarij remissio non operatur si iudex ex noua causa fieri debere cognouerit.*

239

239 *Inuentarium remitti non potest in praiudicium creditorum.*
240 *Inuentarij remissio non tenet si iudex pupillo viderit expedire, vt fiat.*
241 *Inuentarij remissio non operatur quin bona describenda sint.*
242 *Liber rationum fieri debet inuentario etiam remisso.*
243 *Inuentarij remissio non operatur respectu doli in faciẽdo commissi.*
244 *Hæres à fideicommissario compellitur inuentarium conficere.*
245 *Legatam amittit tutor non acceptata tutela.*
246 *Inuentarium remitti non potest si statuto ita cautum sit.*
247 *Mater, & auia inuentarium facere non tenentur statuto illud fieri iubente non obstante.*
248 *Inuentarij remissio non sufficit ne confici debeat, sed à testatore prohiberi debet.*
249 *Contraria sententia magis communis est.*
Inuentarij remissio alijs casibus non operatur.
250 *Inuentarium fieri non debet appellatione super onere tutelæ pendente.*
251 *Remotione cessante tutor manet ac gesta tenent.*
252 *Inuentario non facto tutor administrat præstito fideiussore.*
253 *Inuentarij omissio non nocet si pro confecto habeatur.*
254 *Inuentarij omissio non nocet si aliter ratio reddatur.*
255 *Contrarium in libro rationum.*
256 *Rusticus excusatur inuentario non facto si peritiores consulere non potuerit.*
257 *Inuentarium non tenetur facere tutor ad vnum actum datus.*
258 *Inuentarium omitti potest ex morbo vel alia iusta causa.*
259 *Inuentario ponere credita non tenetur antequam tutor exigat quorum non adsunt instrumenta.*
260 *Omissio modica rei in inuentario non obest tutori.*
261 *Occulta rei omissio in inuentario non nocet tutori.*
262 *Iuramentum in litem non datur contra patrem tutorem.*
263 *Inuentarium si probetur amissum cessat in litem iuramentum.*
264 *Inuentarium iudex ex causa tutori remittit.*
265 *Inuentarium non fit ei pupillo succedente qui bonis cesserat.*
266 *Inuentarium fieri opus non est si nil pupillus habeat.*
267 *Inuentarium hæres tutoris ac tertij possessores facere non tenentur; intellige, vt ibi.*
268 *Curator ad litem inuentarium facere non tenetur.*
269 *Procuratorem tutor constituere potest inuentario nondum confecto.*
Adiunctus tutori an procuratorem constituere possit.
270 *Inuentarium ex causa omittens non dicitur in dolo.*
271 *Inuentarium minus plenum sufficit à iudice approbatum.*
272 *Inuentarium nobilis ac diues omittens cessat doli præsumptio nec contra eum in litem iuratur.*
273 *Iuramentum in litem non datur ob dolum in omittendo.*
274 *Inuentarium expensis pupilli fieri debet.*
275 *Legatum eius in quo tutor condemnaretur excludit dolum omissionis, non commissionis.*
276 *Legatum prædictum non operatur in emphiteoticis, & fidei commissarijs.*
277 *Legatum liberationis præfatum non prodest hæredi tutoris.*
278 *Legatum liberationis iam dictum non prodest quin reliqua tutor restituere teneatur præsertim à testatore ignorata.*
279 *Legatum à restitutione reliquorum valet.*
280 *Legatum liberationis facienda per hæredem, liberat à dolo commisso, & à restitutione reliquorum.*
281 *Contraria sententia magis cõit. est.*
282 *Legatum liberationis non liberat à dolosè gestis.*
283 *Legatum liberationis liberat à dolo præsumpto.*
284 *Legatum liberationis excludit dolose gesta post biennium, nec de dolo poterit opponi.*
285 *Legatum liberationis non tollit actionem in factum post biennium.*
286 *Doli actio, quæ biennio excluditur perpetua est dolo vigente puta aliena rei retentione.*
287 *Nullitatis dictio 30. annis duntaxat tollitur.*
288 *Legatum liberationis non operatur nisi respectu scrupulosæ rationum redditionis, non autem, quo minus rationem tutor reddere teneatur ac reliqua restituere.*
289 *Legatum liberationis tollit præteritum non futurum dolum.*
290 *Legatum liberationis coniuncto, operatur, vt bonam fidem tantummodo præstare teneatur.*
291 *Dolus futurus remissus censetur ex legato eius ad quod condemnaretur tutor in redditione rationum.*
292 *Contraria sententia cõit. est.*
293 *Legatum liberationis tutori non prodest qui non seruatis seruandis tutelam suscepit, nisi à testatore fuissent ei remissa.*
294 *Legatum liberationis non prodest publica voce, & fama doli tutoris quatuor testibus probata.*
295 *Legatum liberationis non prodest quando se tutor ingessit ante inuentarij, & solemnium confectionem.*
296 *Liberationis legatum prodest tutori gerenti ante inuentarium, & solemnia ei à testatore remissa.*
297 *Legatum liberationis non operatur quoad dolum in committendo.*
298 *Legatum liberationis, aliudue euanescit si tutor se à tutela excuset.*
299 *Liberationis legatum nil operatur si ita statuto caueatur inuentarium fieri.*
300 *Statuto iubente fieri inuentarium liberationis legato non obstante non habet locum quoad rationum librum remissum.*
301 *Statutum prædictum de tutoribus loquens in tutricibus cessat.*
302 *Iuramentum in litem non datur contra eum qui gestionem solemniter sibi decerni detulisset.*
303 *Pater legitimus administrator inuentarium facere non tenetur.*
304 *Actor gerens nomine, & periculo tutoris inuentarium facere minime tenetur.*
305 *Moram tutor, & curator purgare potest inuentarium priusquam gerant conficientes.*
306 *Inuentarij omissio si tutori non fuerit opposita, per ipsum gesta valida erunt.*
307 *Inuentarij omissio non nocet si plus in conficiendo impensum fuisset quam bonorum pupilli valor esset.*
308 *Inuentario debitis non descriptis tutor non punitur.*
309 *Inuentarij omissio non nocet si res pupilli nec expensas nec redditus haberent vel vniformes essent.*
310 *Inuentarij omissio non nocet tutori si sic pupillo expediret.*
311 *Frater communia administrans inuentarium facere non tenetur.*
312 *Frater communia vti tutor gerens inuentarium facere debet.*
313 *Fideiussor tutoris in eo quod vltra rei valorem puta ex contumacia fuerit iuratum non tenebitur.*
314 *Iuramentum in litem in iudicijs stricti iuris non datur nisi, vt ibi.*
315 *Iuramentum in litem in iudicijs bonæ fidei non datur*

quan-

quando quis potest liberari interesse singulare prastando.

316 Iurare minime cogitur qui mauult aduersarium condemnari quanti res est.

317 Iudex quantitatem interesse super quo iurari debet moderari potest.

318 Iuramentum in litem cessat si tutor ante inuentariū necessaria gesserit eauè que pupillo obesse minime possūt.

319 Inuentarij omissio ei non obest qui iustam habuit causam credendi tutorem non esse.

320 Dolo vero cessante iuramentum in litem cessat, & aliye pluribus casibus, vt ibi.

Iuramentum in litem triplex sub d. n. 320.

321 Satisdare tutor etiam legitimus debet rem pupilli saluam fore.

322 Satisdari à con tutore contutori debet etiam si petitum non sit.

323 Satisdare debent tutores, & curatores illustrium.

324 Satisdare tutor, et curator debet cum fideiussone.

325 Satisdare curator tenetur ad certas res vel lites constitutus.

326 Satisdatio per pupillum, & alium quemlibet peti potest.

327 Satisdari ex officio nemine petente iudex facit.

328 Satisdare debet tutor, & curator etiam si a nemine petatur.

329 Satisdatio ista debet esse idonea.

330 Satisdare tutor à maiori vel minori magistratu datus tenetur.

331 Satisdare tenentur à maioribus magistratibus dati nisi praeuia inquisitione facultatibus idonei fuerint comperti.

332 Satisdare iterum tutor, & curator tenetur si dati ab eis fideiussores obierint vel pauperes effecti sint.

333 Contrahens cum tutore certus esse debet impleta solemnia per tutorem alioquin contractus nullus esset ipso iure.

334 Contractus cum tutore gestus à iudice admisso tenet.

335 Satisdare non sufficit post susceptam, & incboatam gestionem.

336 Contrarium tenet Spec. ibi.

337 Satisdatione remissa tutores, & curatores bona hipothecabunt.

338 Satisdans certam pœnam etiam promittere tenetur.

339 Satisdatione ista non praestita tutor ab administratione arcetur.

340 Satisdatione non praestita gesta in iudicio ipso iure nulla sunt.

341 Satisdatione omissa tempore peritura gerere tutor potest pro vt et si pupillo alioquin praeiudicium inferetur.

342 Satisdare etiā legitimi tutores,& curatores tenētur.

343 Satisdare mater etiam debet.

344 Satisdare patronus etiam tenetur.

345 Satisdatio ista praestatur magistratu exigente, pupillo si fari queat, & seruo publico.

346 Satisdatione omissa magistratus conuenitur.

347 Magistratus conuenitur satisdatione ista non praestita initio idonea.

348 Magistratus probare debet satisdationem fuisse idoneam.

349 Magistratus satisdationem omittentes insolidum tenentur.

350 Magistratus pacisci non possunt, vt periculo vnus tantum tutores subiaceant.

351 Magistratus heredes hac subsidiaria actione tenentur.

352 Magistratus moniti si tutores, et curatores non dederint ad damna, & interesse tenentur.

353 Electus ad aestimandas tutorum satisdationes hac actione tenetur.

354 Scriba tenetur ad damna pupillo sui culpa procedentia.

355 Magistratus tenetur si testamento tutores datos sine inquisitione, confirmauerit, & fideiussore minime recepto.

356 Renunciantes falsa praesidi de facultatibus tutorum tenentur.

357 Magistratus satis non exigentes à Praeside iussi tenentur.

358 Magistratus qui Praesidi nomina dederint, vel eorum suggestu data sint dolo, & culpa lata tenentur.

359 Magistratus quibus Praeses nomina, & facultates tutorum ab alijs accepta remiserit pro instructione, si dolo, & lata culpa versati fuerint, tenentur.

360 Magistratus tenetur quando Praeses nomina ab alijs accepta ad eos remisit, vt ipsi darent, vinè post dationem exigerent satisdationem.

361 Iudex tenetur falsa de tutore denuncians.

362 Magistratus tenetur qui tutores iussu Praetoris dederit tutela finita non soluendo repertos.

363 Magistratus pater peculio tenus hac actione tenetur.

364 Collega eius qui tutorem dedit etiam tenebitur.

365 Magistratus ad vsuras etiam licitas tenebitur.

Notarius recipiens fideiussores minus idoneos quando vel non teneatur.

366 Pupillus non habet priuilegium prolationis in bonis magistratus sed cum caeteris creditoribus concurrit.

367 Magistratus non tenetur si tutor initio fuerit idoneus & ex fecerit ad quam magistratus tenebatur; licet postea non soluendo fieret.

368 Magistratus ex consuetudine non conuenitur.

369 Contutor ob inopiam contutoris actionem non habet contra magistratum.

370 Magistratus maiores hac actione non tenentur.

371 Magistratus seuillustres vbi in Prouincijs nominant tutores, & curatores, & vltra nominatos, & datos tenentur clarissimorum cautionem debitam exhibere.

372 Magistratus non tenentur nisi in eo, quod ex bonis tutoris seruari non possit.

373 Magistratus pro datiuo prius quam ad testamētarium perueniatur conuenitur, si diuiserent administrationem.

374 Fideiussores, & nominatores magistratuum non tenentur pupillo.

375 Magistratus non tenentur qui tutores dare possunt, non autem satis accipere.

376 Ordo in quo iudex ille est qui tutorem dedit non tenetur, nisi quoad praesentes periculum suscepissent.

377 Magistratus quilibet pro rata tantummodo tenetur.

378 Magistratus soli pupillo tenetur non si alij creditores agant.

379 Magistratus culpa alterius non grauatur.

380 Magistratus non tenetur si tutor à maiore magistratu idoneus pronunciatus non fuerit talis repertus.

381 Satisdationem tutor a contutore ex causa petere tenetur.

382 Satisdationem non petit à contutore statim facultatibus lapso contutor.

383 Satisdare non tenetur ex inquisitione datus.

384 Satisdationis omissio non nocet si tutor tempore finitae tutelae idoneus reperiatur.

385 Exulans tutor contutorem suspectum facere non potest tametsi, procuratorem in loco habuisset.

386 Satisdatio ista cōtinere debet rem pupilli saluam fore.

387 Satisdatio aequipollentibus verbis praestari potest illis rem pupilli saluam fore.

388 Satisdans solus plurium tutorum gerit.

389 Satisdare offerens si sit suspectus non gerit.

390 Satisdat pater emancipati filij tutor.

391 Satisdare debent tutores omnes etiam diuites.

392

392 *Satisdare ex lege obligatum pignora dare non sufficit.*
393 *Contrarium tenent ibi citati.*
394 *Satisdare non potens in municipium mittitur, vt ibi satisdet.*
Satisdans ex non obligatis tutoribus administrat.
395 *Satisdare tutor non tenetur ex inquisitione datus.*
396 *Satisdare ex inquisitione datus non tenetur etiam suspectus.*
397 *Satisdat ex inquisitione nulliter datus.*
398 *Satisdat curator ex inquisitione datus facultatibus non idoneus.*
399 *Satisdat à minore magistratu cum inquisitione tutor datus.*
400 *Satisdare pater, & mater non tenentur.*
401 *Contrarium in matre ibi.*
402 *Satisdatio in tutore, Principis non requiritur.*
403 *Satisdare non tenetur testamentarius tutor.*
404 *Satisdat testamentarius ex noua causa.*
405 *Satisdat testamentarius mala fama testatori ignotus.*
406 *Satisdat testamentariorum ille qui gerere vult.*
407 *Satisdare testamētarius tenetur si ita consuetudo seruet.*
408 *Satisdat testamentarius quando vetus causa testatori incognita esset.*
409 *Satisdat in testamento matris tutor datus.*
410 *Contrarium tenet Ang. ibi.*
411 *Satisdat testamentarius quando post testamentum non soluendo tutor fieret.*
412 *Satisdat testamentarius tutor nulliter datus.*
413 *Tutela non finitur si tutor non soluendo fiat.*
414 *Satisdatio necessaria non est in personis honestis, & bona uita.*
415 *Satisdare non tenetur honesta persona, & bona uita si vtile sit pupillo.*
416 *Satisdat honesta persona nisi à maiori magistratu cum inquisitione datus, & idoneus fuerit pronunciatus.*
417 *Satisdare tenetur qui plurium tutorum gerere voluerit, vel ille geret quem cæteri eligent.*
418 *Satisdatione omissa tutores pro pupillo sententiam fauorabilem reportare, & obtinere possunt.*
419 *Satisdare non tenetur patronus honesta persona.*
420 *Fideiussor tutoris non tenetur ad ea quæ tutor voluntarie gessit.*
421 *Satisdationem sufficit alibi à loco tutelæ non valde distanti præstatam fuisse.*
422 *Contrarium tenent ibi citati.*
423 *Fideiussores inter sese tutores sufficit extitisse.*
424 *Satisdatio non est de esse tutelæ ideo alia die præstari potest.*
425 *Satisdatio remissa à testatore non præstatur.*
426 *Contrarium tenet Serad. ibi citatus.*
427 *Satisdare non tenetur tutor cui redditio rationum remissa fuit.*
428 *Satisdatio non præstatur ab eo cui non ab homine, sed à lege rationum redditio remissa fuit.*
429 *Satisdare non tenetur legitimus tutor cui à iudice ex inquisitione tutelæ vel curæ administratio decreta fuit.*
430 *Satisdationem minor magistratus non remittet.*
431 *Satisdatio non remittitur à iudice nisi idoneus tutor fuerit pronunciatus.*
432 *Satisdare debet plurium tutorum vnus qui solus gerere velit.*
433 *Satisdare non tenetur dominus feudi tutor vel curator vassali.*
434 *Satisdatio tutoris consuetudine tolli potest.*
435 *Satisdare non tenetur valde diues.*
436 *Contrarium tenent ibi citati.*
437 *Distingue, vt ibi.*
438 *Satisdationem semel idoneè præstitam sat est.*
439 *Satisdare non tenentur Illustres, & superillustres.*
440 *Contrarium tenent ibi citati.*
441 *Satisdationem per æquipollens implere sufficit.*
442 *Contrarium tenent ibi citati.*
443 *Satisdare pupillum ratum habiturum, aut de soluendo iudicatum non tenetur tutor.*
444 *Satisdare tenetur de conseruando aduersarium indemnem tutor qui dubitatur an tutor vel curator sit.*
445 *Satisdare lite pendente sufficit tutorem agentem.*
446 *Satisdare non tenetur pater legitimus administrator.*
447 *Satisdare non tenetur à maioribus magistratibus tutor datus.*
448 *Satisdatione opus non est si pupillo expediat, & etiam non præstita tutorem gerere.*
Fideiussoris facultates non requiruntur maiores pupilli facultatibus.
449 *Iurare tutor debet vtilia facere, & inutilia prætermittere.*
450 *Vtilia facere, & inutilia prætermittere tutor debet etiam promissione non facta.*
451 *Iuramentum vtilia faciendi, & inutilia prætermittēdi ex officio potest iudex, vt præstetur tutorem compellere.*
452 *Iuramentum istud præstari debet ijs casibus, vt supra dictum fuit n. 2. & sequen in ampliationibus capitio primi huius. tit. 13.*
453 *Iuramentum istud præstant etiam tutores, & curatores illustrium.*
454 *Iuramentum istud præstant tutores etiam illustres.*
455 *Iuramentum istud præstatur etiam in tutela, & cura à statuto delata vel à cons.*
456 *Iuramentum istud non potest à testatore tutoribus remitti.*
457 *Iuramentum istud statuto vel consuetudine tolli nequit.*
458 *Iuramentum istud tutores etiam locupletissimi præstāt.*
459 *Iuramentum istud tactis scripturis præstari debet.*
460 *Iuramentum hoc præstant curator, & actor.*
461 *Iuratur in litem contra tutorem, & curatorem qui prædicta non seruauerit.*
462 *Iuramentum inutilia prætermittendi, & vtilia faciendi tantum, præstat omnis tutor, & curator.*
463 *Defendere tutor tenetur pupillum contra proprios filios, & n. 485.*
464 *Iuramento vtilia faciendi &c. non præstito tutor, & curator furiosi gerere nequeunt.*
465 *Iuramento isto omisso tutela non irritatur sed gesta tenent.*
466 *Iuramento isto non præstito vtilia pupillo gerere potest tutor, & quæ non patiuntur dilationem.*
467 *Iuramentum istud per æquipollens præstitum fuisse sat est.*
468 *Iuramentum istud non præstat tutor ad vnum dumtaxat actum datus.*
469 *Defensionem pupilli tutor expresse promittere tenetur.*
470 *Contrarium tenent ibi citati.*
471 *Defensio pupilli verbis æquipollentibus non præstatur.*
472 *Contrarium tenent ibi citati.*
473 *Defensionis prædicta omissio tutela nulla redditur.*
474 *Contrarium tenet, Alba ibi citat.*
475 *Administrare, & litem, & bona honoremque minoris tutor defendere debet.*
476 *Defensionem hanc curator omnis promittere debet.*
477 *Defensionis iurata promissio non sufficit nisi addatur sine dilatione.*
478 *Contrarium tenet, Bal. ibi citatus.*
479 *Custodire tenentur tutor, & curator ideo interesse habent in possessione bonorum.*
480 *Defensionis omissa promissione gesta corruunt.*
481 *Defensionem, & iuramentum prædictum testator remittere nequit.*

482 *Iu-*

482 *Iuramentum prædictum non potest præstari per procuratorem specialem, & ad iurandum iudex ex officio cogit.*

483 *Defensionis promissio est hac cum bonorum hipotheca à tutore fieri debet.*

484 *Iuratur in litem contra tutorem qui defensionem non promiserit, vt supra, & aliter gesserit.*

485 *Defendere pupillum tenetur tutor etiã contra proprios filios. & num. 463.*

486 *Sententia contra pupillum indefensum nulla est.*

487 *Litigare iniuste tutor minime tenetur.*

488 *Defensionem prædictam testamentarius præsertim plenissima potestatis præstare non tenetur.*

489 *Contraria opinio communis est.*

490 *Defensionis prædicta promissio ad consanguineos non protenditur.*

491 *Vtilia facere, & inutilia prætermittere sat est, & defensionem æquipollenter promisisse.*

492 *Contraria opinio communis est.*

493 *Iuramentum vim habet huius expressa promissionis.*

494 *Contrarium tenent ibi citati.*

495 *Vtilia pupillo facere tutor potest defensione prædicta nondum promissa.*

496 *Defensionem prædictam non promittit tutor ad vnum actum.*

497 *Mater, & auia tutrices legitimis præferuntur etiã statuto à successione exclusa.*

498 *Mater, & auia promittere debent cum expressa bonorum hipotheca.*

499 *Dos hipothecata censetur pro tutela matris, & auiæ.*

500 *Matris, & auiæ gesta tenent, d. promissione omissa.*

501 *Matris, & auiæ frugi curatoria cautio sufficit loco prædictæ promissionis.*

502 *Mater, & auia, Velleiano renunciare tenentur.*

503 *Velleiani renunciatio promissione generali continetur.*

504 *Mater, & auia secundis nuptijs renunciare tenentur.*

505 *Amplia, vt infra n. 520.*

506 *Mater, & auia testamentaria tutrices non tenentur secundis nuptijs renunciare.*

507 *Contrarium tenent ibi citati.*

508 *Mater, & auia renunciare debent omni legum auxilio.*

509 *Renunciatio omni legum auxilio de consuetudine non seruatur in matre, & auia tutricibus.*

510 *Mater, & auia iurare debent vtilia facere, & inutilia omittere.*

511 *Matris, & auia quinque requisita de quibus supra n. 497 et seq. seruare tenentur quia sunt de forma.*

512 *Mater, & auia inuentario eis à testatore remisso, & data plena bonorum administratione, alia requisita de quibus supra implere tenentur.*

513 *Mater, & auia in loco existentes vbi peritiores consulere non possunt, si prædicta non obseruauerint excusantur.*

Mater quæ sit in quasi possessione gerendi validè agit in iudicio, et processus tenet.

514 *Solemnitatibus contentis in suprascriptis sex capitulis non seruatis tutela nulla est, & gesta à tutoribus irrita sunt.*

515 *Contrarium tenent ibi citati.*

516 *Pater, & auus tutores solemnia prædicta implere tenẽtur.*

517 *Solemnia prædicta cum iuramento promittenda sunt.*

518 *Solemnitatibus omissis cum tali tutore contrahens in dolo esse censetur, & in mala fide, nec fructus lucratur.*

519 *Decreti interpositio, tutelæ agnitio, & renunciatio distincte declarari debent.*

520 *Matris, & auiæ renunciatio generalis non sufficit omni iuris, & legum auxilio respectu secundarum nuptiarum sed specialis requiritur; quamuis quo ad beneficiũ velleiani renunciatio generalis sufficiat.*

521 *Exceptio solemnitatum omissarum in quacumque parte iudicij opponi potest.*

522 *Exceptio omissarum solemnitatum scienter in finem litis dilata, sic differens in culpa censetur, nec ad damna, & interesse aget sed obtinens, in expensis condemnatur.*

523 *Solemnia omittens si gerat veluti suspectus remoueri potest.*

524 *Solemnia omittens à limine iudicij reppellitur, nec postquam vti tutor agere cœpit, admittetur vti conuinctus.*

525 *Remotus vti suspectus gerere nequit.*

526 *Contrarium in patre tenent ibi citati.*

527 *Suspecti de dilapidatione ab administratione remouẽtur*

528 *Suspecti remouentur etiam si cauerent.*

529 *Solemnia post oppositionem impleri minimè possunt.*

530 *Solemnibus non impletis tutores testamentarij non remouentur.*

531 *Solemnia alia vltra à testatore remissa tutores implere tenentur.*

532 *Solemnia mulieri omittenti minime ignoscitur.*

533 *Fideiussores tutoris illegitimi, & protutoris nõ obligãtur nisi tanquam protutoris se obstrinxerint.*

534 *Solemnitate maiori tutores Principum constituantur vt ibi.*

Datiuus etiam, Solemnia implere tenetur.

535 *Solemnia omittens, et illegitimus tutor prodesse non obesse pupillo potest.*

536 *Solemnia prædicta per æquipollens impleri possunt.*

537 *Solemnibus non impletis dilationem non patentia gerere tutores possunt.*

538 *Solemnia prædicta ex cursu temporis præsumuntur adhibita.*

539 *Processu nullo existente omnia eodem instanti repetè possunt.*

540 *Iudicis pronunciatio gesta per tutorem ratum habiturum; vel facta oppositione, tutorem &c. admittendum gesta valida reddit.*

541 *Solemnia prædicta tutor testamentarius facere non tenetur.*

542 *Contrarium tenent ibi citati.*

543 *Solemnibus non dum impletis tempore peritura tutor gerit.*

544 *Solemnia non fuisse impleta si nõ fuerit oppositum processus tenet.*

545 *Contrarium tenent ibi citati.*

546 *Solemnitatibus non impletis administrare tutor potest quando periculum esset in mora.*

547 *Promissio faciendi ea ad quæ de iure tutor tenetur ei sufficit.*

548 *Ratificatio gestorum à pupillo veluti sibi vtilium, gestionem tutoris validam reddit qui solemnia non impleuit.*

549 *Solemnitates à testatore remissas non tenetur implere tutor.*

550 *Tutor illegitime datus tutelam deserere nequit, nisi tutorem legitimè dari curet, alioquin pro futuro etiam tempore tenebitur.*

551 *Mater tutrix gerit si cæteris impletis solum inuentarium omiserit.*

552 *Solemnibus omissis gerit tutor à Principe dispensatus.*

553 *Inuentarium ab alio tutore factum sat est.*

554 *Solemnibus cæteri, præter inuentarium impletis gerere tutor potest.*

555 *Ordinis peruersio requisitorum ad esse tutelæ non vitiat prout neque si fideiussor minus idoneus præstitus sit.*

556 *Processus factus à tutore existente in possessione administrationis, licet solemnia non impleuerit validus est.*

DE

TIT. XIII. CAP. I.

DE REQVISITIS, ET QVAE TVTORES FACERE DEBEANT ANTEQVAM GERANT. DE ACCEPTATIONE TVTELAE CVM DECRETO. CAP. I.

1 TVtor vt gerere possit tutelam cum decreto iudicis acceptare debet qualiscumq; tutor sit l. tutores de mi. tuto. l. fin. C. arb.tut. l. naturali in fi. de confir. tuto. Bartol. in l. legitimos n. 1. & 7. de legitim. tutor. Bal.conf. 308. n. 2. lib. 1. de communi testatur, Castr. conf. 356.n. 4. lib. 1. Guid. Pap. dec. 330. Cor.conf. 164.n.4.lib.4. Capic. dec. 129. Eugen. conf. 19.n.9. & seq.Cepha.conf. 248. n.27. Cassan. in consuetudin.Borg. rubr. 6. §. 6. n. 2. col. 885. Ruin. conf.89.n.8.lib.5.(alias pupillo ad interesse tenentur omnes, nisi tutorum aliqui non gessissent, & qui gessere soluendo essent, tunc enim nō gerentes non tenerentur, Port. conf. 147.n. 61. & 75. de quo late Surd.conf.170. per tot) Borgni. de tutor.n.23.Soc. Iun. conf.148. n. 8. lib. 1. Purpur. conf.250.n.1.Vital.de clausul in clauf. nil nouari inuentar. confectio. penden.n.92. Vanti. de nullitat. procef. tit. de nullitat. ex defectu. manda n. 148. Manzi.de tutel. tit. quæ facere debeant tutor.n.1.Bertaz. de clausul. claus.9.glo.5.n.4.Minsing.centur.6.obseruat.39.& statim cum scit se tutorem Scrad. de feud. part. 10. sectio. 20.n. 1. vbi idem in curatore. & n. 92. & sibi decerni petere teneri n.97.& Ruin.conf.108.n.15.lib.1.Montan. de tutel.cap.32.reg.1.Simon. de Pret.conf.143.n. 13.Rol de floribus testamentor.rubr.30.n.9.& 10. Ond.conf.51.n.35.lib.2.Bursat. conf.130.n.9.Galganet. de tutel.lib.2.tit.1.n 20.Cappel.Tholos.decis.63. Capic. decis.50. in matre. Rui. conf. 95.n. 11.lib.2. in aditione etiam,& in alienatione,Curt. conf.29.n.8.9. Monta supra reg. 4.n.9. Piag.de tutor. Q. 7. per l. 3.§.fin. de administrat. tutor. l. 4. de authorita. tutor. l. fin §. fin.C. arb. tut. de cōmuni, Caldas. de restitutio. in integr. versic. fine curatore n. 116. versic. licet autem, Gutierez. de tutel.part. 1. cap. 5. n. 6. post. Put decis 427. n. 6.lib. 2. Ricci collect.decis.923 & 1211.& 2393. Gratia. discep. 767. n. 22. Mancin. de iuram. part.2.art. 21. Papien. in form. lib.redd. ratio. glo. in suo n.8. vbi idem de curatore, Marta. de suc. leg. part. 2. Q. 4. artic. 3. n. 51. Spino. de testam glo. 19.n.41. vbi etiam prius quam fiat inuentarium Mauso. de caus. execu. lim. 11. n. 41.

2 1. Amp. in omni tutore testamentario,legitimo, datiuo, voluntario, vel necessario, Bar. in l. legitimos in princip.n.3. de legitim. tutor. Aretin. Instit.de legitim. agnato. tute, n.3. versic. in eadem glos. Capie. dec. 129. n. 1. Rol. in florib. testam. rubr. 30. n.9. 10. Piag. de tutor. d. Q.7. n.2. Scrad. supra n. 1. & 93 Montan. supra n.4.& alii in conclusione citati vide infra lim. 3. in matre tutrice testamētaria Put.dec.427.n.6.lib.2.Papien. supra n.19.Viui dec.40.n.1.Vesember.conf.226.n. 37.

3 2. Amp. decreto etiam opus esse in reuocatione tutoris Duen. reg. 187.n. 18.Borg. de tutor. & curator. n. 196.

4 3. Amp. vt licet non requiratur iudicis pronunciatio tutorem esse idoneum si tutorem iudex confirmet cum inquisitione, & fideiussorem recepiat; attamen his omissis d. pronunciatio requiritur, Bero conf. 123. n. 5. & 21. lib. 3.

5 4. Amp. sat esse aliquem sciuisse tutorem se datum absque alia denunciatione, vt acceptare teneatur, & petere sibi decerni administrationem, Bar. in l. 3. n. 3. de administrat. tutor. Aret. in §. hoc iure n. 5. Institut. de Attilia. tutor. Rui. conf. 108. n. 15. lib. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 36 glo. 2. n. 24. Scrad. supra part. 10. sectio. 20. n. 3. 4. & 97. alioquin ad damna, & interesse tenebitur per iuramentum in litem liquidandū n. 100. nec ignorantiam crassam excusare ait d. n. 3. & seq. & Tiraq. supra §. 35. glo. 4. n. 33. maxime affectata n. 27. & Scrader. supra n. 5. Montan. d. reg. 4. cap. 32. de tutel.

6 1. Lim. non procedere nisi scientia probetur, Port. conf. 147. n. 65. & seq. cum minime præsumatur l. hoc autem de administratio tutor & l. quidam decedens §. final. iuncta l. qui insuis eod. tit. Bar. in l. si tutor. versic. vel melius dicit, Bal. & Sali. C. de peni. tutor.

7 1. Sublim. non procedere facta denunciatione, vel si datus tutor testamento interfuisset, Port. supra n. 72.

8 5. Amp. in patre tutore, & curatore suorum filiorum, Bal. in l. Orphantrophos 32. n. 7. C. de episco. & cleric. in patre, & matre Soc. conf. 153. n. 2. in fine lib. 2. de communi testantur, Soarez. communopinio lit. P. n. 41. & Borgni. de tutor. & curator. n. 14. Ameri. de patr. potest. effect. 14. n. 24. late Scrader. supra n. 94. & 95. Montan. d. reg. 4. n. 12.

9 6. Amp. in domino feudi tutore sui vasalli qui sine decreto administrare non potest, Serad. supra n. 96. 23. & 24. vbi idem de iure etiam saxonico.

10 7. Amp. Iudicem teneri ex officio tutorem ad acceptandum compellere, alioquin in sindicatu tenebitur l. 1. in princip. vbi glo. verbo. extra ordinem de administr. tutor. l. 3. C. de suspect. tutor. & tam quoad tutores pupilli, quam curatores furioso, & perpetuo morbo laboranti dandos, & gerere cogat etiam nemine petente, Bar. in l. hoc autem n. 2. Alex. n. 2. Ripa. n. 23. de dam infection. Clar. in prax. §. final. Q. 73. versic. item Iudex de magis cōi. & veriori Scrad. supra n. 8. & 9. & 101. alioquin ad omnia damna & interesse in sindicatu conueniri posse.

11 8. Amp. vt si tutor. simul ac sciuit se datum tutorem non acceptauit cum decreto Iudicis teneatur ad damna, & interesse pupillo per iuramentum in litem liquidando l. 1. §. ex quo l. quidam l. tutor. vel curator. l. tutores. 39. §. tutor. de administratio. tutor. Soc. conf. 2. n. 4. lib. 1. Ruin. conf. 108. n. 15. lib. 1. & conf. 89. n. 8. lib. 5. Aldebrand. in §. suspectus autem n. 7. Instit. de suspect. tutor. Plot. de in lit. iuran. §. 5. n. 16. Crau. conf. 212. n. 9. Menoc. de recuperan. rem. 9. n. 400. post. Marant. de ord. iud. part. 4. dist. 1. n. 3. Scrader. supra n. 13. 17. 6. & 100. Montan. de tutel. cap. 32. reg. 4.

12 9. Amp. vt in litem etiam iurari contra tutorē possit.

poſſit qui ſine decreto tutelar. geſſit pro damnis, & intereſſe, quamuis non contra heredes, neque cõtra ſingulares ſucceſſores, Plot. de in lit. iuran. §.5.n. 948.n.20.Burſat.conſ.130.n.14.Scrad.d.ſect.20. n.198.Fannuc.de in lit.iur.2.part.2.membr.n.31. vbi idem ſi bene geſſiſſet licet tunc ipſe diſſentiat, Soc.conſ.213.n.3.lib.2.Rot.luca.inter. Laurentiũ & D.Magdalenam. primorum. 1566. ex actis D. Ioſ. Biancuci.17.lib.6. in meis & contutricem iurare in litem probat ex Bar. & alijs in l. videamus de in lit. iur.

13 10.Amp. vt qui ſine ſolemnitatibus tutelam vel curam geſſit ſucceſſione pupillorum priuetur ab inteſtato decedentium, Bar. in l.2. n: 2. qui petant. tutor. Caſtr. conſ. 370. in fine lib. 1. Cur. Sen. conſ. 66.n.16.Soc.conſ.39.n.10.lib. 1. Capra. conſ. 70. n.6.Maran. in l.15.poteſt n.221. de acqui. hered. Simon. de Pret.conſ.22.n.6. Burſ.conſ. 130. n. 14. Scrad.d.ſect.20.part.10.n.226.

14 Lim. non tamen priuari ſucceſſione feudi antiqui ex pacto, & prouidentia nec mixti Scrad. ſupra n.227.

15 11.Amp. vt quando alius præter dominum feudi eſt tutor. teſtamentarius, legitimus vel datiuus, reſpectu feudi ſolus feudi dominus tutelæ, vel curæ adminiſtrationem decernet, Scrad. ſupra n. 228. ſubdens non poſſe per iudicem decerni qui nullam habeat iuriſdictionem in bonis vel perſona pupilli Bar. in l. legitimos n.5. de legitim. tutor. Aret. Inſtitut. de legitim. agnato. tute. n. 3. Scrad. ſupra vbi etiam tradit, qualiter decretum interponi debeat ex Bar. ſupra.

16 12.Amp. in tutelis, & curis ex ſtatuto, vel conſuetudine delatis, Ceph.cõſ.248.n.26.27. Scrader. ſupra n.243.

17 13.Amp. vt ſuo periculo ceſſet qui cum decreto adminiſtrare ceſſauit l. 1. §. 1. de adminiſtr. tutor. l. cum quis §. fin. eod. tit. Ang. conſ. 50. Cor. cons. 164. n. 1. & 2. lib. 4. Soc. conſ. 153. n. 1. lib. 2. Dec. conſ. 297. Galganet. de tutel. lib. 2. tit. 1. in fine.

50 6. Amp. in executione sententiæ exceptiones diuisionis excussionis, & ordinis opponi posse Docto. in l. Paulus. de re iud. Boer decis. 59. n. 9. qui tamen ante litem contestatam opponi debere inquit Monta. supra n. 154. Ricci. collect. dec. 2393.

51 7. Amp. procedere siue omnes sint testamentarij legitimi, vel datiui. Boer. decis. 59. n. 3. Montan. supra n. 159.

8 Amp. siue omnes gesserint siue aliqui mandato aliorum hoc enim casu licet ordinis beneficium cessat; datur tamen diuisionis. Boer. dec. 59. n. 6. Caroc. d. n 25. Surd. conf. 170 n. 13.

9 Amp. vt si non omnes sed vnus gesserit pro neglectis gestis non connexis inter omnes diuisioni locus sit, in connexis autã conuenitur gerẽs nõ gerẽs in subsidiũ Fulg. cõs. 178. Aret. cõs. 29. n. 4. Boer. dec. 59. n. 6. 7. Ronch. in d. l. eamdem. n. 223. Cansupra n 26. & 29. subdentes ordinis, & diuisionis beneficia cessare si soluendo non sit qui gessit, vel culpam commisit, & inter non gerentes habet locum beneficium diuisionis l. si plures 39. vbi Bar. de admi tut.

52 1. Lim. non competere istud beneficium quando tutores nouarum constitutionum beneficio renunciaf-

ciassent de communi Tenni. caut. 228. & Bello. cons.44.n.1. & Molina. de contract. disput. 543. n. 7. Thob cons. 110.n 12. Crau cons.76.n.31. & Gomez. de duob. reis.n.2. & Scain.dec.bono.33.n.7.

53 2. Lim. non competere adhibito iuramento Bal. in l.1.C quemadmo.testam.apud Frãc. Marc. decis.217.part.2.Borg. de tutor.n.16.Montan.supra 166.Caroc. de excus.par.2.Q.1.n.28.

54 3. Lim. non procedere quando omnes soluendo non essent Eugen.cons.19. & 68. & supra lim. secunda primæ amp. huius capitis Soc Iun.cons.14. n.21. lib.3. nisi culpa pupilli alter soluendo factus non esset quia diù rationem petere distulerit. d. n. 21.Boer.dec.59. n. 7. fulg. cons. 178. col. 3. vers. cœterum Ronch. supra n.223. Caroc. supra n. 29.

55 4. Lim. non competere fideiussoribus tutorum Molina. supra. n. 7. ex glo. in §. 2. plures verbo. partes. Institut. de fideius. Manti. de contract. lib. 16.tit.19.n.5. dixi in tract. fideiussorum. nec fideiussoribus aliorum nisi insolidum pro toto sint obligati. Marta. dec. Pis. 192. & idem quando partẽ soluit vbi pro parte fideiusserat.

56 5. Lim. nam debet opponi ante litem contestatã Ancharan. Q.21.n.10.lib.2. vide supra n. 50.

57 6. Lim. non procedere quando ex dolo proprio quis conuenitur de communi Boer.dec.59.n.4. supra lim.1. primæ ampliationis.

58 7. Lim. non procedere quando tutelam, & curã seu eius administrationẽ inter sese tutores diuisissẽt l.2.C.de diuid.tut.vbi glo Bal.& Salic.sed Bursat. l. inter tutores.38.n.2. ad fin. de administrat. tuto. distinguit, quod si tutores fori eiusdem sint alter pro altero actione personali conueniri possit; si vero diuersi fori sint tunc si tutorem in foro suæ administrationis conuenire volo, & vnum pro alio conuenire possum; non autem, vt existens in regione vna ad aliam se conferat non suæ administrationis. Cancer. supra n.44.

8 Lim. non impedire quin de re ad administrationem pertinente vnius, contra alium possit compensatio obijci, & dari petitio l. inter. 37. vbi Bar. de admi. tuto.

TIT. XV. CAP. IIII.
DE CESSIONIS ACTIONVM BENEFICIO.

58 Cedendarum actionum beneficium tutori soluenti pro contutore non soluendo existente competere receptum est, quo tenetur pupillus actiones sibi contra gerentes competentes, & Cedere qui pro contutore soluit, vt ab eo quod pro illo contutor soluit consequi possit, & datur tutori ex contutoris culpa, communiue, conuento l.1.§.fi. de tut. & rat. distra. Bar. in l.1.n.8.Cur. Sen. n. 1. Purpur. n.65. Ias.n.7. & alij communiter. C. de transact. de communi Gutier. de tutel. part. 1. cap. 15. n. 28. quod si adultus iura cedere non possit ob liberationem contutoris, eum conuenire nõ potest cui de iure cedere tenetur. Surd. cõs. 170. n. 16. Montan. de tutel. cap. 39. n 131. & sequent. contutoribus etiam soluendo nõ existentibus competere subdẽs n.143. ex Euerar. cons. 191. in fine Eugen. cons. 19 n. 65. Galganet. de tutel. lib. 3. Q. 25. n. 11. Gratian. disceptat. 409. n. 14. de qua materia quoad alios dixi in tractatu emptionum, & si alterum tutorum pupillus liberasset, nec actiones contutori cedere posset facto suo exceptione cedendarum repelletur l. si pupillus. 46. de admi. tut. vbi Bar. Cãcer. d.c.7.n.35. Anto. de Amato resol.37. lib.1. vbi etiam de fideiussore & correo agit quando cessio illis fieri debeat.

59 1. Amp. huic beneficio, ex generali omniũ beneficiorũ legũque, & legũ auxilio facta renunciatione, nõ cẽseatur fuisse derogatũ Bal. cõs. 4. lib. 1. Purpur. in d.l.1.n.67. vbi Padil. n.22 ad finẽ Ront. cõs. 472 n.4. & 5 vbi rationes Dec. cõs. 99.n.3. & 472.n. 1. Alex. cõs. 196.n.9. lib. 6. veriorem æquiorem, & magis communem inquit Bertaz claus.40. glo. 6. n.2. & Add. ad Rom. supra, & Murs. in rubr. de fideius. n.29. Corb. de caus. priuat. ob non sol. cano. lim.41.n.3. Carol. de Gras. de stat. reijcien. excep. in x. excep. n.33. Rot. Rom. decis. 22. in collectis per Zaubri ad Galles. Gutier. supra n.30. Mõta. supra Galganet. d.Q.25.n.11. de cõi Caroc. de excus. part.2.Q.17.n.3.4.13. Mazol. cons. 22. n.9. Rim. Iun. cons.72.n.95. Mago. dec. flo. 64. n. 68. Cels. Vgo. de claus. n. 308. Bouat. de societ. offi. n. 49. Franch. dec. 662. n 7. Gutier. de tutel. part. 1.c. 15. n.30.

60 Contrariam sententiam tenen Corn. cons. 51.n. 11. lib.2. Soc. cons. 200. n. 3. lib. 2. & cons. 125. n. 19. versic. & banc. lib. 4. Decis. cons. 452. n. 19. Afflict. dec. 182. n. 13. Heguz. de pignor. 3. membr. 5. part. principal. n.25. Rol. cons. 13.n.12 lib. 1. & cons. 17.n.15. lib.4. Neuizan. cons. 91. n. 20. Rota. Roman. decis. 112. n.4. part. 1. diuersor. de communi Marta. claus. 146.n.9. part. 1.

61 1. Lim. primam opinionem vel potius secus esse dicas quoad indiuiduam renunciationem; hæc enim minime requiritur sed specialis sufficit Dec. cons.27.n.5. Purpur. d.n 67. Roma. cons. 472. n. 2. Soc. cons. 300.n.3. & 4 lib.2. Bertaz. claus.40. glo. 4.n.9. de quo dixi in pactis emptionum in renunciationibus generalibus quæ in contractibus poni solent omni iuris & legum auxilio.

2 Lim. quando fideiussores renunciassent beneficio de fideiussoribus Adriani Imperatoris, & nouarum constitutionum de fideiussoribus sic enim beneficie cedendarum renunciatum censetur licet nominatim id factum non sit Dec. cons. 27.n.5.6. Manti. de contract. lib.16.tit.19. in fi.

62 2. Amp. procedere etiam si is contra quem cessio fieret soluendo non sit Castr. in l 1.n.3. Alex. n. 7. Ias. n.7. Iacobin. n.31. Cur. Iun. n. 14. C. de transactio. Surd. cons. 170 n.35.

63 3. Amp. vt talis exceptio in executione sententię opponi possit Purpur. in d.l.1.n.68. C. de transact. post Dec. cons. 99. n. 3. Montan. supra l.2.C. de cõtra. vid. tut. vbi Salic.

64 4. Amp. siue ex communi culpa, vel contutoris conueniatur l.1.§ nunc tractemus. de tutel. & ration. distrahen. Montan. supra Galganet. d.Q.25. n.11. l.2.C. de contra. iud. tute. vbi Salic.

65 5. Amp. non censeri sublatum hoc beneficium solutione facta l. cum is. de fideius. Montan. supra n.139. ex interuallo autem post solutionem factã

fieri

fieri non posse nisi ex præcedenti pacto vel tempore solutionis, aut post incontinenti inito Bar. in l. Modestinus. n. 4. de solut. Albe n. 2. Comen. n. 6. Meno.lib. 3.præs.143.n.4. vide supra tit.14.n.4.

66 6. Amp. iuramento non tolli Roma. cons. 472. Mars supra n.33. & seq. Monta supra Corbul. de iure emphi. de caus.priuatio. ob non solut. canon lim.41.n.3. post Dec. cons. 72. n. 5. & seq. Rim. Iun.cons.72.n.95.Caroc. supra Dec.cons.99. n. 3. Bertaz.claus.40.glo.6.n. 2. Rot. in Roma. mutui 16.nouemb. 1611. coram Card.Lancel. & in aliis causis tenuit ex veriori æquiori, & communiori, vt per Gratia. discep.799.n.18.

67 Contrarium tenent. Soc. cons. 200. n. 4. versic. item mouetur lib.2.Heguz supra. n. 25. versic. & ista opinio.Gozad. cons.69.n.19. & in fideiussore qui cum iuramento generaliter renunciauit de cõt Rip. in l. heredes.n.60. de vulg. Mancin. de iurá. part.4.eff.255.

68 7. Amp. vt transanctio cum uno facta vel tutoris vnius liberatio quoad alios operetur quibus propterea actiones contra liberatum cedi non possunt prout cedi debebant, vt conueniri nequeat, & conueniêtem ista exceptione possit excludere.Cur. in d.l. 1 n.7.Bar.n.9.Castr.n.4.Alex.n.7. Iacobin. n.19.Cur.Iun.n.3. & 26.C. de transact. Surd.cons. 170.n. 18. idem subdens siue per pactum vel legatum liberatio facta sit.Intrigl.sing 64.n.44.lib. 3.

69 8. Amp. hoc beneficium statuto non tolli defensiones auferente Bal in auth. præsente. versic. quero dicit. C. de fideius. Purpur. in l. 1. n 69. C. de transaction. Montan.supra.n.135. vel exceptiones reijciente. Milan.dec.1.n.4.lib.2.Gras. de stat reici.excep.x.excep.n.14 & seq.

70 1. Lim. non dari ei qui ex dolo communi, vel proprio etiam ommittendo consistente conuenitur l 1.§.planè. de tutel. & ration. distrahen.Bar in d.l.1.n.8. de communi Cur. Iun. n 23. Padil. n. 21.Purpur.n.70.C. de transaction.Surd.cons. 170. n.29. de communi Gutierez supra.n. 29.& Roncheg. in d l. eamdem.n. 221.(qui tamen contrariam opinionem magis communem inquit) de cõi Montan.supra n 144 Franch. decis. 662. Eugen. cons. 19.n.65. & sequent. Galgan. de tut.lib.2.tit. 20.n.14.tit 31.n.3. & d.Q. 35.n. 11. Gratian. disceptatio.forens.409.n.15. etiam si dolus in ommitendo, & contumacia versaretur n.16.Franch. dec.662. vbi quoad eos qui in dolo vel contumacia fuerè de magis communi Matte. communi opi.verbo. tutor licet diuisionis beneficium competere dicant.

71 2. Lim non procedere in eo qui ex propria culpa conuenitur Bar. supra Purpur. supra.n. 75. qui in dubitatum dicit, & Montan supra.n.147.Franch. supra nec ei qui debitum proprium soluit l. nulla C. de solut. Franch.dec.55.n. 7. Rota. decis. 716. in fi.part. 1. recentis. nec si plures contumaciter nõ gesserc l. si plures 39. vbi Bar. de admi.tuto.

72 3. Lim. vt quamuis conuento pro culpa alterius tantum cessio in solidum sit facienda, attamen pro communi culpa nisi pro parte non sit Bar. in d.l. 1. n. 8. quem cœteri sequuntur Purpur. n. 76. Surd.cons.170.n.17.

73 4. Lim. vt licet si pupillus cedere nequeat, vt puta quia cum eo contra quem cedere tenebatur transegisset illumuè liberasset; illum cui cedere deberet conuenire minime possit; attamen secus est quoad tutores quibus non competit beneficium ordinis, diuisionis, vel cessionis; prout & si tutores suscipiendo tutelam d.beneficijs renunciassent nihilominus pro eo tantum conuenietur a minore tutor, quod in transactione vel liberatione alijs tutoribus facta non recepit. Bar. & Castr. in d.l. 1. n. 3.C. de transactio.Surd. cons. 170. n. 15. versic. secundo quando.

74 5. Lim. huiusmodi cessionem tutori non fieri cũ priuilegio pupillo competente, quamuis in facta aliis secus sit l. ex pluribus, 43. vbi Doct. de administrat tutor. l. si ager in fine de rei vendicationi Paris.cons. 107.n.88.lib.3. Viui. communi opinio. 779. Galganet. d.tit. 31.n.4.Meno.lib.4 pręs. 185. n. 150. & seq vbi in alijs distinguit, vt facta cessione ad commodum cedentis priuilegium in cessionarium transeat. secus si ad commodum cessionarij & in ius cedentis succedere & posse agere sicut cedens poterat Rot.dec. 394.par.2.recentis. & vbi cedentis commodo sit, & agit cessionarius tenetur initio probare cessionem secus si nomine proprio agat tunc enim eam in processu probare sat est de communiori Surd cons. 22.n. 18. & Milan. supra n.44. Viui.dec.158. succedere in priuilegiũ cedentis si cessio necessaria sit.

75 6. Lim. non posse fieri facta solutione l. 1. C. de contra iud.tut. vbi Salic.Galganet d. tit. 31. n.4. declara, vt per Menoch. lib 3.præs.43. & pro, vt limitaui in tracta.fideiussor & in pluribus tutoribus, & correis distingue, vt si ante solutionem, vel tempore solutionis, vel incontinenti post cedendi pactum fuit initum; & hoc casu cessio ex interuallo facta sustinetur, d.l.1. quia pactum operatur cessionem tempore pacti factam fuisse, vel soluentem actionem retinuisse secus si cessio ex interuallo sine pacto inito facta fuisset, tunc enim foret inualida l. modestinus. de solution. ubi Bar. n.4.versic. primo casu. Alberi n. 2.versic. si autem dubitatur. Comens.n.6. Menoch. supra n. 4. & vide Surd dec. 308. & Thes.dec. 191. nec datur. in integrum restitutio ei qui totum soluit sine cessione pro illa postmodum facienda à creditore contra correos vel confideiussores.Senat. Dolan. dec. 80. & 111.n. 3. ex interuallo fieri posse si solutio ab alio quam debitore vero facta sit ex l. si res.57. de l.1. & l.mulier. 19. qui pat. in pig & l. 2. quibus. mo.pig.solu. & post sétentiam fieri posse & valere si tempore solutionis cessionem fieri debere conuenerit l. si res obligata vbi Doc. de l. 1. Castr. in d. l.Modestinus.n. 5.Scain. dec.bono. 125. n. 10, 11. & quando extraneus soluit pro re liberanda iudicis officium implorare, vt creditorem cogat ad soluendum ex l. nulla vbi Bal. C. de solut. & si soluens protestatus sit saluare sibi ius petẽdi cessionẽ Milan.dec.1.n.13.lib.2.

7 Lim. non competere tutoribus qui sine iusta causa non administrarunt. Franch. d.decis. 662.

8 Lim. generaliter nam licet creditor cedere teneatur iura fideiussori, & correo debendi contra correos

reos, & confideiussores, & pignora. Doc. in l. 2. C. de fideiuss. Neguz. de pig. 3. membr. 5. par. prin. n. 33. si ceciderit a iure cedendi exceptione cedendarum repelletur. Doc. in d. l. 3. Rot. dec. 373. n. 83. part. 2. recentis & licet extraneus non possit solués cessionem petere, secus tamen est si creditor cedere velit n. 85. cessionarius autem pro rata tantum contra confideiussores & bonorum hipothecatorũ possessores aget, Milan. dec. 1. n. 25. lib. 2. & n. 8. ex Affl. dec. 343. n. 4. tertio possessori conuento hipothecaria non competere ait; succedenti auté correorum alteri cedendarum obstare pro parte autoris. Castr. in l. de die §. si fideiussor n. 2. Alex. n. 1. qui satisd. cog. Gras. de excep. 10. excep. n. 19. mulieri verò dotes repetenti non obstat exceptio cedendarum, iuribus ex facto suo vulneratis Soc. cons. 200 lib. 2. Viui. dec. 100. & fideiussor. qui partem soluit non potest pro parte cessionem velle Marta. dec. Pis. 192 ex Soc. cons. 206. 7. casu. lib. 2. & mulieri & possessori non ob esse cessante dolo. Affl. supra Late Lanar. cons. 75. 78. n. 7. cessat aliis casib. Rota. dec. 97. coram Buratto.

TIT. XV. CAP. V.
DE VTILIVM ACTIONVM BENEFICIO.

76 Vtilium actionum beneficium datur tutoribus conuentis, & excussione abeis facta contra contutores, quo casu actiones à iam pupillo cessæ non fuerunt l. 1. §. nunc tractemus. de tutel. & ration. distrahend. in quo cuncta procedunt quæ de cessione actionum dicta fuere Bar. in l. 1. n. 10. Franc. Curt. n. 1. Padilla. n. 24. Purpurat. n. 77. Ias. n. 6. secus in fideiussoribus dicens. C. de transaction. Gutierez. de tutel. part. 1. cap. 15. n. 31. & 32. subdentes necessarium fuisse cedendarum beneficium, quia ex cessione transfertur exercitium directarum, ideoque cessionarius directas intentare potest nomine cedentis, quod facere non potest qui solas vtiles habet post Bal. in l. 1. in col. 2. versic. quæro quid operatur C. de transaction. Papien. in form. libel. quo agit. ad redden ratio. glo. debitam. n. 3. vbi pro alio soluentem contra ipsum cessis iuribus agere posse Eugen. cons. 19. n. 66. Galganet. de tutel. lib. 3. Q. 25. n. 12. Cancer. var. resol. tom. 3. c. 7. n. 35. vers. quartum.

77 1. Lim. non procedere si dolus proprius, vel communis, aut culpa interuenisset l. 1. §. plane. de tutel. & ration. distrahend.

78 1. Amp. generaliter suprascripta beneficia, vt quoties transactione vel pacto factum fuit quod tutor qui conuenitur aliquod dictorum beneficiorum nequeat vti semper pactum obsit creditori qui pactus fuit & prodest contutori qui pactus non fuit de cói. Cor. cons. 323. n. 3. lib. 1.

2. Amp. vt negantes se tutores, & curatores ista beneficia non amittant vt iudicatum testatur Ias. in l. 1. n. 11. C. de transact.

79 1. Lim. generaliter suprascripta beneficia non procedere quando tutores illis specifice, & expresse renunciasent, vt supra in singulis capitibus dictum fuit.

80 2. Lim. in casibus quibus singula, ut supra limitata fuere capita prædicta.

81 3. Lim. quando d. beneficia non competerent Surd. cons. 170. n. 15.

TIT. XVI. DE DECRETO IVDICIS.
SVMMARIVM.

1 *Decretum iudicis, vt tutor gerere queat interuenire debet.*

TIT. XVI. CAP. I.
DE DECRETO IVDICIS.

1 Decretum iudicis, vt tutor gerere possit interuenire debet; de quo dixi supra tit. 13. cap. 1. vbi videas, & post Simoncel. de decretis plura dixi in tract. pactorum. tit. qui possint pacisci dum de minoribus egi. & infra tit. 18. c. 2.

TIT. XVII.
DE CONTRACTIBVS TVTORIS PVPILLI NOMINE GESTIS.
SVMMARIVM

1 *Nomine proprio non pupilli tutor contraxisse censetur; prout, & alius quicumque.*
2 *Nomine alieno nempe pupilli, & minoris contraxisse censentur quando illud eorum nomine facere tenebãtur tutor, & curator.*
3 *Nomine pupilli tutor contractum proprio nomine gestum fecisse censetur si ita in libro tutelari descripserit.*
4 *Nomine pupilli tutor emisse censetur, quod nomine proprio cum pecunia vel fructibus pupilli emit.*
5 *Nomine pupilli tutor emisse censetur quando actus per tutorem gestus ad pupillum spectabat.*
6 *Nomine pupilli eiusque pecunia tutor emisse præsumitur, præsertim si non esset valde diues.*
7 *Nomine pupilli tutor patris pupilli negocia continuans continuasse præsumitur.*
8 *Nomine pupilli emisse censetur si ita in libro tutelari scripserit.*
9 *Nomine pupilli contractus gestus apparet, vbicumque tutorio, & officii nomine contraxit tutor.*
10 *Nomine pupilli, vt celebratus contractus censeatur, officii nomen, seu tutoris in præfatione contractus sufficit expressum.*
11 *Nomine proprio non tenetur tutor qui tutorio nomine contraxit.*

TIT. XVII. CAP. I.
DE CONTRACTIBVS TVTORVM PVPILLI NOMINE GESTIS.

1 Proprio nomine non autem pupilli tutor contraxisse censetur prout, & alius quicumque proprio nomine potius quam alieno contraxisse censetur l. Titium, & Meuium. §. præfectus. de administrat. tutor. vbi Bar. Soc. cons. 68. ante num. 1. & n. 1. lib. 1. Gutierez de tutel. part. 2. cap. 10. Mascar. conel. 38. & 1398. Rota. Rom. decis. 549. n. 11. & decis. 613. n. 3. part. 1. diuersor. & dec. 149. n. 3. part. 1. recentior dixi in interpraetationibus pactorũ. verbo, nomine proprio vbi multipliciter ampliaui, & limitaui & in ista materia tutelæ conclusio maxime procedit vbi ad tutorem nomine

nomine proprio res vel actus spectare posset Borg. de tutor. n.243. & quando hoc expresse, & clare constaret. Ruin. in l. hoc edicto §. nunciatio.n.70. de oper. nou.nunciation. vide infra tit. 19. cap. 1. & si ex propria pecunia emit nomine proprio. Cor. conf.122 n.9. lib. 2. & quando procurator actum simpliciter gessit,non facta domini. mentione de communi Ias. in d.§.nunciatio.n.69.Crot.n.35. & Masc.concl 1239.n.11. & possidere.Rot. dec. 33. n.5.par.2.recentis.

2 1. Lim. non procedere in tutore, & curatore id faciente,quod alieno nomine facere tenetur, tunc enim tutorio nomine contraxisse censetur. Bar. in l. Lucius.§ altero n.2. de administratio.tutor.Borgni.d.n.243. quando scilicet tutelæ notitiam contrahentes habebant.Mascard.supra.n.2 & 3.Sur. cons 9.n.4.Gutierez.supra.n.2. & 3. idem de quolibet alienorum administratore dicentes. Serafin. decis. 1048.n.8.Ruin. in d.§. nunciatio. n. 71. vbi quando res ad pupillum pertinebat. Galganet. de tutel. lib.2.tit 8.9.& 27.n 28. post Menoch cons. 213.n 59 & in procuratore Masc.concl. 1239. n. 2. & seq. & secundum iussa à testatore Surd. dec. 16.n.19.

3 1. Amp. idem esse vbi contractus ad tutorem pertinere posset.si tamen pro pupillo contraxisse in libro scripsisset Borgni. de tutor. n.244. Mascar. cōcl.1398.n.4.5. & 8 Gutierez.supra.n.3.

4 2. Lim non procedere quando emisset ex pecunia vel fructibus pupilli; tunc enim quamuis proprio nomine emisset,pro pupillo emisse censeretur Capra cons.88.n.14.15.Meno.cons.213.n. 59.& sequen. vide infra tit. 18.cap.3.

5 3. Lim. non procedere quando actus per tutorem gestus ad pupillum spectabat.Borgni.d.n.243. Menoch.cons.213.n.59. & seq. Gutierez.supra. n. 5. & seq Rui.supra.n.70 & 91. vbi etiam actionem pupillo queri sine cessione. Aret.cons.29.n.3.Galg. de tutel.lib 2 tit.27.n.5.Lambert. de contract. glo. 8.n.6. intelligentes si vterque tutorem sciuit. Masc. supra n.9. ex l. post mortem §.1. quando ex facto tutor. & n.21. & quando nomine pupilli agere tenebatur concl.38.n.2.

6 Amp vt de pecunia pupilli soluisse, & emisse præsumatur, præsertim si tutor valde diues nō fuisset.Crau.cons. 129.n.3.Borg.d.n. 243. Mascar. supra n.6.Gutierez.supra.n.8.

7 4. Lim. non procedere in tutore,patris pupilli negocia continuante,qui nomine pupilli ea cōtinuasse censetur. Rim.cons.300.n.71. Mascar. d. concl. 1398.n.14.Gutier.supra.n.9.

8 5. Lim. non procedere quando tutor in libro scripsisset tutorio vel pupillari nomine emisse Borg. supra.n.244.

9 6. Lim.quando tutorio, & officij nomine contraxisset, tunc enim pupilli,non proprio nomine tutor contraxisse censeretur. Bar. in l. Titium 48. in §.altero.n.2. in fine. de administrat. tutor. Bouer. sing.verbo.procurator.n.19.Eugen cons.55.n. 41. Meno.lib. 3.præsump.46.n.9 Gutier. de tutel.par. 2.cap.18.Rot.Rom.decis.700.part.2.recentior.

10 Amp satesse nomen tutoris vel procuratoris in præfatione contractus expressum fuisse, quamuis in dispositiua proprium tantum esset expressum, Bar. in l.qui seruum.per illum tex. de interrogator actio. in fine.Bal.cons.210.n.1.lib.2. Rim.cons.71 n.24. vbi Add.Decia.cons.84.n.17.lib.5.Torniol. cons.104.n.22.

11 1. Sublim supraſcriptas limitationes non procedere (quando scilicet tutorio vel curatorio nomine contraxit) quoad hoc, vt de proprio teneatur, ut dixi infra. tit 19.cap.63.

12 7. Lim. non procedere quando speciale mandatū haberet, tunc enim simpliciter agendo procuratorio nomine egisse censebitur,& quando semel procuratoris nomen expressit, & quando modicum interuallum intercessit inter mandatum, & actum, & quando actus ad solum dominum pertinere poterat; quodque inter procuratorem, & eum cum quo contrahit obligatio oriatur, non autem inter mandantem, & eum qui cum procuratore contraxit, nisi illum quo cum contraxit sciuisset procuratorem esse, & negocium ad eius dominum pertinere tunc enim inter d. contrahentem cum procuratore, & dominum obligatio oriretur. Alciat. reg.2.præs.24.Masc.d.concl.1239. vsque ad num. 25.subdens n.25. procuratorem proprio nomine contraxisse censeri,si hæredum mentionem fecerit dixi in interpretationibus pactorum verbo nomine & concl.38. alios casus ponit quibus alieno nomine egisse censetur.

TIT. XVIII.
DE HIS QVÆ FACERE TVTOR DEBET SVSCEPTA TVTELA.
SVMMARIVM.

1 *Administrare tutelam tenetur tutor, si legitime constitutus non excusetur.*

2 *Solemnitates iuris contrahens tutor seruare debet, alioquin contractus nullus erit.*

3 *Contrahere non potest tutor sine interuentu pupilli infãte maioris.*

4 *Contrarium tenent ibi citati.*

5 *Ratificatio societatis ab adulto facta,non censetur à solo tutore contracta ex petitione redditionis rationum.*

6 *Ratificare adultus contractum à tutore gestum non tenetur,nisi quatenus ex eo locupletior factus sit.*

7 *Contrarium tenent ibi citati.*

8 *Contrahens tutor obligatiua verba, & executiua ad minorem referre potest.*

9 *Stipulari pupillo tutor potest tutela etiam finita in gestione perseuerans.*

10 *Alienare tutor immobilia minoris non potest sine decreto, & aliis solemnitatibus requisitis in alienatione bonorum immobilium minoris à iure, ac si minor ipse alienaret.*

11 *Alienatio bonorum minorum sine solemnitatibus requisitis nulla est, & minor rem vendicat cum fructibus; & quando præscriptio cesset.*

12 *Iuratur in litem contra tutores, & alios administratores,qui solemnitatibus omissis alienarunt bona stabilia.*

13 *Alienare non potest tutor magnum fundum pro modico ære alieno.*

14 *Alienare potest tutor fundum modicum in vale ores alienum*

alienum excedens arbitrio iudicis.

15 Alienans tutor per se, causam iustā iustificare tenetur, non autem per procuratorem.

16 Alienare non potest tutor, nec minor, sine solemnitatibus alteri hipothecatam rē.

17 Hipothecæ non potest tutor sine solemnitatibus renunciare.

18 Alienare immobilia non potest tutor mobilibus extantibus, secus si mobilia non extare iudici sit notorium.

19 Notorium non indiget facti probatione, iudici tamen ex actis constare debet esse notorium.

20 Solemnitates iuris communis in alienatione immobiliū pupilli tutor seruare tenetur non etiam statutarias.

21 Alienare creditor volens bona pupilli sibi hipothecata, non tenetur seruare solemnitates quas pupillus alienans seruare tenetur.

22 Solemnitas præsumitur adhibita ex temporis diuturnitate.

23 Molendina ad instar nauium super fluminibus posita alienari possunt solemnitatibus non seruatis.

24 Molendina solo cohærentia periculis exposita alienari possunt, non seruatis solemnitatibus.

25 Contrarium tenent ibi citati.

26 Bona in montibus sita aquarum periculo subiecta alienari possunt absque solemnitatibus.

27 Alienari horti malorum aureorum in continuo periculo existentium ob frigora hiemalia sine solemnitatibus possunt.

28 Alienari ecclesiæ bona possunt absque solemnitatibus periculis exposita.

29 Contrarium tenet Simone. ibi citatus.

30 Alienatio immobilium minoris, licet solemnitatum defectu nulla sit, datur tamen doli exceptio, quando pecunia ei soluta fuit, qui sub pignore creditor erat.

31 Hipotheca bonorum ex causa facta, non requiritur sub ea forma alienationem fieri, nec subhastari necesse est.

32 Hipotheca iussu Præsidis constituta, valet bonorum distractio sine decreto iudicis.

33 Hipotheca quam suorum bonorum facit tutor in contractu minoris inualido valida est.

34 Alienationem nullam à se factam seruare tutor tenetur qui pupillo successit hæres.

35 Alienari à tutore sine decreto fundus potest minori hipothecatus.

36 Alienare non potest sine solemnitatibus tutor fundum minori, vel eius patri hipothecatum, quem eorum alter iure dominii possidere impetrauit.

37 Alienare non potest tutor fundum, quem minor causa damni infecti possideret.

38 Alienari non potest alienus fundus, quem minor bona fide possideret.

39 Alienare fundum minoris creditori permittitur sine solemnitatibus quem solemniter recepit.

40 Venditis bonis minoris solemniter, si præcium non soluat emptor, poterit tutor, vel curator præcium soluere absque solemnitatibus, & ad minoris vtilitatem ponere, & bona pro se retinere.

41 Hipotheca prædii empti per minorem quousque præciū soluerit non valet nisi iuramentum accesserit, vel solemnitates adhibitæ sint.

42 Alienatio facta ex causa necessaria minus solemniter, potest à tutoribus ratificari, recipiendo præcium solemnitatibus etiam non seruatis.

43 Acquirere tutor pupillo tenetur, alioquin ad interesse tenebitur.

44 Acquisiuisse tutor pro pupillo censetur, quod ad ipsum ratione administrationis pertineat.

45 Acquirit possessionem pupillo tutor actu ficto constituti, vel præcarij.

46 Emente tutore propria pecunia rem pro pupillo, si tot fructus perceperit ad præcium rei ascendentes, empta res minoris erit sine præcij solutione.

47 Empta proprio nomine à tutore ex pecuniis pupilli tutoris non sunt sed pupilli; si vero ex fructibus bonorū minoris, vel ex prætio eorum suo nomine emerit, res empta tutoris erit.

48 Emisse tutor in dubio cēsetur propria pecunia, nisi aliud coniici possit, vel nisi tutrix vidua sit.

49 Emptio pro eo facta præsumitur, cuius erant pecuniæ, eique dominium acquiritur si coniecturæ concurrant.

50 Emere omittens tutor ex pecunia pupilli prædia, non tenetur, nisi constet emenda extitisse.

51 Negociari tutor pro pupillo non tenetur, etiam si pupilli pater negociari solitus esset, si tamen negocietur id nomine pupilli fecisse censebitur.

52 Negociationes patris pupilli tutor perficere tenetur.

53 Negociationes patris pupilli tutor perficere non tenetur, si damnum pupillo inferretur.

54 Negociationes patris sine tutore pupillus perficere nequit.

55 Litigare tutor pro pupillo tenetur cum consilio aduocatorum.

56 Lites cœptas tutela etiam finita tutor perficere tenetur

57 Lites cœptas tutor prosequi non tenetur, cessante causa obquam illas tutor prosequi teneretur.

58 Lites cœptas non tenetur prosequi tutor administratione in alium translata.

59 Lites cœptas tutela finita, tutor prosequi non tenetur.

60 Litigare non tenetur tutor, quando plus debuisset expēdi quam rei valor esset, nec eas prosequi.

61 Lites cœptas non tenetur prosequi reddita ratione, & à tutore redditis instrumentis adulto.

62 Lite mota contra pupillum tutor defendere debet.

63 Defendere pupillum tutor recusans vel differens, vt suspectus remouetur.

64 Lite nondum contestata vel pendente tutore furioso effecto datur curator qui litem defendet.

65 Litem alter tutorum defendere potest.

66 Tutores omnes interuenire debent si de tutelæ dissolutione agatur, vt puta, vt si pupillus se in arrogationē tradat. & tit, 14. n 56.

67 Diuisa tutelæ administratione alter pro altero conueniri non potest.

68 Litem defendere non tenetur tutor si ante eam contestatam obijsset, vel conueniri posse desierit, etiam si tutor cauisset iudicio sisti, & stipulationi non obtemperauerit, vel pupillus ante litē contestatam pubes factus sit.

69 Litem à tutore per se defendi opus non est, sufficit enim pupillo authorari.

70 Liti tutor assistere debet si pupillus fari nequeat, vel absit, & in criminali causa authorari debet.

71 Litem calumniosam, & iniustam tutor defendere non tenetur, sed bonam fidem agnoscere debet.

72 Con-

72 *Contractibus tutor non debet authorari si dubitetur pupillo obesse posse; vel vtrum ei expediat.*

73 *Sententia pro lata quæ in iudicatum transiuit tutor, & curator minime tenetur.*

74 *Litem per sese defendere ac prosequi pupillo minore ni volente, tutor, & curator non tenebitur.*

75 *Litem suscipienti pupillo tutor authorari potest.*

76 *Liti se non ingerit tutor alter, motæ in parte ad alterum tutorem partinente.*

77 *Cauere tutor non tenetur litem suscipiens.*

78 *Appellare tutor, & appellationem prosequi tenetur.*

79 *Contumax eo ipso tutor fit, quod non petit iudicis etiã iussis minime præcedente.*

80 *Conueniri potest tutor iudicati tutela durante, sed executio fiet in pupilli bonis.*

81 *Contrarium tenet Aret. ibi citatus.*

82 *Sententia contra pupillum vel minorem indefensum lata ipso iure nulla est.*

83 *Sententia contra minorem indefensum qui iurauit nõ contrauenire processui vel sententiæ valida est.*

84 *Cauere seu satisdare tutor nec de rato pro pupillo promittere tenetur.*

85 *Cauere de rato tutor debet si dubitetur esse tutorem gestamque sibi fuisse commissa, vel actor esset à tutore constitutus.*

86 *Cauere debet tutor iudicatum solui pupilli bona obligando.*

87 *Stipulatio iudicatum solui non committitur si tutor non agat tutorio nomine sed proprio.*

88 *Tutor nulliter datus agere non potest.*

89 *Agere non potest tutor contra tutorem tutela durante pro rationum redditione.*

90 *Agere non potest tutor contra tutorem relegatum sed actor vel curator eius loco datur.*

91 *Agere potest tutor, vt contutor non comunicans administrationem, vel ex fide non gerens tamquam suspectus remoueatur.*

92 *Agere tutor debet contra contutoris hæredem alias ad damna tenebitur.*

93 *Sumptus litis contra se tutor pupillo subministrare non tenetur.*

94 *Litigare non tenetur tutor contra suum coniunctum pro pupillo.*

95 *Litigans tutor pupilli mentionem facere tenetur, vt hoc respectu pupilli doli capacis excommunicatio tutori obstet.*

96 *Litigans tutor ex iusta causa, licet succumbat expẽsas factas in lite repetet à pupillo.*

97 *Alimenta pupillo fratribus, & sororibus præstare debet si aliunde quam ex pupilli bonis &c. nequeant.*

98 *Alere tutor debet seruos ac libertos pupilli.*

99 *Alimenta pupillo lite pendente sunt à tutore præstãda.*

100 *Alimenta ne præstet pupillo sui copiam non faciens tutor, vt suspectus remouebitur.*

101 *Instrui facere pupillum, & bonis moribus ornari, mercedes que præceptoribus soluere tutor debet.*

102 *Alimenta de suo pupillo tutor præstare non tenetur.*

103 *Alere nõ potest matrem pupilli nisi valde egenam si diues pupillus sit.*

104 *Alimentorum pupillo prestandorum causa non potest tutor alienare proprietatem bonorum.*

105 *Alimentorum causa proprietas alienari potest si alioquin pupillus fame necaretur.*

106 *Alendus si sit alimenta daturus proprietas distrahi potest.*

107 *Alimentorum causa proprietas vendi potest si rei domini in nistri sint alendi.*

108 *Quantitas certa vbi ex fructibus certi fundi præstari debet si ex eo non percipiatur, ex alijs bonis percipi debet.*

109 *Alimentorum causa proprietas alijs causis vendi potest, vt ibi.*

110 *Alendus à pupillo non est tutor nisi non haberet aliũde.*

Pupillus vbi debeat educari, & qualiter.

111 *Confiteri tenetur tutor debitum liquidum per modũ iurisditionis contentiosæ.*

112 *Edere tenetur inuentarium, & librum tutor, his quorum interest.*

113 *Editione prędictorum non facta iudicium nullum est.*

114 *Edi inuentarium integrum quando debeat.*

115 *Appellare tenetur tutor, & appellationem prosequi in causa pupilli finita tutela.*

116 *Appellare, & prosequi tenetur tutor redditis rationibus, non etiam instrumentis; vel è contra.*

117 *Appellare omittens, & prosequi tenetur ad interesse pupillo iuramento in litem liquidando.*

118 *Colono stare tutor tenetur.*

119 *Iurare tenetur tutor, & in defectum probationum iuramentum parti deferre.*

120 *Iuramentum affectionis tutor subit.*

121 *Iurans reus ipso iure pupillo præiudicat.*

122 *Iurat in litem tutor in causa minoris.*

123 *Iuramentum aduersario pupilli tutor solus deferre nequit nisi probationibus omnibus pupillo deficientibus.*

124 *Iuramentum pupillus cum tutore defert indistinctè.*

125 *Contrarium tenent Moder. Paris. ibi citati.*

126 *Iurare de veritate tutor, & curator non cogitur.*

127 *Iuramento partis standi tutor pacisci non potest & n. 246.*

128 *Iurans tutor non repetere bona pupilli non obligatur.*

129 *Iuramentum tutoris, & curatoris in contractu positum non obligat minores.*

130 *Iuratoriam cautionem tutor minime præstat.*

131 *Iurare in litem non potest tutor non informatur.*

132 *Iurari de calumnia non potest pro duobus in iudicio collitigantibus, licet pro vno pupillo tutor iurare teneatur.*

133 *Iuramentum iudiciale non potest à iudice deferri pupillo.*

134 *Negligens administrare tutor ex quo se datum scit suo periculo cessat.*

135 *Diligentiam maiorem tutor circa bona pupilli quam circa sua adhibere debet.*

136 *Contrarium tenent ibi citati.*

137 *Negligentia tutori non imputatur res suas non pupilli saluare potuisse probanti.*

138 *Negligentia non dicitur in tutore qui sua preciosioram pupilli bonis prætulit, ac saluauit.*

139 *Negligentia à debitoribus exigendi qui non soluendo fiant tutori nocet.*

140 *Negligentia in exigendo multis casibus non obest tutori.*

141 *Negligentia non adscribitur tutori nomen debitoris non exigenti, in cuius exactione plus credito fuisset impensum.*

142 *Negligentia si plus fuisset impensum non nocet etiam si fuisset obtentum,*

143 *Prorogare tempus debitori tutor potest; quamuis teneatur si tempore prorogato non soluendo debitor fiat.*

144 *Debitore non soluendo effecto statim accepta tutela tutor minimè tenetur.*

145 *Nomina debitorum non tenetur accipere pupillus pro non soluendo effectis, nisi aliud tutor non haberet.*

146 *Negligentia exigendi in tutore cessat eius culpa cessante puta quia non sit redditum ius.*

147 *Nomina debitorum quæ finita tutela non constat non esse soluendo pupillus recipere tenetur.*

148 *Periculum casus fortuiti puta dococtionis bancherij est pupilli,*

149 *Periculum casus decoctionis prædictæ spectat ad tutorē si eiusdem culpa præcesserit.*

150 *Negligentis autoris vel factoris causa tutor tenetur.*

151 *Negligentia tutoris curatoris, & pro tutoris eis obest.*

152 *Citandi sunt debitores minorum per tutores, & curatores.*

153 *Exigere cessantes tutores, eorum periculo cessant.*

154 *Exigere à se ipsis tutores debent.*

155 *Debitum tutoris ex alia causa in tutelæ iudicium deuoluitur.*

156 *Debitum in diem aduenientem tutela finita non prius exactum per tutorem ei non imputatur.*

157 *Nominibus debitorum præscriptis, vel non soluendo tutoris culpa effectis eiusdem periculo cedunt.*

158 *Negligentia tutoris lata culpa, censetur & mortale peccatum siue ab alijs, vel à se ipso non exigat, & damnum iuramento in litem liquidabitur pupillum.*

159 *Restitutionem petere tenetur tutor aduersus moram pendente iudicio alias ad interesse tenebitur.*

160 *Mercedes magistris pupillorum soluere sine iudice tutor potest.*

161 *Mercedes soluere magistris nequit vbi pupilli qualitas non esset talis, vt alicuis disciplinæ causam daret.*

162 *Mercedes, & hi sumptus arbitrio boni viri faciendi sunt*

163 *Redimere bona alijs obligata totor debet si pupillo expediat.*

164 *Ædificia de formata reficere tutor debet alioquin pupillo tenebitur ad interesse.*

165 *Sumptus pupillo non expedientes tutori imputantur,*

166 *Modum, vel conditionem contractui minoris adiectam implere tutor debet alioquin ad interesse minori condemnabitur.*

167 *Canones, & census tutor soluere tenetur alioquin ad interesse pupillo tenebitur.*

168 *Soluens indebitum scienter ad interesse pupillo tenetur tutor iuramento in litem liquidando.*

169 *Electio datur pupillo si ex contractu à tutore inito damno affectus sit vel in integrum restitutionem petere, vel ad interesse contra tutorem agere.*

170 *Restitutio in integrum non datur minori cui contra tutorem plenes accursum est.*

171 *Contrariu intenent ibi citati.*

172 *Distingue, vt ibi.*

173 *Negocia pupilli celeriter per se vel alium tutor expedire tenetur,*

174 *Pupilli vitam ab iniurijs, & criminibus seruare tenetur,*

175 *Administrare cogitur tutor preuio iuramento satisdatione, & inuentario.*

176 *Administrare non compellitur tutor qui per se, vel alium gerere cœpit.*

177 *Acquirere omittens dolo lata culpa vel leui cum posset pupillo tenetur,*

178 *Negans pecunias pupillares habere, conuictus de mendacio legitimas vsuras pendet; quòd si id negauerit ne pupillos alat ad grauissimas tenebitur.*

179 *Negligentia comissa per tutorem in pluribus de quibus ibi tenebitur vbi etiam de non implente conditionem vtilem pupillo.*

180 *Negligentiæ in rebus alterius prouinciæ tutor tenetur nisi alium tutorem ibi constitui curauerit.*

181 *Negligentiæ tutoris alterius prouinciæ alterius tutor tenetur.*

182 *Negligentia tutori à die creationis imputatur licet appellauerit, & appellatio iniusta fuerit declarata.*

183 *Gerens antequam tutor esset tenetur si postea pro tutore gesserit.*

184 *Negligentiæ tenetur tutor quousque negocia pupilli gesserit tametsi in nullo actu authoritatem interposuerit.*

185 *Actor si constituatur alter tutor alio impedito, vel absente tenetur,*

186 *Amissis instrumentis creditorum pupilli dolo vel culpa tutoris, tutor tenebitur.*

187 *Fructibus non venditis sed consumptis interesse quāti plurimi præstabit tutor quos tutores, & curatores sine decreto vendere possunt.*

188 *Negligentia mandatarii tutor tenetur.*

189 *Pretio iniusto vendens tenetur tutor.*

190 *Soluere omittens à creditoribus interpellatus tutor ad interesse tenebitur,*

191 *Restitutione non petita aduersus moram in soluendo commissam ad interesse pupillo tenetur.*

192 *Negligens tutor alys casibus tenetur, vt ibi.*

193 *Fortuitus casus, & fultum cedit damno tutoris intellige, vt ibi,*

Suspectum contutorem non accusans tenetur.

194 *Negligentiam excludit tutor bona fide probando.*

195 *Negligens sex mensibus exigere ab his qui sunt soluendo non dicitur in culpa lata.*

196 *Amissio rerum ex populari seditione non imputatur tutori,*

197 *Negligens non dicitur tutor nisi se tutorem fuisse, sciuisse probetur.*

198 *Negligentia tutoris cessat, quando ex iusta causa excusatur.*

199 *Negligentia tutoris cessat in his quæ accidunt finita tutela.*

200 *Negligentiæ tutor non tenetur, quando post obitum pupilli nomen debitoris desiit esse soluendo.*

201 *Mater quæ filio pupillo minus idoneum tutorem*

dari

dari petijt non tenetur, nisi tutelæ decreto matris periculo cedere expressum fuerit.

202 *Remotus vti suspectus non tenetur ob periculum fortuiti casus futuri.*

203 *Excusati tutoris periculo non cedit mala tutelæ gestio.*

204 *Negligentia aliarum rerum non imputatur tutori certæ rei.*

205 *Negligentia cessat in tutore alijs casibus, vt ibi.*

206 *Negligentiæ, & mali exitus non tenetur tutor qui cum coniunctorum pupilli consensu vel consilio quid egit.*

207 *Negligentia tutoris cessat hæreditate non dum adita.*

208 *Negligentia non adscribitur tutori inutiliter dato si administrationi se non ingesserit; ignorans se datum excusatur; & quando teneatur qui non gessit*

209 *Dolo lata, & leui culpa tutores tenentur.*

210 *Leuissimæ culpæ tenetur tutor qui benè, & diligenter rationem reddere promisit infra n.221.*

211 *Male gerens tutor extra ordinem punitur.*

212 *Dolo versari, ac pœna falsi teneri eum qui falsò tutorem se asseruit.*

213 *Fortuitus casus ad tutorem spectat si culpa præcesserit.*

214 *Testatorem tutor non potest ad sibi relinquendum inducere, quod pupillo relinquere volebat.*

215 *Latæ culpæ non etiam leuis hæres tutoris tenetur, lim. vt ibi.*

216 *Dolus tutoris si debitor soluendo non sit non datur nisi vt ibi.*

217 *Culpæ leuis tutor non tenetur si in emptione prædiorum capsio interuenerit.*

218 *Negligens tutor in exigendis creditis pupilli de dolo & lata culpa tantum modo tenebitur.*

219 *Culpæ leuissimæ tutor non tenetur.*

220 *Contrarium tenent ibi citati.*

221 *Culpam leuissimam tutor præstat qui bene, & diligenter rationem reddere promisit, & supra n.210.*

222 *Culpæ leuis tutor, eui in testamento liberatio relicta fuit non tenetur.*

223 *Culpam leuem tutor præstat cui liberatio relicta fuit si ante sibi decretam administrationem authoritate propria administrauit.*

224 *Culpam latam, & dolum dumtaxat præstat tutor ratione pecuniæ amissæ, & non quæsitæ.*

225 *Culpæ latę tutor tantum tenetur si nomina debitorum pupilli culpa tutoris non soluendo facta sint,*

226 *Culpæ non tenetur tutor quoad gesta de consilio, & interuentu matris, & consanguineorum pupilli.*

227 *Doli præsumpti non tenetur tutor cui liberatio relicta fuit, sed veri tantum vbi etiam quomodo verus probetur.*

228 *Culpa tutori non potest adscribi qui coram iudice cōtraxit amicorum, & coniunctorum pupilli interueniente consensu.*

229 *Culpa leui tutor versatur sua bona pupilli bonis præferens.*

230 *Heredes tutorum de leui culpa non tenentur.*

231 *Dolum dumtaxat ille præstat qui tutor esse non poteras, vt minor.*

232 *Nomine tutorio non tenetur tutor nisi ex actis nomine tutorio.*

233 *Conueniri tutor non potest nisi de gestis tutela durante, licet tutor cum pupillo toto tempore pubertatis habitasset.*

234 *Omissorum causa tenetur tutor quādo alius gesturus fuisset.*

235 *Omissorum causa tenetur qui initio accessit animo gerendi omnia.*

236 *Latam culpam tantum tutor præstat qui prædia minus idonea emit.*

237 *Dolus, & culpa non præsumuntur: lim. vt ibi vbi etiam de minore muliere, & rustico.*

238 *Culpa tutoris pro et quod ad pupillum peruenit in quo pupillus locupletior factus sit tenebitur pupillus licet tutor soluendo non sit.*

239 *Curator bonorum præsertim inuitus culpam non præstat.*

240 *Iuramentum decisiuum tutor deferre potest, prout & pupillus cum tutoris authoritate.*

241 *Iuramento decisiuo si minor læsus sit restituetur.*

242 *Iuramentum decisiuum non præstat tutor, nisi probationes deficiant omnes.*

243 *Iuramentum decisiuum, vt omnibus probationibus deficientibus præstari possit qualitas deficientiæ huius probari debet.*

244 *Iuramentum decisiuum recusari posses si litem tutor sponte mouisset.*

245 *Iurare in litem non potest tutor nec alius non informatus.*

246 *Iuramento partis standi pacisci non potest tutor, & n.127.*

247 *Canones census, & onera tutores soluere tenentur; alioquin pupillo ad damna obstringuntur.*

248 *Pecunias pupillares ad honestum lucrum tutores collocare tenentur alioquin ad interesse, & damna pupillo condemnantur.*

249 *Pecunias quas tutor pupillo debet ad honestū lucrū ponere debet.*

250 *Pecunias pupillares collocare differens ob moram ad interesse tenetur.*

251 *Pecunias pupillares non collocans tutor si damna soluere nequeat extra ordinem cœrcebitur.*

252 *Interesse tutores soluere tenentur tutela etiam finita quousque reliqua sint restituta.*

253 *Interesse honestum tutoris heres etiam soluere tenetur.*

254 *Contrarium tenent ibi citati.*

255 *Pecunias pupilli mutuare potius quam ad honestum lucrum collocare dicere tutor non potest, & ita se excusare.*

256 *Pecunias pupillares in emptionem censuum extantiū in loco conuertere tutor tenetur, alioquin soluet interesse.*

257 *Vsuras vsurarum quas pro se tutor retinueris præstare debet.*

258 *Negligens exigere tutor ad damna, & interesse pupillo tenetur.*

259 *Electio minoris est prædia empta velle ex pecuniis pro emptione prędiorum depositis à tutore qui proprio nomine ea emit: vel pecunias cum inter esse consequi.*

260 *Pecunias pupillares si tutor fuerit negociatus suo nomine primum lucrum pupillo præstabit non quod postea ex rebus emptis cum pecunia inde extracta fecit.*

261 Pecunias pupillares habere si tutor negauerit ad alẽdos, pupillos de mendacio conuictus grauissimas pendet vsuras.

262 Vsuras soluit tutor pro contutore condemnatus qui vsuras soluit se forte contutorem suspectum facere supersederit.

263 Pecunias pupillares si tutor in emptionem prædiorum non conuerterit ad fructus tenetur laboribus & expensis deductis.

264 Vsuras præstat tutor etiam canonico iure.

265 Emens prædia minus idonea per sordes vel gratiam tutor tenetur.

266 Pecunias pupillares si tutor in proprios usus conuerterit propria authoritate usuris maximis subycitur

267 Pecunias pupilli tutori in suos usus conuertenti menses duo non laxantur.

267 Pecunias pupilli tutor in suos usus conuertens usuras centesimas præstat.

268 Pecunias pupilli si tutor in suos usus conuerterit vltra centesimas usuras extra ordinem punietur.

269 Pecunias pupillares capere potest tutor qui tantumdem de suo pro pupillo erogauit intellige vt ibi.

270 Pecunias pupillares tutor suo nomine fœneratus non tenetur uti conuertens in vsum suum.

271 Pecunias palam à contutorib⁹ accipiens usuras quas alij soluent pupillo soluere tenebitur.

272 Census vacabiles emere non potest tutor si non vacabiles pro alendo pupillo sufficientes emere possit.

273 Census vacabiles emere tutor potest quando pater pupill eme e solitus fuisset.

274 Census vacabiles emere tutor potest si pupillus diues sit.

275 Census vacabiles si pupillus diues sit pro modica summa emere potest.

276 Pecunias pupillares ad honestum lucrum collocari potuisse præsumptiua probatio sufficit.

277 Contrarium tenent ibi allegati.

Interesse quando sine mora & in illiquidis debeatur.

278 Pecunias pupillares in emptionem bonorum non impendens tutor, non tenetur nisi probetur venalia extitisse quę emere potuerit.

279 Pecuniæ pupillares ad honestum lucrum dari non possunt nisi in subsidium non extantibus bonis emendis.

280 Pecunias mercatori dare tutor debet qui minus dat.

281 Pecunias pupilli in suos vsus conuertens, tutor maius interesse præstat.

282 Pecunias ponens tutor penes mercatorem qui reputabatur idoneus tutus est, pro, ut si merces casu fortuito perierint.

283 Negligens exigere mortaliter peccat, & ad omnia damna tenetur.

284 Pecunias pupilli si tutor ad societatem officij in persona alterius dederit qui postea decesserit ad damna pecuniæ amissæ tenebitur.

285 Pecunias pupillares ad societatem officij si tutor posuerit non tenebitur si pater pupilli similiter ponere solitus fuisset.

286 Pecunias pupilli ad societatem officij ponere potest tutor magnatis.

287 Pecunias modicas ad societatem officij tutor collocare potest.

288 Pecunias pupillares in societatibus ponere tutor minimè potest nisi pater pupilli ponere solitus esset.

289 Pecuniam modicam non tenetur collocare tutor & n. 295.

290 Pecunias pupilli ad illicitum lucrum tutor ponere nõ potest, alioquin si principalis non restituat, tutor restituere tenebitur.

291 Pecunias pupillares ad collocandas tutori sex mentes dantur.

292 Pecunias pupillares si tutor non collocauerit non tenebitur quando pater pupilli collocare solitus nõ erat.

293 Pecunias pupillares non collocans non tenetur tutor, si ex eis æs alienum soluit, vel minorem à pensionibus liberasset.

294 Pecunias offerens tutor, & in loco tuto deponent ad vsuras non tenetur.

295 Pecuniam modicam tutor collocare non tenetur, & n. 289.

296 Pecunias non collocans rusticus ab vsuris excusatur.

297 Pecunias pupilli tutor liberatus à redditione rationũ non collocat, nec tenetur nisi quatenus locupletior sit effectus.

298 Pecunias non collocando tutor non tenetur ad interesse lucri cessantis, nisi merces præ manibus extitisse probetur.

299 Pecunias pupillares ex iusta causa non collocans non tenetur.

300 Pecunias quas tutor suo, & pupilli nomine ad trafficandum dedit pupilli non facit, sed eum lucri tantum participem facit, nec pupillo pecuniæ illæ restitui possunt.

301 Pecunias pupillares non collocans tutor nisi constet se tutorem sciuisse non tenebitur.

302 Pecunias suas non pupillares ad honestum lucrum si tutor posuerit minime pupillo tenebitur.

303 Pecunias pupillares non collocans tutor sed suas tenebitur nisi certum sit suas tantum collocare potuisse

304 Pecunias pupilli non ponens si de damno vitando agatur non excusatur tutor si suas collocauerit.

305 Lim. quando in necessitatibus pupilli erogauit.

306 Pecunias pupillares non mutuat fœnori tutor nisi pro necessitate pupilli, vel nisi tota pupilli substantia mobilis sit.

TIT. XVIII. CAP. I.
DE HIS QVÆ TVTOR FACERE DEBET SVSCEPTA TVTELA DE REGISTRO BONORVM.

209 Tutores tenentur de dolo, lata, & leui culpa, non de leuissima. l. quicquid. vbi glo. & Doctor. C. arbitr tutel. l. si tibi. de testam. tute Cor. cons. 331. n. 5. lib. 1. Alex. cons. 45. n. 1. lib. 1. Soc. cons. 2. n. 4. lib. 1. Capra. cons. 161. n. 13. Alcia cons. 237. n. 5. Ruin. cons. 93. n. 1. lib. 5. Anan. cons. 80. n. 4. Dec. in l. contractus. n. 37. de reg. iur. & receptissimum dicit. Port. cons 147. n. 60. & 62. Cepha. cons. 674. n. 37. & sequent. vbi leuem probat, quando in alienis quam in suis, non adhibuerit diligentiam. Igne. in d. l. contractus. n. 45. Crau. cons. 812. n. 3. Piag. de tutor. Q. 19. n. 13. secus de leuissima dicens, & Gutierez. de tutel. part. 2. cap. 14. n. 1. & 2. & cap. 16. n. 8. & part. 3. cap. 1. n. 95. vbi quando nomina debitorum non exegit, quæ propterea non soluendo effecta fuerint. Scrader. de feud. part. 9. in 2. parte. section. 7. n. 37. vbi legitimè datum obligari ad periculum tutelæ, vel curæ, si sit in lata culpa etiam cessante dolo per. l. si tutor. 5. vbi glo. & Doctor. C. de pericul. tutor. & quando aliqua scribere omisit, Ias. cons. 3. versic. quarto moueor. lib. 2. Soc. cons. 190. lib. 2. Montan de tutel. c. 32. reg. 9. n. 4. prout si in administratione mendax repertus fuerit. n. 5. & Soc cons. 213. versic. conuincitur. lib. 2. Montan. supra. cap. 39. n. 32. & sequent. vbi idem in quolibet administratore. l. etiam. §. licet l. si constante. §. meritus. solut. matrimo. idemque probat in tutore illegitimo. n. 38. Galgan. de tutc. lib. 2. tit. 25. n. 3. debet enim se gerere, vt bonus paterfamilias. Roma. cons. 425. versic. 5. & 6. & fructus vbi sunt debito tempore vendere debet, versic. septimo. vbi etiam nouellos non esse reponendos, nisi veteribus venditis. Cancer. var resol. par. 1. c. 7. n. 163.

210 1. Amp. ut si bene & diligenter rationem reddere tutor promiserit, de leuissima etiam culpa teneatur. Borgni. de tutor. n. 120. uide infra. lim. 4.

211 2 Amp. ut si male gerat, extra ordinem puniri queat. l. in eos. de tut Montan de tutel. cap. 31. effect. 2. n. 5. & si satisfacere minimè possit propter dolum in corpus luet. l. ob fœnus. de administratio. tutor. Igne. in l. contractus. n. 45. de reg. iur.

212 Subamp. in dolo dici ac falsi pœna teneri, si falsò se tutorem asseruerit. Alcia. cons. 133. n. 2.

213 3. Amp. de casu etiam fortuito teneri, si dolus illum præcesserit. Ruin. cons. 70. n. 7. & 9. lib. 4. Piag. de tutor. Q. 19. n. 17. Gutierez. d. c. 1. n. 108. Montan. supra. n. 44. ubi idem, si culpa casū præcessisset, & Igne. supra. n. 47. & Rui. d. n. 9. & Gab. de reb. cred. concl. 2. n. 14.

214 4. Amp vt non possit testatorem dolo inducere ad sibi relinquendum, vi, etiam nec fraude adhibita, quod pupillo relinquere volebat, quamuis sine alterius iactura illud blandis verbis sibi permittatur. Borgni. de tutor. n. 279. & seq. Gutierez. de tutel. part. 2. c. 14. n. 4. & sequen. idē de Prælato probans.

215 5. Amp. vt hæres tutoris etiam de lata, non de leui teneatur. Caldas de restitut. in integr. verbo. sine curatore. n. 6. & 7. Gutierez supra. n. 9. nisi lis cum defuncto contestata esset, vel lucrum fecerit cum damno pupilli, vel cum tutor pupillo acquirere posset, alij cessit. l. 1. vbi glo. Bal. & Salic. C. de hæredi. tutor. vel curat. & Vuesēbec. cons. 226. n. 31. & seq.

6. Amp. vt nedum ob dolum, sed culpam etiam contra tutorem in litem iuretur. Soc. cons. 115. n. 3. 4. lib. 2. de cōi. Vnesembec. cons. 226. n. 16.

216 1. Lim. nā tutor in dolo non dicitur, si inops rationem reddere, & soluere non possit, nisi quominus haberet dolo fecisset. Soc. cons. 282. n. 7. lib. 2.

217 2. Lim. de leui culpa tutorem non teneri, si in prædiorum emptione captio interuenerit. Caldas. de restitution. in integr. verbo. sine curatore. n. 5. & seq. Gutierez. supra. n. 9. & quando emisset minus idonea, de lata tantum teneri. l. si tutor. §. competit vbi glo. & Barto. de administrat. tutor. Montan. d. c. 39. n. 55. & infra. lim. 16. sufficit enim dolum, & eius latam culpam abfuisse. d. §. competet. & ibi. Bar.

218 3. Lim. quando negligens tutor fuit in non exigendis creditis pupilli, hoc enim casu de dolo, & lata culpa tantum modo tenebitur. l. 2. C. arbtr. tutel. l. si quis putans. §. siue autem commun. diuidūd. Imo. cons. 75. Piag. de tutor. Q. 19. n. 13. Gutier. supra. d n. 8. Decia. cons 88. n. 27. lib. 2. subdentes teneri pupillum probare tempore tutelæ susceptæ debitores fuisse soluendo, & latam culpam probare, idest tutorem, non adhibuisse eam diligentiam in nominibus debitorum exigendis, quam in suis adhibuit, & part. 3. c. 1. n. 95. & seq. vbi etiam post. Piag. de tutor. Q. 19. n. 10. non teneri ait si fortuito

tuito casu statim suscepto officio debitores non soluendo effecti fuerint, & quando plus in exigendo expensum fuisset, quam creditum importaret. Fab. in l. nomina. C. arbitr. tute. Montan. de tutel. cap 32. reg. 9. n. 185. Galganet. de tutel. lib. 2. tit. 25. n. 5.

219 4. Lim. de leuissima tutorem non teneri. Paris. de Pute. de sindica. verbo negligentia. cap. 5. n. 20. Cagnol. in l. contractus. n. 61. de reg. iur. vbi Igne. n. 45. Piag. supra. Gutierez. sup. Rot. dec. 275. n. 1. par. 2 recentis. Mona. dec. bono. 48. n. 13. Cancer. d. n. 163.

220 Contrarium tenet Ruin. cõs. 89. n. 18. lib. 5. Dec. cons. 232. n 6. Crauet. cons. 18. n. 15. Galganet. d. tit. 25. n. 5. Affl. dec. 207. n. 3.

221 1. Sublim. primam non procedere, quando bene, & diligenter rationem reddere tutor promisisset, tunc enim etiam de leuissima culpa tenebitur Borgni. supra n. 120. de tutor. & Montan. d. cap. 39. n. 36. & seq. vbi idem, si se tutelæ obtulisset. Bar. in l. quod Nerua. Q. 2. depos. & quando culpa casum præcessisset. Montan. supra. n. 42. & idem in tutore illegitimo. Borg. supra.

222 5. Lim. non teneri de leui culpa tutores quibus in testamento liberatio fuisset relicta. Alex. cons. 45. n. 1. lib. 1. Cotta. in memorabil. versic. tutor testamentarius. Montan. d. cap 39. n. 51.

223 1. Sublim. non procedere quando tutor ante administrationem sibi decretam propria authoritate gessisset l. 1. de eo qui pro tutor. Montan. supra n. 53.

224 6. Lim nam, si tutor conueniatur ratione pecuniæ amissæ, & non quæsitæ, de dolo, & culpa lata tantummodo tenebitur. glo. communiter recepta in l. 2. C. arb. tutel. de communi Aluis. de Albert. sing. 70.

225 7. Lim. nam si nomina debitorum pupilli negligentia tutorum deteriora fuerint effecta, de dolo, & lata culpa tantummodo tutores tenebuntur. l. 2. vbi glo. & Docto. C. arbitr. tute. Montan. de tutel. cap. 39. n. 56. Alcia cons. 237. n. 3. Cancer. supra n. 169. & seq. secus probans in recuperatione gregis.

226 8. Lim. non procedere respectu gestorum de cõsilio, & interuentu matris, & consanguineorum pupilli, vt supra. cap. 11. lim. 13. etiam, si eiusmodi actus male successerint. Gherard. de Petra Sãct. sing. 57. Marsil. sing. 417. n. 3. Cassan. in consuetudin. Burgund. tit. des enfans. rub. 6. §. 6. n. 12. in tex. den vendre col. 880. Menoch. cons. 145. n. 26. Ias. in l. 1. n 16. C. de transact.

227 9. Lim. non procedere, quando tutor locupletior effectus non fuisset, nec in dolo vero esset, de præsumpto enim non tenetur facta ei liberatione à redditione rationis per testatorem. Bertaz. cons. crim. 381. n. 5. Cepha. cons. 192. n. 49. & seq. Rot. dec. 311. crim per Farin. vbi etiam præsumptum consistere in omittẽdo. Cald. de rest. in int. vers. vel aduers dolo. n. 20. in fine, vbi verum etiã dici qui ex indicijs probatur ex Meno. de recup. remed. 15. n. 135. Rot. dec. 364. part 1. recentis. vbi etiam, non præsumi tutorem effectum locupletiorẽ. Rota. decis. 408. n. 1. par. 1. recentis.

228 10. Lim. non procedere, quando coram iudice cum contutoris authoritate contraxisset tutor, & coram amicis, vel consanguineis pupilli, tunc enim palam contraxisse diceretur. Meno. de præsumptio. lib. 3. præs. 80. n. 8. 9. & 10. vbi tamẽ multis modis clam contraxisse censeri, vt ibi per eum.

229 11. Lim. non procedere, quando sua bona tutor prætulit bonis pupilli, tunc etenim dicitur in leui culpa, nec tenebitur. l. tutoris dignitatem. §. non est ferẽdus. & ibi Bar. de administrat. tutor. Natta. cons. 610. n. 5.

230 12 Lim. in hæredibus tutorum, qui de leui culpa minime tenentur. l. 1. C. de hæred tutor. l. fin. de fideius. tutor. Calcan. cons. 75. n. 28. Cagnol. in l. contractus. n. 64. de reg. iur. de lata tantum teneri inquit, & Dec. ibi n. 32. & Montan. de tutel. cap. 39. n. 50.

231 13. Lim. non procedere in eo qui tutor esse non poterat, vt in minore dato tutore a testatore, qui non tenetur nisi de dolo. Ruin. cons. 97. n. 6. versic. & prædicta lib. 5. Boer. decis. 124 n. 7. Borgni. de tutor. n. 4. & seq. Surd. cons. 218. n. 17.

232 14. Lim. tutorio nomine minime teneri nisi ex actis tutorio nomine explicatis. Port. cons. 147. n. 92.

233 15. Lim. non teneri nisi de gestis tutela durante, licet cum tutore pupillus toto tempore pubertatis habitasset. or. cons. 255 n. 2. lib. 1. vbi etiã tradit, quod si gestor voluntarius est, & nihil gesserit finita tutela, & tunc rationem reddere non teneatur nisi de gestis in pupillari ætate, vel eo tẽpore gerendis quo tutela durauit, siue hoc certum sit, vel dubium, vt per eum, qui indubitatũ inquit; quod si aliqua administrasse constiterit, & tunc delata, vel leui tenebitur, si ex ea adultus damnificatus sit, quia negociorum gestor de lata, & leui culpa tenetur. l. tutori. C. de nego. gest. regulariter intelligendo quandoque enim de dolo dumtaxat, & lata culpa, & quandoque de leuissima tenetur. l. 3. §. interdum. de nego. gest. vbi glo. & in d. l. tutori. tenetur etiam ob culpam in non administrãdo connexa, si ex hoc ille, cuius negocia gessit, damnificatus fuerit. Bar. & Doc. in d. l. tutori. tenetur etiam, quando unum negocium gerere incœpit & illud omisit ex leui culpa, si damnum illatum ei propterea fuerit, cuius negocia gerere cœpit, & omisit perficere l. in commodato. §. sicut. commoda. Doc. in d. l. tutori. Cor. supra. n. 2. vbi hæc clara esse inquit.

234 1. Sublim. regulam quæ habet, non teneri de non gestis, ac proinde lim. non procedere, quando alius gesturus fuisset, si hic enim gerere cœpit, & alius qui gesturus fuisset se retraxit, & propterea dominus damnificatus fuit, qui non gessit tenebitur. l. si pupillus. §. videamus de nego gest. Cor. d. cons. 255. n. 2. versic. fallit si.

235 2. Sublim. non procedere, quando ab initio gerere cœpit animo gerendi omnia, & sic administrationem generalem incœpit, tunc enim pro neglectis tenetur; quod clarè procedit, si in generali administratione perseuerauerit, quia tamquam vniuersalis administrator se gessit, nõ tamẽ omnia diligenter gessit, ideo de omissis teneri conuenit

Bar. in d.l. tutori.n.2.C. de negoc.gest.Cor. supra. versic. secundo fallit. sin autem postea noluit omnia administrare, de neglectis tenebitur, ac de omnibus, vt per eum,licet loco verbi noluit sit scriptum noluit, & patet ex Bar. cuius opinionem communem dicit in d.l. tutori qui ita distinguit, & dicit esse veritatem, quod aut quis incœpit gerere, & postea illud omisit, & de illo tenebitur arg.d.§. sicut; aut non incœpit, & tunc aut ab initio accessit omnia gesturus, & de omnibus tenebitur.l.Pomponius in negocijs in fine & l. seq.de neg.gest. Aut non accessit,vt omnia gesturus,sed vt gesturus quedam, & tunc aut alius fuisset omnia gesturus, nisi ipse accessisset, & de omnibus tenebitur l. si pupilli.§. videamus.eod.tit. aut alius non erat gesturus, & tunc non tenebitur nisi de his ad quæ gerenda accessit.d.l. tutori cum annexis sibi vtl. tres tutores.§.2. de administrat.tutor.

236 16. Lim non procedere quando tutor prædia minus idonea emit, tunc enim de lata tantummodo tenebitur, non autem de leui.l.tutor. 8. §. competit. vbi glo. & Bar. de administratio.tutor. Montan. de tutel.cap.31.effect.5.n.6. & cap.39.n.51. & 55.

237 17. Lim. dolum, & culpam, non præsumi.Mascard. de probatio. conclus, 532. vbi. 119. modis sublimitat quē secutus est Gutier.d.c.14 n.2.ideo que dolum, vel culpam allegantem probandi onere grauari,nisi pro allegante contra tutorem extaret aliqua præsumptio.l. chirographis in fine principij de administrat & pericul. tutor. & argum. l. 1.§. si magistratus. de magistr. conuenien. & l.qui sub conditione de conditio. & demonstratio. Igne in l.contractus.n.45. & seq. de reg.iur. & etiam in minore muliere, & rustico dolus præsumitur ex occulte gestis,& si scienter bona inuentario describere omittat,licet in pupillo secus sit Ond.consil.35. n.62. & seq. lib. 1. & in tutore præsumi probat. Mascar.supra.n.63. & seq. si alienet bona pupilli sine causa, & si in inuentario ponenda non posuerit, vel illud non fecerit, magna alienauerit cum modica sufficerent, si non fecerit rationum librum, si gestorum rationem non reddiderit, & si pecunias exactas scribere omiserit. Crau. cons. 115.n.2.142.n.19.Grat.cons.23.n.9.15.lib.1.Rol. cons.49.n.55.lib.1.Becci.cons.106.n.13.vbi ex falsa assertione verum, & euidentem probari etiam in minore, & præsumptum cedere vero.n.35.licet liberam habens administrationem de dolo teneatur non eo cessante, si fraus cesset in dolo dicitur, qui fecit quod non debuit Rot. dec.103.n.20.21. nouis.diuers.& seq.si tamē haberet mādatum dolus cessaret, nec posset teneri ad interesse,quod sine dolo, non debetur.n.29. intellige quoad cōcedentem liberam, non quoad tertium Alex.cōs.47. n.8.lib.1.& dummodo meram donationem non contineat.Bat. in l. procurator.58.n.5.de procur.

238 18. Lim. nam si quid dolo, vel culpa tutoris ad pupillū peruenerit, in quo pupillus locupletior effectus sit, teneatur pupillus etiam si tutor non sit, soluendo, licet, si dolo, vel culpa tutoris locupletior pupillus factus non sit, teneatur quidem, verū cedendo actiones liberatur, licet quandoque inanes, quod si tutor soluendo sit, non tenebitur pupillus,si in rem tutoris versum sit, non autem in rē pupilli. Salic. in l. summa.n.2.Cast.n.7. de pecul.

239 19. Lim. non procedere in curatore bonorum præsertim inuito secundum communem de qua testantur. Moderni. Parisien. li cet ipsi dissentiant in consue.Parisien. §. 6. glo. 6. n. 9. & de cōi. etiam Montan.d.cap.39.n.35.

TIT. XVIII. CAP. XIII. DE IVRAMENTO DECISIVO A TVTORE DEFERENDO &c.

240 Iuramentum decisiuum tutor deferre potest. l. tutor. de iur.iur.Surd. cons. 190. n. 7. Gratian. disceptation. forens.91. idem in pupillo cum tutoris authoritate probant ex l. ius iurandum quod ex conuentione.§.pupillus de iur. iurand. vide supra cap.10. huius tituli.

241 1.Lim. nam si minor læsus sit restituetur. Cast. in d.§.pupillus.n.3. Iason.n.7.Surd.cons.190. n.8.

242 2.Lim. non procedere nisi deficientibus probationibus omnibus d. l. tutor. vbi Doc. omnes. de iur.iur.& Paris.ad Bar. in l. pactum curatoris. C. de pact.de communi omnium Surd.cons.190.n.8. versic. sed erit aduertendum.Gratian. sup. n.5.

243 1. Amp. vt hæc qualitas omnium probationum deficientium probanda sit, nec possit aliter probari, nisi constet tutorem, curatoremue diligentiam adhibuisse, vt alias probationes inueniret. Surd. d.n.8. in versic. & hæc qualitas.

244 3.Lim. non procedere quando tutor sponte iudicium mouisset, tunc enim iuramentum recusari posset, quia cum restitutio minori detur, mero iure oblatio iuramenti non videtur valere, ideo à parte poterit recusari, debuit enim ad iudiciū tutor accedere paratis probationibus. Surd. d. n. 8. ad finem.

245 4.Lim. vt tutor, curator, & huiusmodi non informati nec in litem iurare possint, nec aliud præstare iuramentum. Soc. cons. 194. lib. 2. Plot. de in litem iurand.§.32.n.6.

246 5. Lim. tutorem pacisci non posse de stando partis iuramento. Bar.& alij in. l.ius.iurandi gratiam de iure iuran. Ias. in l. ius iurandum quod ex conuentione. n. 6. versic. redeundo. cod. tit. Plot. de in litem iuran.§.48.n.5.Turzan. conclus. 101.n.5.

TIT. XVIII. CAP. XIV. DE CANONVM ONERVMQVE SOLVTIONE.

247 Tutores tenentur soluere canones, census, onera publica, & huiusmodi pro pupillo, alioquin si pupilli bona subhastentur, vel aliud damnum patiatur, culpa tutoris, tenebitur tutor omnia damna,expensas,& interesse reficere pupillo iuramento in litem liquidanda.l.si tutoris.23 vbi Doc. C. de admi. tuto.Plot.de in litem iurand. §. 5. n. 22. (& supra cap.11.amp.14. huius tituli.) & si à se ipso emphiteota non exigat,cadet. Lopez. de contract.lib.2.c.30.versic.adde tādē Corbul.de causa.

priuatio, ob non solut. cano. amp. 28. & 29. n. 12. & per totam vbi minorem pupillum, & infantem canone non soluto a iure emphiteutico cadere probat, etiam ob culpam tutoris, vel curatoris etiam si minori sit facta concessio nec in integrum restituetur ex capite minorum, si emphiteosis per minorem acquisita, non sit, sed à patre vel auo; restituetur tamen ex clausula generali iustæ ignorātiæ, si probet tutorem, vel curatorem, non esse soluendo alioquin secus; & etiā ex capite minoris, si quid cū eo gestum sit respectu paternæ, vel auitæ acquisitionis, nempe si fuerit interpellatus, vt solueret, non tamen sufficeret à minore eiusuè tutore canonem fuisse solutum, quoniam, vt minor restituatur in integrum ex eo, quod aliquid fuerit cum ipso gestum, duo copulatiuè requiruntur scilicet esse gestum cum minore, & minorem ex eo, quod cum ipso gestum fuerit damno affectum. l. verum, §. sciendum. de minor. l. minoribus. prima vbi Bal. in sum. C. de in int. rest mino. l. nam & postea §. si minor. vbi Doc. de iur. & distinctio restitutionis in integrum de qua supra magis communiter approbatur, vt per eum post. Rol. cons. 10. n. 14. & seq. lib. 2. & vbi contra tutorem scientem emphiteosim, & canonem, non soluentem datur minori regressus, non restituitur etiam, si à dolo, & culpa testator tutori liberationem legasset, vt per Corb. supra.

1 Amp. vt tutor, non exigens canonem à se ipso cadat a iure emphiteotico Lopez. de contract. lib. 2, cap. 30. versic. adde tandem,

TIT. XVIII. CAP. XV. DE PECVNIIS PVPILLARIBVS DISPONENDIS.

248 Pupillares pecunias tenentur tutores, & curatores conuertere in emptionem prædiorum, vel ad honestum lucrum collocare penes idoneos mercatores, alioquin ad damna, & interesse pupillo tenebuntur. l. si tutor constitutus. l. tutoribus qui negociationem de administratio. tutor. l. tutores. C. eod. Alex. in l. diuus, n. 19. ad leg. falc. Roma. cons. 425. n. 1. uersic. decimo, Lup. in c. nauiganti. n. 40. de usur. Gram. decis. 103. n. 22. Rimin. cons. 325. n. 21. Port. cons. 113. n. 5. & 6. & cons. 147. n. 55. & sequent. non tamen foenerari. Signorol. cons. 197. n. 2. & seq. Decia. cons. 35. n. 82. lib. 2. Borgni. de tutor n. 113. & seq. Maluas. cons. 113. n. 21. Rol. cons. 49. n. 34. lib. 1. Affis. decis Perus. 67. n. 1. alicquin ad interesse iuramento in litem liquidādo adstringentur. Ceuar. variar. resolutio. lib. 3. cap. 2. n. 1. versic. illud sane, & Gutierez. de tutel. part. 3. c. 2. n. 81. & part. 2. cap. 9. n. 5. Rol. supra. n. 35. Piag. de tutor. Q. 19. n. 9. Dec. cons. 178. n. 1. & 192. n. 2. Matt. Cunno. de pact. lib. 1. cap. 20. n. 52. Montan. de tutel. cap. 32. reg. 9. n. 170. præsertim in loco vbi ad sunt mercatores post. Rom. sing. 179. & de emptione prædiorum. cons. 28. & 139. Monta. sup. n. 192. vbi etiam alioquin contra tutores in litem iurari, & n. 195. Paris. cons. 96. n. 35. lib. 1. Galganet. de tutel. lib. 2. tit. 5. n. 7. & 9. & tit. 9. Bertaz. cons. crim. 251. n. 86. Spino. de testament. glo. 29, n. 51. & sequent. ac teneri ad interesse lucri cessantis, si non collocauerint. Sapia. in l. 1. n. 89. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest profer. Cop. de fructi. lib. 3. cap. 3. n. 3. post. Archidiac. in cap. generalis. n. 3. distinctio. 54. Ruin. cons. 108. n. 16. lib. 1. Decia. cons. 85. n. 19. lib. 2. Plot. de in litem iurā. §. 5. n. 17. Soc. cons. 2. lib. 1. Borgni. supra n. 38. Neuiza. cons. 85. n. 9. & cons. 52. n. 36. Franch. Marc. decis. 167. n. 9. lib. 2. Redoan. de reb. eccles. non alienan. rubr. de alienat. rer. quæ seruan. seruar. nō pos. n. 10. pag. 60. Cur. Iun. cons. 239. n. 9. & seq. post. Anch. cons. 330. n. 8. vbi etiam in tuto collocare teneri pecunias pupillorum. Cepha. cons. 65. n. 19. vbi etiam alioquin de suo teneri. Cor. cons. 243. n. 9. lib. 3. & in Ciuitate Lucana statuto ita caueri ait. Imol. in cap. bona fides. n. 8. locat. quod est stat. lib. 2. cap. 52. & intra sex menses collocari debere inquit. Magon decis florent. 1. n. 42. & 53. Menoch cons. 213. n. 54. 863. n. 13. Gratian. discep. forens. 67. de communi. Peregr. cons. 51. n. 31. lib. 2. & cons. 37. n. 14. lib. 3. Carbon. de restitution. Q. 56. concl. 9. Munnoz de ratiocin. c. 14. n. 3. & seq. vide supra. tit. 13. n. 148. & seq. & si non collocauerit in dolo cēseri. Masc. concl. 897. n. 10. & interesse lucri, & damni soluere teneri. Rebuf. in l. 1. glo. fi. n. 7. C. de sent. quæ pro eo quod interest. Rol. cons. 35. n. 17. lib. 1. Lup. in c. nauiganti. n. 40. de usur. Lup. in cap. per vestras. §. 7. illat 7. n. 1. fol. 401. de donat. interuir. & uxo. Gab. cons. 143. n. 10. lib. 2. Rota. Rom. dec 561. coram. Ludou. Gab. cons. 143. n. 10. lib. 2. Spino. de testam glo. 29. n. 51. & 52. Marza. cons. 20. n. 13. 14. Torniol. cons. 69. n. 49. Rot. dec. 119. n. 7. collectarum à Pacif. de salui. interd. Meno. cons. 863. n. 13. Peregr. cons. 70. n. 7. lib 4. qui tamen, si solemnia, non fecisset secus inquit,

Contrarium quoad interesse, si pecunias negociatus, non sit, nec apud mercatorem deposuerit nisi pater pupilli negociari, vel ponere solitus esset, vel nisi tutor solitus esset, vel nisi consuetudo extaret probat. Gab. cons. 26. lib. 1. n. 5. & seq.

249 1. Amp. procedere etiam in pecunijs quæ tutor pupillo debebat. l. quoties. §. sedet si de administratio. tutor. Rui. cons. 108. n. 16. lib. 1. Gutierez. vbi supra. n. 17. dicam infra. tit. seq. cap. 20. Montan. sup. n. 175. Galganet. supra.

250 2. Amp. procedere etiam, si moratus eas collocare fuisset, tenebitur enim ad interesse medij tēporis. l. tutor qui repertorium. §. si post depositionē de administrat. tutor. Gutierez. d. n. 16. in fine scilicet post sex menses d. l. tutores. Montan. supra. n. 170. quamuis iam tutori constituto duo menses dentur. l. tutor. qui. §. vsuræ. 8. & l. si tutor. 16. vbi glo. penulti. de admini. tutor. Mouta. supra. n. 189. Galganet. supra.

251 3. Amp. vt si tutor damna reficere nequeat extra ordinem coerceatur. l. ob fœnus de administr. tutor. Gutierez. d. cap. 8. n. 18. Montan. sup. n. 173. Galganet. supra. n. 4. quod Bar. in d. l. ob fœnus de pœna corporali intelligit sed Munnoz. supra de ratioci. l. 42. n. 23. ad exilium, vel relegationem restringi debere probat.

252 4. Amp. tutores ad interesse teneri etiam tutela finita

finita usque ad reliquorum restitutionem. l. tutor. qui repertorium. in fine. de administrat. tutor. Gutierez. d. cap. 9. n. 20. Montan. supra n. 178.

253 5. Amp. vt hæres tutoris teneatur ad interesse honestum pecuniarum retentarum. d. l. tutor qui repertorium. §. si post. de administrat. tutor. Gutier. d. cap. 9. n. 21. Munnoz de ratioci. c. 14. n. 21. & seq. & quando actionis iure tutor tenetur ad. l. 8. & l. 29. in fi. de admi. tut. quod hæres tutoris ad usuras teneatur. l. cum ostendimus. §. usuras. de fideius tut. Rom. conf. 139. n. 5. Rodulph. de usur. Q. 66. n. 12. in fi. per d. l tutor qui. §. pecuniæ quæ in archa vbi usque ad interpellationem, vt curator constituatur, & ibi glo.

254 Contrarium tenet Montan. supra n. 180. per l. maximeque. de admin. tutor. quæ loquitur de hærede tutoris, & casu quo tutor, non tenebatur ad interesse quia per ipsum, non stetisset quominus tutelæ rationem redderet; sed reddere eam obtulisse, non sufficit nisi obsignatam in certo loco deposuerit. l. tutor. 29. § fin. & sic erit limitatio ampliationis quintæ.

255 6. Amp. vt non possit tutor se excusare dicẽs cautius egisse pecunias mutuo dando pro pupillo quã si ad honestum lucrũ deposuisset. Maluas. cõs. 113. n. 35. & sequent. Gutierez. d. cap. 9. n. 22.

256 7. Amp. vt, si in loco sit frequens annuorum redditũum venditio, tutor ad damna, & interesse teneatur, si pecuniã pupilli otiosam habuerit quãuis leuius, & moderatius. Couar. variar resol. lib. 3. c. 2. n. 1. Surd de aliment. tit. 8. priuil. 29. n. 5. & tit. vltim. Q. 40. n. 36. Gutierez. d. cap. 9. n. 23. & 24.

257 8. Amp. vt vsurarum quas pro se retinuerit tutor, vel curator vsuras præstare debeat pupillo. d. l. tutor qui repertorium. §. si post depositionem de admini tutor. & l. qui. 59. § 1. eod. tit. & §. fi. vbi Bar. Borgni. de tutor. n. 116. Gutierez. supra. d. c. 9. n. 32. Monta. supra n. 177. per l. qui negociationẽ. §. ex duobus & l. tutor. §. si quas. de admini. tutor. Cop. de fructib. p. 3. c. 3. n. 3. Munnoz supra. Fab. de Anna. conf 48. n. 23. & seq. Mastril. dec. 124. licet regulariter, non debeantur. l. si non sortem. §. t. de condict. indeb. senat. Dolan. dec. 103. & 150. nisi finita tutela adultus, & eius curatorem interpellasset pro solutione, vel maiorem effectum, & omni iure prohibitas esse vsuras, & vsurarum vsuras probat Rot. dec. 301. par. 5. diuers. vbi idem in interesse interessium nisi interesse licitum in sorte reda ctum sit, & repeti usuras etiam scienter solutas., & declarat, quod dicitur deutero. c. 23. ibi non fenerabesis fratri tuo sed alieno, non permittere usuras hebreis etiã ex lege Moisis sine peccato, & Moisem per illa verba sed alieno, non concessisse mutuationem usurariam sed similitudinariam cum Gentiles iniustæ detinerent terram promissionis hebreorũ qui bello eam vendicare, non poterant ideo sub palliato nomine usuræ aliqua ex parte recuperare ab hostibus poterant, quod eorum erat, nec erat accipere lucrũ ex mutuo sed mutui occasione aliũ de vendicare debitum in quo proprie usura, non cadit sed similitudinarie tantum, nec posse hebreos ab aliquo usuras consequi nec iuuari consuetudine.

258 9. Amp. ad damna, & interesse pupilli teneri etiam pro his quę neglexit exigere, si liquida esset l. si tutor. 16. de administrat. tutor. Borg. de tutor. n 118. Gutierez. supra. n. 34. & seq. tres casus distinguens. Primus est, vt si debita clara, & liquida exigere neglexerit ad interesse teneatur. Secũdus, si redditus minoris exigere omiserit qui perditi sint, ad eorum valorem tantummodo teneatur & ad prætium mobilium tantum sine usuris, & idẽ si præscripta fuissent. tertius erit quando à fratre, non exegerit, quia exigere, non potuerit, vel plus exigendo fuisset impensum quam crediti exigendi valor ascenderet, & hoc casu tenebitur, si exigi fine. d. impensa potuisset. d. c 9. n. 38. & 39. & Rol. conf. 15. n. 50. lib. 1.

259 10. Amp. vt si tutor, vel curator post præsidis decretum cum pupillaribus pecunijs quæ pro emptione prædiorum depositæ fuerant, prose ipsis prædia emerint, in electione minoris sit velle prędia, vel pecunias cum interesse. l. 3. C. arbitr. tute. vbi omnes. Neguz. de pignor. 2. membr. 5. p. n. 19. 4. membr. 2. p. n. 158. ad finẽ. & 163. ad finẽ Gomez. inl. 53. Tauri. n. 36. de communi. Gutier. de tutel. d. c. 1. n. 83. quorum vterque idem dicit in furioso, prodigo, & alijs sub tutela, vel cura constitutis, & si ab extraneo ex pecunia minoris empta res esset in subsidium minoris esse ex cõi. n. 85. Montan. supra n. 181. & sequent. vbi etiam teneri omnes acquisitiones bona fide factas approbare pupillum pro se, vel omnes tutori relinquere. l. tutor qui §. si tutor pecuniam. l. cum quæreretur. de administrat. tutor. l si plures. in fine eod. tit. Borgni. de tutor. n. 252. secus dicens si tertius emisset eũ pecunijs pupilli sibi à tutore mutuatis, tunc etenim pupillus pro præcio habebit tantum prelationem vide sup. tit. 18. c. 3. Munnoz. de ratiocin. c. 14. n. 32. & seq. subdens, non teneri omnes acquisitiones approbare fraude in aliqua per tutorem, vel curatorẽ commissa

260 11. Amp. vt si pecunias pupillares suo nomine tutor fuerit negociatus teneatur lucrum primum pupillo præstare, licet, non teneatur præstare lucrum, quod postea ex rebus emptis cum pecunia inde extracta fecit, hoc enim tutoris erit, nam tutor tenetur ad interesse damni, & lucri. Capra. conf. 13. n. 3. Gab. conf. 26. n 10. lib. 1. Magon. decis. florent. 1. n. 27. Gratian. disceptation. forens. 240. n. 26. & seq. idem in cœteris administratoribus probant imo interesse pecunię præstare teneri. Munnoz. supra. n. 37. & seq. vbi etiam quid de pecunijs Regis, & Reip. ex Dec. conf. 6. & alijs infra amp. 21. & pecuniarum quæ dictim ex mercibus tutor percipit dominium sit tutoris, & pupillo ad tantũdem in genere teneatur. Mago. supra n. 56.

261 12. Amp. vt si tutor neget habere pupillares pecunias ad alendos pupillos, de mendacio conuictus grauissimas usuras pendat. l. tutor qui repertoriũ §. idem solent de administratio. tutor. Montan. supra n. 172.

262 13. Amp. in tutore condemnato pro contutore qui usuras soluit, si forte eum suspectum facere supersederit, d. l. tutor qui repertorium. §. si tutor. 2. l. 2.

l 2. vbi glo. C. de vsur. pupillar. Monta. supra n. 174.

263 14. Amp. vt si tutor prædia non emerit, ad fructus teneatur, laboribus, & expensis deductis. l. tutor qui repertorium. §. qui post. de administrat tutor. Montan. supra n. 193. Galganet. de tutel lib. 2. tit. 27. n. 40. & seq. vbi ad rationem quinque pro singulis aureis centum post. Rot. Roma. decis. 658. part. 1. diuerso dicam infra. tit. 36.

264 15. Amp. iure etiam canonico ad vsuras teneri. Abb. in cap. conquestus in fine de vsur. Rebuf in l. usuras pecuniæ in fine de verbor. significa. & ita iudicatum testatur. Monta. supra n. 195. licet pupillares iure canonum non deberi dicat. Pereg. cons. 70. n. 7. lib. 4.

265 16. Amp teneri tutorem si predia minus idonea emerit per sordes, vel gratiam. d. l. tutor qui repertorium. §. competit. de administrat. tutor. vel ab eo quem suspectum sciebat. l. Chirographis. in fine. eod. tit. nisi lata culpa, vel negligentia tutoris cessaret. d §. competit. Cagnol. in l. contractus. n. 63. de reg. iur Montan. supra. n. 198. & seq.

266 17. Amp. vt si tutor in proprios usus authoritate propria pupillares pecunias conuertisset, maximis subijciatur usuris l. qui negociationem. §. ex duobus. vbi glo. verbo. usuras. de administratio. tutor. l. qui fine de negoc. gest. l. curator. C. arbitr tutel. l. 1. C. de vsur. pupillar. Monta. supra. n. 207. vt puta si elam vel quasi sua pecunia vsus fuisset. d. l. tutor qui repertorium. §. qui post. vbi Bar. & §. pecuniæ & § vertisse & l. Lucius. tutorem de administrat. tutor. l qui fine. de nego gest. & vltra duplum. Gamma. decis. Lusitan. t to. n. 33. ex Modern. Parisien. de vsur Q. 77. n. 599. C. de fructib. part. 3. c. 3. n 2. Montā. sup. n 213. Cutier. d. c 9. n. 11. Munnoz. d. n. 21. & seq. & ad lucrum cessans, & damnū emergens consuetudinis locl. Spino. de testam. glo. 29 n. 54. Cancer tom. 3. resol. c. 7. n. 26.

267 1. Subamp. ut duo menses non laxentur. l. tutor. qui repertorium. §. usurę, de administratio. tutor. Cuiac. lib. 5. obseruat. 12. Montan. supra. n. 208. Spino. supra. n. 54.

267 2. Subamp. ut centesimas usuras tutor soluere teneatur. . tutor. qui repertorium. l. non extimo. de administration. tutor. l. qui fine. de nego. gest. Montan. supra n. 210. ubi etiam probat non dari centesimis maiores usuras in iure.

268 3 Subamp. ut ultra centesimas usuras tutores extra ordinem puniantur uelut prædones. Bar. in §. quoniam auth ut hi qui obligat habere perhib. res minor. n. 6. Dec. cons. 192. in fine. Crau. cons. 286 n. 1. Rolā. cōs. 49. n. 26. lib. 1. Bellon. cōs. 32. n. 13. & 14. in administratore Vniuersitatis. Dec. cons. 373. Pinel. in l. 2. part 3 cap. 1. n. 29. & seq. C. de rescicnd. uenditio refert. Montan. supra. n. 212. uide infra. tit. 36. & supra. tit. 13. c. 2 amp. 1.

269 1. Lim. amp. 17. non procedere quando tutor tantumdem de suo pro pupillo expendisset post conuersionem in usus suos, quamuis secus foret si antea pro pupillo expendisset. l. 3. §. plane. de contrar. uti l. actio. tutel.

270 2. non procedere quādo tutor suo nomine pupillarē pecuniā foeneratus fuisset. l. Lucius. §. tutorē. 47. l. tutorē. §. pecunię. de admi. tutor. l. Caius. n fine. de vsur. Montā. sup. n 216. vide infra. tit. 36.

271 3. Lim. non procedere in accipiente palam pecunias ei contutoribus usuras soluere promittendo, quas alij pupillo soluere consueuerint. l. non existimo. & l quoties. §. non tantum de administratio. tutor. Monta. supra. n. 217. Galganet. d. tit. 27. n. 16. uel ipse bona fide acceperit, & in libro descripserit, tunc leuiores usuras soluet. Cabal. de usur. Q. 76. Baeca. de decim. c. 18. n. 22. Munnoz supra. n. 24. & seq.

272 18. Amp. ut cēsus uacabiles emere nō posśit, si nō vacabiles qui pro alēdo pupillo sufficere queant emere posset. §. si uerò tantum. ubi glo. & Ang. authent. ut hi qui oblig. habere perhib. &c. Galganet. de tutel. lib. 2. tit. 8. in fine.

273 1. Lim. non procedere quādo pater pupilli emere solitus fuisset. Afflis. decis. Perusi. 67. n 30. & seq. Galganet. d. lib. 2. tit. 27. n. 50. post. Soc. cons. 24. n. 44. lib. 1.

274 2. Lim. non procedere in pupillo diuite. Afflis. supra, Galganet. supra.

275 3. Lim. non procedere quando pupilli diuitis paruas pecunias in d. societatem collocasset. Afflis. supra Galganet. supra.

Vbi autem census non uacabilis quis emit in re censuata præfertur extraneis non consortibus uicinis & alijs prælationem à iure, uel statuto habentibus Rot dec. 243. nouis diuers. par. 5. si res. consueta audiatur.

276 19. Amp. vt an pupillares pecuniæ ad honestū lucrum collocari potuerint præsumptiua probatio sufficit. Bar. cons. 102. n. 1. versic. si enim volo. Rota. Roma. decis 658. n. 3. par. 1. diuerso. Galganet. de tutel. lib 2. tit. 27. n. 44. & si suas collocarit prēsumetur, & pupillares collocare potuisse, nec audictur, si dicat nomina idonea non reperijsse. l. 14. §. 1. vbi Bar de admi. tuto.

277 Contrarium tenēt nonnulli infra in prima limitatione citati.

20. Amp. vt si tutor, vel curator cum pecunijs pupilli censum redemerit, pro quo tutor, vel curator soluebat 12. vel ultra singulis annis, & tunc posuerit pecuniam pupillarem in emptionem alterius census, & minor eligere poterit annuum censum redemptum sua pecunia ad dictam rationem; secus si pecunia otiosa fuisset. Cabal. de vsur. Q. 76. n. 595. Munnoz de ratiocin. c. 14. n. 42.

21. Amp. vt si consocio vita functo consocius tutor negociatus sit nomine communi vtilitas cum pupillo communis sit; si proprio nomine fuerit negociatus, aut de propria, aut de cōi pecunia negociatus fuit, vel dubitatur, si cum cōi commune erit lucrum, si cum propria etiam ex communibus bonis redacta lucrum socij erit, & pupillo interesse soluet commune; in dubio cum propria pecunia negociatus censebitur; si verò dubitetur an proprio, vel cōi nomine fuerit negociatus, sed quando tutor facit id quod officij ratione facere tenetur, licet nomine proprio faciat, pupilli nomine fecisse censebitur. Bar. in l. Titium & Meucium. §. altero de admi. tuto. n. 2. Surd. cons. 9. n. 4. Cutier. de tutel. lib. 2. c. 10. n. 2. & nisi ex coniecturis con-

Q 3 stet

in potentia propinqua, & dec.658.n.3.part.1. diuerso sed Serafi.dec. 186. requirit propinquam, & 474.n.6.part 1. recentis, de facto proprio fidem cum iuramento factam, & recognitam alias probationes iuuare, & 498.n 4. fidem adminiculari, & dec. 497.n.4.part.2. iunctis adminiculis probare sine iuramento secus.Zaccar.dec.Luc.70.vbi citat. Rot.Rom.Serafi dec. 415, n. 5. in curia fidem facere.755.n.3. licet regulariter fides non faciat fidem, maxime non citata parte. dec. 1280.1423. etiam communitatis maxime, si sit erronea. dec. 106.n. 3.& si habeat relationem ad acta de quibus, non constet.dec.383. n. 5. vel ad aliud instrumentum.Surd.dec.231.n.3 nec fides cardinalis sine iuramento probat.Rot.dec.4.coram Cocci.

279 2. Lim. non posse dari ad honestum lucrum nisi in subsidium, si prædia emenda non extent, præsertim si pater non fuisset mercator, nec pecunias ad honestum lucrum collocare, vel si solitus fuisset negociari tutor, non esset industriosus. Bar. in l. Titium, & Meuium §.alteram de administratio tutor. Soc.conf.24.n.44.lib.1.Plot.de in litem. iuran.§ 5.n.18.Affis.supra.n.31 Gutierez. d. cap. 9.n.8.

280 3. Lim. nam pecunias penes eum mercatorem ponere debet qui minus daret, & ita condemnari tutor deberet, non in eo, quod plus ab alio potuisset percipere tutor. l. tutor qui repertorium. §. ex cœteris. de administrat. tutor Roman. sing. 179. vbi testatur ita fuisse iudicatum, & conf 179.Lup. in repetit.cap per.vestras.§.6 illat 7.de donation. inter vir. & vxor.n.2.Surd. de allment.tit.9.Q.40 n.47.Rota.Roman.decis.742.n.3.part.1.diuerso. Gutier.d.cap.9.n 9.10.

281 1. Sublim. non procedere quando pecunias pupillares in suos usus tutor conuertisset, tunc enim ad maius interesse teneretur.Gutierez.d.cap. 9. n. 11. & dixi supra amp. 17.

282 4. Lim. nam mercatore, qui tempore depositi bonus & idoneus tenebatur decocto, non tenebitur tutor, prout nec, si merces fortuito casu amissæ forent.l. si res pupillares. de admini. tuto Bar. in l. si soluturus. de solut. Ang. in l. si à bonæ fidei de rei ven.Castren.in l. qui sub conditione.n 2. de condition. & demonstration. Petr. de Vbald. de duob.fratri.8.par.sub n.4.Lup supra.n.3.Borgnin. de tutor.n.114.Matt.Bru.conf.109.n.4.Burs conf. 112.n.15.16.Surd. de aliment.Q.40.n.38.Lup.in rubr. de donat. inter.vir.& vxor §.9.n.17.& §.7. illat.7. n. 1. fol. 401. Gutierez. supra. n. 12. vbi post.Lup.supra.n.12.& Affis.supra.n. 34.excusari etiã dicit si pecunias penes eũ deposuerit penes quẽ testator collocare solitus erat.Spino.de testã.glo29 n.51.&seq. Galgã. de tut.lib.2 tit.2.n.49.Mũnoz tamẽ. de ratiocin.c.14.n.16. iudicis licẽtiam, ac mandatum requiri probat & n.20. annuo reddi tu empto deperdito, si initio de securitate hipothecę diligenter inquisierit de aliquo non teneatur, secus in casu, quod ita, non prouiderit tunc enim de sorte, & fructibus tenebitur ex l.1.C. de his qui ex offi. quod admi.conue.lib.11. Spino. de testam. glo.29.n.53.& si finita tutela fit, periculum non erit tutoris.l.cum post.44.vbi Bar. de admi. tuto. Surd de ali.tit.9.Q.40.n.38.

283 1. Sublim. & declara.nam si tutor in exigendo negligens fuerit mortaliter peccat, & ad omnia damna pupilli tenetur.Plot. de in litem.iuran.§.5. n.16.& 17.Borgn de tutor.n.114. Gutierez. d.c. 9.n.13.& alij in limitatione citati.

284 1.Amp. etiam quando tutor dedit pupilli pecunias ad societatem officij in personam alterius,qui postea decesserit; tenebitur enim ad damna amissæ pecuniæ, exigere namque debebat, & in tuto collocare.Affis.supra.n.30.& seq.

285 1. Lim.d. amp. non procedere quando pupilli pater ad societatem officij solitus fuisset collocare pecunias. Affis. supra Gutierez. supra, & quando eas posuit in negocio, vt pater pupilli solebat. Decia.conf 85.n.33.lib.5.Soc.conf. 24. n. 44. lib. 1. Medic.dec.90.n.8.

286 2 Lim. non procedere in tutore alicuius magnatis.Affis. supra Gutierez. supra.& quando pupilli conditio exigeret, vt aliquas pecunias in arca retineret.Cor.conf.243.n.9.lib.3.Gratian.discep. forens.240.n.16.

287 3.Lim non procedere quando tutor paruas pecunias dedisset ad societatem officij inspecto patrimonij pupilli statu.Affis.supra.Gutierez.supra vide infra.n.295.

288 5. Lim. principaliter, non posse tutorem in societatibus pupillares pecunias ponere nisi pater pupilli collocare solitus esset.Bar. in l. Titium, & Meuium.§ alteram de administratio. tutor. Sec. conf.24 n.44.lib.1.Gutierez.d.cap.9.n.15.

289 6. Lim. non procedere in modica pecunia, debet enim expectari coaceruatio summæ notabilis pro collocatione glos. in l.finali.verbo.prædiorum C. de admini.tutor.Gutierez.d.cap.9. n. 25. post. Albe. in l.suo. de in integr.rest. Rodulf. de usur. 2. part.Q 66. Bacca. de decim.tuto c.2.n.92. Munnoz.de ratioci.c.14.n.8.9.& infra n.295.

290 7.Lim. non posse tutores pecunias pupillares ad lucrum illicitum dare, alias si principalis non restituet, ipse restituere tenebitur. Rofired delibel. Q.Sabbati.33.fol.733.Silnest verbo.vsura.7.Q. 4. Nauar cap.17.n.267. idem in curatore,& eiusmodi affirmans, & Add. ad Bertaz.conf.crim.2. in fine,& 251.n.83. & Laderch.conf.177.versic.& scimus. & si tutores vsuras receperint ipsimet illas restituere tenebuntur. Guid. Pap. de vsur. n. 46. Bertaz.conf crim.251 n.83. & add. ad conf.2.lit.M. & quas percepit tutoris esse Signor conf 197.Imo. in c. bonafides.n.8.depos.Couar.var lib 3 c. 2. cũ d.onere.n.10. vbi non posse mutuo dari cum onere soluendis annis singulis certam summam saluo capitali, & Bacca de deci.tuto.c.2.n.93.Munnoz. d.c.14.n.19.& propterea, si tutor in aliquo condemnetur periculo eius, non minoris esse. Lup. in c nauiganti n.40. de vsur.

291 8.Lim. nam tutori sex menses dantur pro pupillaribus pecunijs collocandis à die eius electionis, duo autem iampridem constituto.l. si tutor.16. de admini.tutor.Gutierez.supra.n.27.Montan.supra. n.170. & 189.Galganet. de tutel.lib.2. tit. 27. n. 21. sed si in suos vsus conuertisset statim tempus curret per.l.tutor qui repertorium. §. si post. de admini-

ministratio.tutor & duos menses tribui inquit. Laderch.cons.177.versic.exempli.Spino.supra.n. 54. & 55. qui tamen sex menses, non dari probat, si pecunias in suos vsus conuerterit.

292 9. Lim. vt ad interesse damni, vel lucri, non adstringatur tutor propter non positas pecunias ad honestum lucrum, vel in emptionem prædiorũ omissam collocationem, quod pupillus recepisset, si ad honestum lucrum pecunias tutor collocasset, vel in d. emptionem, nec ad fructus d. prædiorum; quando pupilli pater negociari solitus non erat, neque exercendam pecuniam tradere, nec vt illud tutores faciant alicubi consuetum est, & si faciũt, eorum periculo tutores faciunt; & lucrum pupilli erit quo ad fructus quos tutor ex bonis emptis percepisset, si probetur emere potuisse pro tempore quo pecuniam exercendam non tradidit, vel proprio nomine tutor exercuit, vel alter pro eo, ita vt ratio lucri tantum facti ineunda est ex re empta cum pecunia pupillari, quod pertinet ad pupillum; non autem ad lucrum factũ per tutorem ex pecunia redacta ex rebus emptis cum pecunia pupillari. Gab.cons.26.lib.1. Gutier. supra.n.37. quamuis in Hispanijs, & alibi vbi extant commoditates censuum, & reddituum annuorum emendorum ad omne interesse teneri censeat. nec ex non collocatione minime tenetur, si idem vtile soluisset, quod ex collocatione perceptũ fuisset. Mago. de flor.1.n 42. & 55. Gratian. disceptatio.240.n.16. nec nisi damnum emergens, vel lucrum cessans certitudinaliter probaretur. disceptat.67. vide supra.lim.1.

293 10. Lim. non procedere quando æs alienum testatoris soluisset, vel minorem à pensionibus liberasset, tunc enim ex eo teneri non posset, quod pecunias pupillares ad honestum lucrum, vel in emptionem prædiorum minime posuisset, nisi aliæ pecuniæ super essent. Paris. cons. 66. n. 35. & 36. lib.1. Piag. de tutor.Q 19.n.9. ad finem. Gutierez. de tutel.part.3.cap.1.n.82.

294 11. Lim. non procedere quando tutor pecunias obtulisset, & in loco tuto deposuisset, tunc enim ad vsuras minime tenebitur.l. tutor pro pupillo. §. tutor. de administratio. tutor Montan.d. reg.9. n. 179. idemque in hærede tutoris. l. seq. si pupillus factus maior fuerit in mora petendi rationes.

295 12. Lim. non procedere quando modicam tantum pupilli pecuniam habuisset tutor, eam namque non tenetur collocare. l. ita autem. de administrat tutor. Montan supra n.190. vel eam cum decreto iudicis mutuabit ex Bar. in l. si ex legati. n. 5. de verbo. oblig. vide supra n. 287. nisi tutor suspectus esset.l. 5. in fi. princ. de admi. tut.

296 13. Lim. in rustico qui ratione rusticitatis ab vsurarum petitione absoluendus erit. Renat. Coppin. de priuileg.rusticor.cap. 5. ita iudicatum dicens. Montan.supra.n.191.

297 14. Lim. non procedere quando à testatore tutor à rationum redditione liberatus esset, & omni eo in quo condemnari contingeret, tunc enim, si prædia non emerit nisi quatenus locupletior effectus fuerit, non tenebitur. Ang.cons. 144. Decia. cons.178.col.fin.versic.postremo. Plot. de in litem. iuran.§.5. fallent.prima. Monta.supra.n.204.

298 15. Lim. non procedere quoad interesse lucri cessantis per minorem petitum, quod ei non debetur, si non probauerit, quod tales res mercantiles præ manibus aderant ex quibus lucrum certũ haberi poterat. Plot. de in litem-iuran. §. 5. n 17. fallent.4. (vide supra. 1. & 9. limitat.) Gratian. discept.240.n.9. Montan.supra.n. 206. & tunc si non collocarit, ad interesse dumtaxat tenebitur. Munnoz. de ratiocin.administr. c. 14. n. 7. & 21. Gratia.discep.931.n.8. vbi interesse cessare, si pecuniæ in alium minoris vsum fuerint expensæ, vt per eos, & si non constet tutorem lucratum. Rot. dec.202.n.11.part.4.diuers.142.crim. per Farin.

299 16. Lim. non procedere quando ex iusta causa excusaretur Solu. in cõstitution. Sabaud. glo. 3. n. 36.Borgni. de tutor.n.37.Ond.cons.38.per tot.lib. 2. puta, si non expediret pupillo conuerti in emptionem. Rota dec.748.n.3.part. 1. recentis.

300 17. Lim. nam si pecunias suo, & pupilli nomine tutor ad trafficandum dederit, non faciet pecunias pupilli, sed illum tantum faciet in lucro participem nec pecuniæ illæ poterunt pupillo restitui. Cor.cõs.327.n.4.lib.1.loquens de pecunijs tutoris.

301 18. Lim.nam debet apparere tutorem, se tutorem sciuisse. Cur. Iun. cons.239. n. 42. Ruin cons. 108. n. 15. lib. 2. vbi etiam si sciat se tutorem debet pupillum indemnem conseruare, si nesciat gesta per tutorem prætensum nulla erunt, licet valida essent, vbi nesciret tantum administrationem sibi decretam. Tenni.caut.125.n.2. & 4. vbi gesta ab ignorante se tutorem inualida inquit, sed pro tutelæ actione teneri, si autem se tutorem sciens, administrationem sibi interdictam crediderit, cum non foret interdicta, per ipsum gesta valida erunt ut dicit.Rot.d.dec 141. quod vt administrator teneatur duo probari debent primum quod gesserit, & alterius contemplatione.

302 19. Lim nam ex eo quod suas pecunias tutor ad honestum lucrum posuerit non autem pupillares non tenetur ad interesse pupillo, cum suas pecunias pupillaribus præferre potuerit. Pic. cons. 65. n.29. & seq. Rota. Roma.dec. 202. in fine part. 4. diuersо.per Farinac. collectan Feli. in c.1.n. 12. & 13. de præscrip. vbi idem in Prælato.

303 1. Sublim. non procedere nisi certum sit suas collocare potuisse non autẽ pupillares pecunias. Bar. in l. tutor secundum.14.§.non est.n. 2. de administration.tutor. de magis cõi. Friard. in add. ad Villalob.lit.T.n.128.

304 2. Sublim vel potius secus esse dicas, si de damno euitando ageretur. Felin. d. n.13. quod tamen probari debet Rot.d.dec. 142.

305 20. Lim. non procedere quando pro necessitate minoris, vel ecclesiæ tutor erogare coactus esset, tunc enim excusatur, si ad honestum lucrum pecunias pupilli, vel ecclesiæ non collocauit. glo. in §. si verò tantum verbo, necessitatis auth. ut ij qui obligat. se habere perhib. res minor. Alber. in l. sio de restitut. in integr. Rodulph. de vsur. part. 2. Q.66. Bacc. de decima.tuto. c. 2. n. 92. Aur. de partition.c.4.n.32. Molin. de iust. & iur. tract. 2. disputat.224.col.5. in fine. versic. quando ergo prædia.

dia. Munnoz.de ratiocin.adminl. c.14.n.8.9.17. Gratia.discept.931.n.7.& si pro eo alendo indigeret. Munnoz.de ratiocin.c.14 n.9.10.& seq.

306 21.Lim. non esse mutuo fœnerandam pupillo pecuniam à tutore, vel curatore,& si id fecerit sui periculo erit nisi pupilli vel adulti substantia mobilis sit, vel propter necessitatem mutuauerit veluti propter expensas in pupillum faciēdas, & vbi mobilis erit tota substantia tantam fœnori quantitatem dare cogetur, quantum pro expensis pupilli percipiet expedire, reliquam pecuniam cautè custodiet.l.1.vbi glo.& Salic.C. de admini. tuto. vel curato &c.Munnoz. supra vbi n. 17. tantā mutuo dari posse probat quæ sufficiat ad dispensationem pupilli, & eius familiæ, residuum vero conuertere teneri in emptionem annuorum redituum, vel prædiorum per tex. in auth. nouissime. C.de admi. tuto. & ita pluries iudicatum fuisse testatur.

307 22.Lim.non procedere, nec tutorem ad interesse teneri nisi ex dolo, culpa, vel negligentia. Gab conf.26.n.5.& seq.lib.1.quam dicit ab esse vbi tutor.id non facit ad quod non tenebatur.Ond. conf. 38.n.29.& per tot.lib.2.vbi etiam quando teneri ignorabat puta hæres.& quando exceptione compensationis, vel alia tueri se posset non teneri nec moram incurri; nec mora cessante. Rot.dec. 202. par.4.diuers.

308 23.Lim.non teneri, nisi ad vsuras quas mercatores darent minores, vt supra lim.3.& quando pecunias deposuit non teneri ad usuras, nec si eas obtuleri t finita tutela nisi cœpissent ante oblationē currere.l.tutor.29.§. fi. & ibi. glo. fi. de admi. tut. Caroc.de depos. par.2.Q 12. n. 5. qui tamen non probat ante vel post cœptas currere facto depositto, nam glo.quam citat.eam non posuit in deposito tex. contra decidit.& in oblatione B. l. in l. acceptam.n.9.C.de usur.oblationē Impedire cursum vsurarum probat quæ ante currere non cœpere, secus, si currere cœpisset ex contractu nō ex officio iudicis ratione moræ qua cessante per oblationem cursus vsurarum cessat. Caroc, de obla. verba. par. 1.n.26.

309 24.Lim.non procedere nisi lucrum ex re pupilli proueniens fuerit impeditum, eiusue occasione, alterius enim ratio non habetur, Igne. in l.quatenus. n.55.de reg.iur. Rebuf. in l.1.glo.fi.n.7.C.de sent. quæ pro eo, quod interest.

310 25. Lim. non teneri ad interesse minori ætate cessante. Franc.dec.16.n.11. nisi interesse vel fructus alia ratione deberentur, puta ex causa legitimæ quæ cum fructibus deberetur, vel damni emergentis aut lucri cessantis quæ probarentur, & Rot. d.dec.202.part 4.diuers.

311 26. Lim.quando pupilli conditio suaderet, ut aliquæ in arca retinerentur, aut in casibus similibus. Cor.consi.243.n.9.lib.3.Borel. conf. 31. n. 64. Costa.de iur. & facti ignor.dist.24.cent.1.n.12. vbi etiam excusari si non poneret, dando idem emolumentum quod ex pecunia pupilli ad lucrum posita redigi posset. Mago. dec.Flo.1.n.42.& 55.Gratia. discep.240. n. 14. 15. 16.vbi etiam excusari non probata negligentia culpa,& dolo,& si iustam habuisset causam credendi se non esse tutorem.

312 27.Lim. nam si quis suas credens pecunias, vt de suis disposuerit, cum re uera non essent suæ, excusatur ob iustam opinionem. Rot.dec. 142. n. 5. eri.per Farin.202.par.4 diuers.

4254 *Stipulari tutor, & curator pupillo, & minori possunt ac tenentur amp. & lim. vt num. sequent.*

4255 *Stipulari pupillo potest tutoris filius.*

4256 *Stipulari tutori pupillo concessum est.*

4257 *Stipulari tutor pupillo potest, si verba executiua, & obligatiua etiam fuerint ad pupillum relata.*

4258 *Contrarium tenent ibi citati.*

4259 *Stipulatur pupillo tutor tutela etiam finita.*

4260 *Possessionem infanti etiam tutor acquirit amp. num. sequent.*

4261 *Possidens tutor pupillo possidet.*

4262 *Ratificatio non requiritur si tutor pupillo stipuletur.*

4263 *Cessione opus non est si pupillo tutor stipulatus sit.*

4264 *Actio directa tutori quæritur pupillo stipulanti, vtilis autem pupillo.*

4265 *Stipulari tutor pupillo nequit nisi in pertinentibus ad officium.*

4266 *Stipulari pupillo potest tutor, si sua intersit.*

4267 *Stipulari pupillo non potest tutor si commodum sentiat nisi vt ibi.*

4268 *Stipulari à se ipso pupillo nequit tutor.*

4269 *Contrarium tenen ibi citati.*

4270 *Cedere directas actiones non potest tutor.*

4271 *Remittere immobilium ius retractus sine solemnitatibus tutor prohibetur.*

4272 *Pœnam incidere pupillum tutor efficere non potest.*

4273 *Sponsalia non contrahit tutor pro pupillo.*

4274 *Pacisci tutori non est permissum standi creditoris dicto circa damna; & interesse.*

4275 *Fideicommissum reciprocum non remittit tutor, si inæqualitas oriatur.*

4276 *Societatem distrahere tutori inhibitum.*

4277 *Fideicommissum tutori à pupillo ipsomet tutore authore restitui neutiquam permittitur.*

4278 *Testamenti factionem pupillo maiori 14. annis tutor, & curator prohibere minime possunt.*

4279 *Ecclesiastica bona à iudice seculari tutor datus administrare non potest.*

4280 *Hipothecare non potest bona pupilli tutor sine decreto, & iusta causa amp. & lim. vt num. seq.*

4281 *Hipothecare non potest tutor mobilia quæ possent seruando seruari, nisi probata mutui conuersione in minoris vtilitatem.*

4282 *Hipothecari pupilli bona pro debito tutoris minime possunt nisi maior factus ratificet.*

4283 *Hipothecare bona pupilli tutor potest pro causa pupilli tuenda.*

4284 *Hipothecari pupilli bona à tutore possunt in contractu valido, limita vt num. seq.*

4285 *Hipothecare nō potest tutor emptor vendere permisit, nec è contra.*

4286 *Gabellas emere, vel conducere tutori prohibitum. amp. & lim. num. seq.*

4287 *Gabellas emere, & conducere tutor nequit finita etiam tutela ante redditam rationem.*

4288 *Gabellas emere, & conducere potest tutor, quando sponte utrique idonee satis fecisset.*

4289 *Gabellas emere, & conducere tutor potest quoad hæredem pupilli.*

4290 *Gabellas habere potest tutor qui hæreditario iure in contractum fiscalem incidit.*

4291 *Gabellas tenere potest tutor ante tutelam ad id obligatus.*

4202 *Spiritualia tutor non gerit.*

4293 *Castrorum, & Comitatus administrationi se non ingerit tutor qui legitimè tutelam non suscepit.*

4294 *Prorogare tempus ad soluendum tutori prohibetur.*

4295 *Contrarium tenent ibi citati.*

4296 *Feuda noua sine solemnitatibus non concedit tutor.*

4297 *Feudi naturam in præiudiciū fisci tutor non mutat.*

4298 *Locare ad longum tempus tutori concessum non est.*

4299 *Cognoscens carnaliter pupillam qualiter puniatur.*

4330 *Pactum de non petendo debitoribus pupilli facere nequit nisi pro conscientiæ exoneratione.*

4301 *Litem nomine pupilli æstimare tutori vetitum.*

4302 *Confiteri non potest tutor pupilli nomine mutuum recepisse.*

4303 *Iuramentum pupilli aduersario non defert tutor.*

4304 *Cessionem iurium contra pupillum acquirere tutori interdictum.*

4305 *Conuertere in suos vsus minoris bona tutori prohibitum.*

4306 *Testantem ad se instituendum tutor inducere nequit volentem pupillum instituere.*

4307 *Testatorem blando sermone inducere non potest tutor ad testamentum in quo pupillum instituerat reuocandum vt se ipsum institueret.*

4308 *Testando pupillus dolo cessāte tutorem potest instituere lim. vt ibi.*

4309 *Indebitum soluere aut promittere non potest tutor.*

4310 *Iuramentum in litem contrariæ parti deferre tutori non conceditur, vt ibi.*

4311 *Vasallos pupilli à muneribus liberare non licet tutori.*

4312 *Dispensare contra ius tutori etiam Principi inhibitum.*

4313 *Gerere nil potest tutor, quod ad officium suum non pertineat.*

4314 *Pacta contractus substantiam concernentia quando vel non tutori iure concessum sit.*

4315 *Formam à testatore traditam seruare tenetur alias gesta corruunt.*

4316 *Præiudicialia pupillo tutoribus prohibentur.*

4317 *Exceptionibus tutor non renunciat.*

4318 *Prohibita alia tutoribus ibidem.*

4319 *Restitutionem in integrum petit tutor sine speciali mandato amp. & lim. vt num. seq.*

4320 *Restitutio in integrum non cessat ex præsentia, vel interuentu tutoris & curatoris.*

4321 *Restitutio non datur minori aduersus tutelæ acceptationem. amp. num. seq.*

4322 *Restituatur ne minor qui maiorem se putans tutelam acceptauit.*

4323 *Re-*

4323 *Restitutio cessat quoad eum qui mortem pupilli nesciēs litē cū eius tutore prosecutus fuit. lim. num. seq.*

4324 *Restituitur in integrum litem prædictam cum tutore prosequens, si quod propterea damnum incurrisset,*

4325 *Restitutio in integrum cessat læsione cessante, & alijs casibus vt ibi.*

4326 *Pecunias pupillares sibi ipsi tutor ad honestum lucrum mutuare potest lim. num. seq.*

4327 *Mutuo ab alijs accipere non potest tutor pro traffico pupilli.*

4328 *Mutuare sibi ipsi non potest tutor pupillares pecunias nisi palam, & bona fide.*

4329 *Præsentat tutor sine pupillo ad beneficia iuris patronatus.*

4330 *Quasi possessio iuris patronatus quatenus tutori quæratur.*

4331 *Dotem pupillæ constituere, & augere tutori permittitur. lim. num. seq.*

4332 *Dotem constituere sine decreto tutor nequit.*

4333 *Dos data vel promissa à tutore nomine proprio ex bonis pupillæ fecisse censetur bona cuius administrabat.*

4334 *Dotem curator costituere an possit.*

4335 *Curator adultæ dari debet pro dote constituenda.*

4336 *Bonorum possessionē tutor pro pupillo agnoscit amp. & lim. num. seq.*

4337 *Possessionem tutor cum pupillo acquirit.*

4338 *Bonorum possessionem pupillus absque tutore cum decreto iudicis agnoscit vt ibi.*

4339 *Possidere etiam tutor dicitur ratione custodiæ.*

4340 *Mutuo recipere tutori permittitur pecunias pupillares.*

4341 *Arrogationi dat pupillum tutor.*

4342 *Arrogare uel adoptare pupillos tutori, & curatori sibi ipsis negatur.*

4343 *Adire hæreditatem pupillus, & filiusfamilias quomodo possint.*

4346 *Adire hæreditatem pupillus maior infante quatenus possit.*

4345 *Repudiare an tutor possit hæreditatē pupillo delatā.*

4346 *Adire sine tutore opulentam hæreditatem pupillus nequit.*

4347 *Authoritas falsi tutoris opitulari non potest.*

4348 *Adire non debet tutor nisi discusso an expediat.*

4349 *Restitutio aduersus aditionem quando minori detur*

4350 *Recreationibus pupilli honestis pecunias pupillo dat tutor.*

4351 *Bonam fidem agnoscere tutor potest nec admittere litem super debito liquido.*

4352 *Authoritas tutoris non potest statim in contractu poni.*

4353 *Recuperare pupillam propria authoritate tutori permittitur.*

4354 *Fiscus tutorem excludit ab hæreditate pupilli.*

4355 *Contrarium tenent ibi citati.*

4356 *Distinguitur ut ibi.*

4357 *Curatorem à pupillo tutela finita peti, & dari tutor curare debet.*

4358 *Reintegrandæ remedium pupillo an tutori detur.*

4359 *Mala fides tutoris pupillo non obest.*

4360 *Appellationem prosequi tenetur tutor lim. num. seq.*

4361 *Appellationem prosequi tutor non tenetur, si bonam causam non foueret.*

4362 *Appellationem prosequi non tenetur nisi in minori ætate cæpta sit.*

4363 *Domini loco tutor censetur qui rectè gerit amp. & lim. num. seq.*

4364 *Cautionem de rato, & iudicatum soluendo tutor præstare non tenetur.*

4365 *Testis pro pupillo tutor an esse possit.*

4366 *Liberam, & plenam administrationem à lege tutor habere censetur.*

4367 *Domini loco tutor non est qui malegerit, & pupillū spoliat.*

4368 *Procuratorem ante litem contestatam tutor constituere nequit.*

4369 *Proprio nomine non tenetur tutor, & alij alieno nomine contrahentes amp. & lim. vt num. seq.*

4370 *Tutor simpliciter contrahens proprio nomine, non tenetur.*

4371 *Nomine proprio ne alieno nomine contrahens teneatur sat est in præfatione tutelæ &c. mentionem fuisse factam.*

4372 *Nomine alieno gerens si rem acceperit proprio minime tenetur.*

4373 *Proprio nomine non tenetur qui nomine domini cōtraxit, remque habuisse confessus fuit, si in rem domini versum ostendat.*

4374 *Sub scribens se contractui tamquam testis nomine proprio obstrictus non manet, nec sibi præiudicat. lim. num. seq.*

4375 *Subscribens se vt testis si authoretur vlterius super contractu sibi præiudicat.*

4376 *Subscribens se vt testis sciens sibi præiudicat, si actū potuisset impedire.*

4377 *Notarius confectione instrumenti quem partes conficere rogarunt, non sibi præiudicat.*

4378 *Contrarium tenent ibi.*

4379 *Aduocatus clientem super re sua defendens sibi nō præiudicat amp. & lim. num. sequent.*

4380 *Aduocatus actoris, & Rei sibi eos defendens non præiudicat.*

4381 *Aduocatus sciens rem suam patrocinium præstans sibi præiudicat, si non ignorauit rem suam esse.*

4382 *Aduocatus sibi præiudicat, quando ex solo consensu actus perficitur.*

4383 *Contrarium tenent ibi citati.*

4384 *Aduocatus sibi præiudicat aduocationis officium super testamento exercēs. lim. vt num. seq.*

4385 *Aduocatus coactè, & ex necessitate patrocinium præstans sibi non obest.*

4386 *Procuratorio nomine quid agens sibi non nocet.*

4387 *Signans instrumentum rei suæ in alium translatæ sibi obest.*

4388 *Succumbens tutor pro pupillo in iudicio sibi minime præiudicat.*

4389 *Tutor nomine proprio non obligatur præiudicialem actum pupillo faciens.*

4390 *Administrator quilibet legitimus proprio nomine non obligatur.*

4391 *Iudex ex sententia super re sua sibi non nocet.*

4392 *Consanguineus ex necessitate statuti consentiens sibi non nocet.*

4393 *Contrarium tenent ibi citati.*

4394 *Emente tutore prædia minus idonea dolo, vel lata culpa cessante minimè tenetur.*

4395 *Empta rei valore decrescente non tenetur tutor, si initio prudenter egit.*

4396 *Deterioratio nominis debitoris pupilli tutoris damno minime cedit eius lata culpa cessante.*

4397 *Officij causa contrahens vel emens proprio nomine, non tenetur.*

4398 *Administrator qui non gessit ex necessitate officij proprio nomine obstringitur.*

4399 *Contrarium tenet Bursa ibi citatus.*

4400 *Proprio nomine tenetur tutori officij terminos excedens. lim.num.seq.*

4401 *Proprio nomine tutor non tenetur qui officij terminos excessit nullitate declarata.*

4402 *Proprio nomine tenetur cuius etiã nomine mixtim contractus initus fuit.*

4403 *Repetitio et datur qui soluit alieno nomine gerens de proprio.*

4404 *Procurator se ipsum solum in actu repræsentans de proprio tenetur.*

4405 *Confitens tutor vel alius alieno nomine contra rei veritatem, tenetur si res non sit integra.*

4406 *Executor testamenti captura personæ, & pignoris ad exequendum compelli potest.*

4407 *Officij non facta mentione contrahens de proprio tenetur. lim. num. seq.*

4408 *Officij mentionem tacitè factam fuisse sufficit, vt alieno nomine agens non teneatur de proprio.*

4409 *Proprio nomine quis tenetur si ita consuetudo extaret.*

4410 *Nomine alieno contrahens si talis non erat qualem se faciebat de suo tenebitur.*

4411 *Procurator cui aliquid acquiritur proprio nomine obligatur.*

4412 *Contrarium tenent ibi citati.*

4413 *Contrahens alieno nomine, proprio tenebitur si verba obligatiua, & executiua in sui persona cœperit.*

4414 *Proprio nomine contrahens tenetur qui pro se, & hæredibus promisit.*

4415 *Procurator in actu qui sibi soli conuenit obligatur.*

4416 *Procurator à quo mutuans nomine proprio stipulatus est de proprio tenetur.*

4417 *Contrarium tenent ibi citati.*

4418 *Procurator tenetur qui maxime rei certæ respectu contraxit absente domino vt ibi.*

4419 *Proprio nomine tenetur alieno nomine contrahens, si se & sua bona obligauerit.*

4420 *Procurator tenetur quando ratum dominus non habuit contractum.*

4421 *Contrahens alieno nomine in casu non permisso proprio obligatur, & si usuras receperit.*

4422 *Tutor non seruatis requisitis solemnitatibus de proprio tenetur.*

4423 *Proprio nomine tutor tenetur, qui sine iusta causa alienauit, nisi in vtilitatem pupilli versum probetur.*

4424 *Proprio nomine tenetur alieno contrahens absente domino.*

4425 *Contrarium tenent ibi citati.*

4426 *Pactum quod alieno nomine contrahens de proprio teneatur valet.*

4427 *Procurator nomine procuratorio ex speciali, non ex generali mãdato rẽ suã vẽdens de euictione tenetur*

4428 *Proprio nomine alieno gerens tenetur quando ad gerentem etiam negocium spectare poterat.*

4429 *Procurator qui à domino aliquid recepit quod alteri debetur de proprio tenetur.*

4430 *Procurator vel tutor dolo malo, vel contumaciter quid agens de proprio obligatur.*

4431 *Consentiens administratorio nomine sibi non præiudicat; exceptione tamen repelli operatur.*

4432 *Proprio nomine tenetur qui tamquam tutor quid egit cum non esset, vel tutelam illegitime assumpsisset.*

4433 *Procurator ad negocia cõueniri potest vt ibi lim.nu. sequent.*

4434 *Procurator ad negocia qui procuratorio nomine quid egit conueniri, non potest.*

4435 *Procurator simplici confessione nõ obligando se ipsũ non tenetur.*

4436 *Procurator ex contractu domini contemplatione inito conueniri nequit.*

4437 *Procurator ex actu soli domino conueniente, vt in iudicialibus conueniri non potest. lim. vt num. 4439.*

4438 *Tutor non tenetur ex actu tutorio nomine gesto, si & pupillum & tutorem concernere actus potuisset lim. vt num. seq.*

4439 *Procurator in rem propriam constitutus; quine loco defensoris cum satisdatione liti se ipsum obtulisset, vel falsò tutorem procuratoremue asseruisset, vel satisdationem præstitam cum præstita non fuisset; de proprio tenetur.*

4440 *Procurator qui recontraxit nomine procuratorio, si domino acquiratur conueniri nequit.*

4441 *Procurator dominum confitens debitorem conueniri potest si pecuniam ipse vel institor receperit.*

4442 *Contrarium tenet Gaiganet. ibi citatus.*

4443 *Præpositus negocio qui mutuans pignora recepit remotus conueniri potest.*

4444 *Contrarium tenent ibi citati.*

4445 *Coniuncti consentientes vigore statuti tamquã propinqui, vel authorantes an sibi præiudicent; & aliis casibus tutor, & curator proprio nomine tenetur.*

Tutores nomine proprio alijs casibus tenentur vt ibi.

4446 *Solutione tutori facta debitor pupilli liberatur amp. & lim. num. seq.*

4447 *Solutio vni plurium tutorum facta liberat soluentem lim. num. seq.*

4448 *Solutio uni tutorum facta non liberat soluentẽ quãdo dans tutores alterum sine alterius consilio nil gerere posse cauisset.*

4449 *Solutio alteri tutorum facta non liberat soluentem diuisa administratione à iudice nisi aliud conuenerit.*

4450 *Solutio facta tutori in administratione e perseuerãti vt in relegato priusquam ei curator substituatur, vel abſẽti aut Reipublicæ causa absfuturo liberat soluẽtẽ.*

4451 *Solutio ei facta cui tutores mandarunt consilio malo cessante soluentem liberat.*

4452 *Solutio per tuto em curatori facta tutela finita tutorem liberat limita vt num. sequent.*

4453 *Solutione facta per tutorem curatori si minor lædatur in integrum restituetur. lim. vt num. sequent.*

4454 *Solutione facta ex sẽtẽtia iudiciali in integrũ restitutio cessat.*

4455 *Solutione annuorũ redditũ, et huiusmodi facta cessat restitutio vt ibi.*

4456 *Soluẽs tutori liberatur etiã si postmodũ pecunia amittatur.*

4457 *Soluẽs tutori sine iudicis decreto an plenis. liberetur*

4458 *Cõfessio de recepto per tutorẽ facta nõ liberat debitorem.*

4459 *Sol-*

4459 *Soluens tutori sciens remotum vel suspectum postulatum non liberatur.*

4460 *Solutio pro tutori facta non liberat soluentem nisi in vtilitatem pupilli conuersio facta sit.*

4461 *Soluens pupillo sine tutore non liberatur amp. & lim. vt num seq. & ibi.*

4462 *Solutio minori sine curatore nō recte fit amp. n. seq.*

4463 *Restituitur in integrum minor aduersus solutionem tutore, vel curatore authore sibi factā, pecunia eorū facilitate consumpta, lim. vt n. seq.*

4464 *Solutio decreto iudicis facta restitutionem in integrum cessare facit.*

4465 *Solui pensiones pupillo tutore authore, sine iudice possunt, & in integrum restitutio secluditur.*

4466 *Restitutio in integrum aduersus hæreditatem pupillo restitutā an detur.*

4467 *Fideicomissi restitutio soli tutori fieri quando possit.*

4468 *Restitutus minor post hæreditatem aditam restituere tenetur si quid ad eum ex hæreditate peruenit.*

4469 *Renunciare nō potest tutor sine debitis solēnitatib⁹.*

4470 *Renunciare non potest tutor exceptionibus pupillo competentibus.*

4471 *Solutionis tempus debitoribus à tutore præfixum debet a pupillo seruari.*

4472 *Prorogari an possit solutionis tempus debitoribus præfixum per tutores.*

4473 *Actor à tutore constitui potest.*

4474 *Defendere minorē tutores, et curatores obstricti sūt.*

4475 *Possessionem tutor pupillo quærit, amp. n. seq.*

4476 *Possessionē absq; tutore potest sibi pupillus acquirere.*

4477 *Nouare tutores possunt.*

4478 *Contrarium tenet ibi citati.*

4479 *Principis tutor, & curator eius nomine gerit lim. n. seq.*

4480 *Principis tutor, & curator contra iura dispensare nequit.*

4481 *Pluribus tutoribus vnius authoritas sufficit lim. n. seq.*

4484 *Authoritas vnius ex pluribus tutoribus nō sufficit in dissolutione tutelæ.*

4483 *Authoritas vnius tutorum non sufficit, si alter præsens prohibeat.*

4484 *Tutor vnus sine alijs gerere nil potest si constituens vnum sine alio nihil gerere posse cauisset.*

4485 *Authorari non potest tutor cui tutela non dum decreta fuit, vel remotus esset.*

4486 *Authorari non potest inutiliter, vel falso tutor datus nisi cū falso verus etiā authoritatē interposuisset.*

4487 *Authorari pro tutor, vel procurator minime potest.*

4488 *Authorari non potest tutor qui non satisdedit rem pupilli saluam fore.*

4489 *Authorari curator nequit.*

4491 *Authoritas vnius in stipulatione quādo nō sufficiat.*

4492 *Authorari non potest falsus tutor.*

4493 *Authorari quibus casibus tutor nequeat.*

4494 *Authorari volens quatenus pupillo teneatur.*

4495 *Consentiens, vel authoritatem interponens suis iuribus quatenus præiudicet.*

4496 *Contrahere non possunt tutor, & curator cum pupillis ac minoribus lim. num. seq.*

4497 *Contrahere tutor, & curator cum minoribus possunt palam, & bona fide vt ibi.*

4498 *Contrahere tutores, & minores possunt finita tutela, & redditis rationibus.*

4499 *Contractus inter tutorem, & minorem valet si iuramento firmatus sit, quamuis læsus minor restituatur lim. n. seq.*

4500 *Donatio ad quam minor inductus fuit dolo enim cēsetur facta nec iuramento validatur.*

4501 *Contractus tutoris minor seruare tenetur. amp. & lim. n. seq.*

4502 *Contractum tutorio nomine factum verbis etiam executorialibus, & in forma cameræ pupillus seruare tenetur.*

4503 *Contractus à matre tutrice factos pupillos seruare tenetur licet statuti solemnitatem omiserit.*

4504 *Locare tutor potest ac tenetur bona minoris.*

Restituitur minor læsus aduersus locationē, & cōductionē.

4505 *Contractus fraudolentos, & dolosos minor seruare non tenetur.*

4506 *Contractus sine tutore, & iudice initos pupillus seruare non tenetur.*

4507 *Contractus simulatos pupillus seruare non tenetur.*

4508 *Locationem ad longum tempus à tutore factam, velut inualidam non tenetur pupillus obseruare.*

Alienationē, rei suæ pupillus approbare potest, & agere contra tutores ad pratum, si læsus sit.

4509 *Tutor sine interuentu pupilli quæ gerere possit.*

4510 *Consilium alioquin requirendum testamētarius tutor requirere non tenetur.*

4511 *Consilium officij participis requiri debet.*

4512 *Consilium mater tutrix cum clausula relicta, quod omnia faciat cum consilio Titij requirere obstricta censetur.*

4513 *Consilium agnatorum si ex testamento requiratur de masculis tantum intelligitur.*

4514 *Consensus, licentia, & authoritas alicuius vbi interuenire debet semper perquirenda est.*

4515 *Instrui & disciplinas addiscere pupillū tutor cauere debet.*

4516 *Contrauenire contractui è se gesto tutor potest, si læsus fuerit.*

4517 *Operarij excusantur ob tutoris mandatum, nisi eisdem prius ne colerent fuisset denunciatum.*

4518 *Cessio actionum an & quomodo per minorem fieri, vel tutorem possit.*

4519 *Exigere tenetur tutor nomina debitorum pupilli.*

4520 *Contumacia tutoris quando pupillo noceat.*

4521 *Producens instrumentum cum qualitate tutoria illud acceptare debet. amp. & lim. n. seq.*

4522 *Agens ex contractu à tutore & c. inito illum approbare censetur.*

4523 *Producens instrumentum illud quoad enunciatiua, etiam approbare censetur.*

4524 *Producens instrumentum non videtur approbare nisi indiuidua, & connexa non autem separata.*

4525 *Societas inter tutorē, & pupillū cōtrahi nō possit.*

4526 *Possessionem tutor, & curator cum decreto in alium trāsferre possunt lim. n. seq.*

4523 *Possessione per tutorem ex actu nullo translata minor reintegratur.*

4528 *Possessionem tutor, & curator per actum fictum transferre nequeunt.*

4529 *Interpellari debet tutor cū transmissione copiæ instrumenti, vt pupillus in mora constituatur.*

4530 *Fideicommissi reciproca tutore valet facta remissio*

læsio-

læsione cessante amp. & lim. vt n. seq.

4531 *Substituto pupillæ pecunias dare potest tutor gratuita restituere vt substitutionem remittat.*

4532 *Fidecommisso num censeatur per diuisionem renunciatum fidecommissi scientia data.*

4533 *Fidecommisso non reciproco tutor renunciare non potest.*

4534 *Curator non potest fidecommissum remittere.*

4535 *Procurator sine mandato ad hoc fidecommissum remittere nequit.*

4536 *Ratificare potest tutor cum pupillo pupilli nomine gesta. lim. n. seq.*

4537 *Ratificatio vt valida sit quæ requirantur.*

4538 *Mandatum à lege tutores, & curatores habent.*

4539 *Mulier tutrix vt talis contrahens statuti solemnitates incontractib' mulierũ requisitas seruare minime tenetur nec in actu pro exoneratione conscientiæ.*

4540 *Pacta resolutiua quæ per tutores inuri possint.*

4541 *Domicilium tutor, & curator pro minore, ac demẽte constituunt.*

4542 *Delegatio tutoris bona fide facta liberat debitorem pupilli.*

TIT. XIX.
DE AVTHORITATE POTESTATEQVE TVTORVM. CAP. I.

DE NOMINE QVO GESSISSE TVTOR CENSETVR.

1 Tutor quæ cumque tutorio nomine gerit pro pupillo egisse censetur, & à pupillo gesta videntur, ac si ipse met pupillus fecisset, & pupillo actiones acquiruntur. Menoch. cõs. 314. n. 13. Bursat. cons. 177. n. 29. & 30. subdens tutorem Domini loco esse. Crau. cons. 553. n. 1. per. l. qui fundum. §. si tutor. pro emptore. Masc. cõcl. 1390. n. 2. per. l. 3. §. sed & quod de tutore. iud. solu. & vniuersi patrimonij administrat onẽ habet. §. datur. Inst. de excus. tut.

2 1. Amp. vt in rebus ad pupillum spectantibus in dubio nomine tutorio gessisse, & contraxisse censeatur, tutoris etiam nomine non expræsso, l. post mortem. §. 1. l. finali quando ex facto. tutor. Bar. in d. l. post mortem. §. tutor. n. 2. & 3. Castr. cons. 249. n. 2. lib. 1. Cor. cons. 1. n. 7. lib. 1. Grammat. decis. 103 n. 76. Bero. cons. 58. n. 3. & 4. lib. 3. & 135. lib 1. & cons. 63. n. 17. loquens de tutore hæreditatem pupillo delatam appræhendente lib. 3. Bertaz. cons. criminal. 2. n. 39. vbi etiam tunc tutorem proprio nomine non teneri. Alcia. reg. 2. præsumpt. 24. n. 3. Mascabrun. ab Anguil. cons. 18. n. 221. Borgni. de tutor. n. 243. & seq. Menoc. lib. 3 præsumptio. 49. n. 5. & cons. 314. n. 13. Granuc. theoremat. 8 n. 10. Montan. de tutel. effect. 4. cap. 31. n. 9. Gratian disceptation. forens. 401. n. 35. & 36 vide supra tit. 17. cap. 1. & in procuratore. Surd. cons. 19. n. 31. & seq. Bero. cons. 135. lib. 1. Alba. cons. 553. n. 12 & in prælato. Senat. Dolan. dec. 142. n. 15. vbi ex. Meno. lib. 3. præs. 46. & 49. ex coniecturis iudicis arbitrio colligi. Senat. Dolan. dec. 54. n. 14. & quando tutor fecit quod testator iussit, l. qui. 59. vbi Bar. de admi. tuto.

3 2. Amp. tacenti, nec fari valenti authorem fieri posse, & muto etiam. l. impuberes. 13. de authorita. tutor. l. muto. 6. de tut. etiam si a nemine interrogetur. l. etiam. 3. vbi glo. verbo. probare. de authorita. tutor. Galganet. de tutel. lib. 2. tit. 23. n. 22.

4 3. Amp. vt tutor citatus in actu ad pupillum pertinente, vti tutor citatus censeatur, nisi qualitas ista exclusa fuisset. Serafin. dec. is. 415. n. 1. & si contra tutorem, & pupillum datis positionibus respondeat tutor in negocio connexo sufficit n. 6.

5 4. Amp. vt si tutor suo nomine de pecunijs pupilli emerit bona, pupilli efficientur si emptionem ratã pupillus habuerit, vt sibi facta venditione, vel prose; quod si ratificare noluerit hipotecam habebit in bonis emptis, & prælationem pro pecunia recuperanda, etiam si bona ecclesiastica forent l. si. tutor. C de seru. pigno. dat. manumit. Borgnl de tutor. n. 252. Neguzan. de pignor. membr. 4. part. 2. n. 163. Galganet. de tutel. lib. 2. tit. 23. n. 32. & tit. 27. n. 6.

6 1. Lim. nõ procedere in extraneo nomine proprio emente ex pecunijs pupilli, tunc enim empta res ementis, erit pupillo tamẽ cum anterioritatis priuilegio hipothecata pro suis pecunijs consequendis. l. idemque, qui potior. in pignore habeant. Neguz. de pignor. 4. membr. 2. part n. 163. Galganet. d. n. 32. Rauen. sing. 192. Cor. cons. 213. lib. 3. Borg. de tutor. n. 243.

7 5. Amp. vt si tutor proprijs pecunijs pupilli nomine quid emerit, ex quo fructus perceperit ascendentes ad satisfationem pecuniarum pupilli in dictam emptionem erogatarum, empta bona pupilli fient, fructus enim in fortem computabuntur ad illud, & debitum pupilli extinguendum; & id plus quam quod erogauerit ab eo perceptum fuerit, cum re empta pupillo restituere tenebitur. Afflict. decis. 44. n. 31. Borgn. de tutor. n. 254. ex cõmuni, & venori rationibus per eos adductis.

8 6. Amp fatesse tutorem in actu quem gessit se tutorem nominasse; absque eo quod tutorio nomine gessisse expræsserit. Guid. Pap. de præsumption. n. 34.

9 7. Amp minori competere nedum reintegrandæ remedium, sed etiam interdictum vnde vi, etiam non secuta ratihabitatione minoris, si minoris nomine emptionem fieri non ignorabat vẽditor, si tutor fuisset possessione spoliatus. Afflict. decis. 300. Borgni. supra. n. 255.

10 1. Subamp. idem esse, si iuramentum in emptione appositum fuisset partis, enim præsentiam supplet Rol. cons. 19. n. 29. & seq. lib. 1. & cons. 6. n. 40. lib. 2. Borgni. d. n. 255.

11 8. Amp. vt possessio pupillo quæratur, vel minori, eo ipso quod tutor, vel curator domino nempe pupillo, vel minori acquirere intẽdit, licet tradens intenderet alteri acquiri, siquidem in acquirendo possessionem plus operatur animus acquirentis, quam tradentis, licet in acquisitione dominij secus sit. glo. & Docto. in l. 1. §. si per procuratorem de acquirenda posses. Afflict. decis 301. n. 3. Borgni. de tutor. n. 256. & quando locat, & pẽsiones percipit, probatur. Alex. cons. 10. n. 3. lib.

4. Affl.

4.Affl.dec.325.Masc.concl.1 18.Gratia.discepat. 700.n.37.& pupillo non sibi tutor posidet. Seraf. dec.80.

12 9.Amp. vt si tutor legatum præstare grauatus fuerit, non censeatur proprio nomine adstrictus, & si actus in administratione consistat, tutor nomine pupillorum legatum præstabit, sed si non fuerit in administratione, pupilli suo nomine facient cum tutoris authoritate. l.Thais. §. tutoris. de fideicommis.libertat. Bologne.cons.21.n.45.

13 10.Amp.vt pupilli lucrum sit, quod tutor ex pupillaribus pecunijs facit, si primum sit, secus tamen est in lucro quod ex primo lucro ex bonis seu pecunijs pupilli facto tutor percepit, hoc enim lucrum secundum tutoris est Capra conf. 13. n. 3. Gabr.conf.26.n.10.lib.1.Magon. decis. Florentina prima.n.27.

14 11.Amp.etiam si tutor actum suo nomine gessisset Mascard.de probation.conclus.38. n. 2. Lamberteng.de contract.glo.8.n.2.Bero. conf. 135. n. 4.lib.1.dummodo emerit ex bonis pupilli non de extractis ex bonis pupilli; idem dicens, & subamplians quamuis prosc, & hæredibus actum gessisset cum clausula tamen, & omni meliori modo. Capra.conf 13.n.2.vbi n.3. probat, vt si tutor ex pecunijs extractis ex rebus pupillaribus proprio nomine emerit, pecuniascum interesse restituere teneatur.Corn.conf.327.n.4.lib.1.Menoch.conf. 213.n.59.vbi n.83.subdit quod si ex pecunia pupilli emerit, illam pro sua legitima accepisse præsumetur.Crau.conf.937.n.4. Grat. conf. 24. n. 4. lib.1.M ago. dec.flo.1.n.27.vbi idem in pecunijs communibus.

15 12.Amp.tutorem ex pecunia pupilli emisse censeri prout, & quilibet administrator.Crauet.conf. 129.n.3.Borgni.de tutor.n.243.Capra. conf. 13. n.9.vbi tamen coniecturis hoc debere constare. Mascard.concl.1164.n.8.& 1398. n. 6. nisi adeo diues tutor esset, vt ex suis pecunijs emisse coniici posset.Manti.de contract.lib.4 tit. 22. n. 21. Surd.dec.15.n.25.& seq. coniecturis probari cuius esent pecuniæ, & curatores in executionem mandati dati a testatore emisse censeri pro ut, & tutores.

16 Contrarium vt proprio nomine emendo non censeatur emise ex pecunijs pupilli.Cor.conf.122. n. 9.lib.2.

17 13.Amp.vt quando pupillo expediat authoritatem præstare teneatur.l. si tutor nolit de authoritat.tutor. l.fin.in princ.C. de adminiſt. tuto. Roma.conf.425.ad fin.versic.14.

14. Amp. vt procurator nomine domini emisse præsumatur, nec iuramento eius contrario stabitur, si speciale mandatum ad illud habuerit. Alex.in l. 1. §.per procuratorem.n.4.Seisel.n. 2. de æqui. pos. Meno.lib.1.Q.77.n.4.de præsump.Surd.conf. 19. n.50.& quando mandatum expressit nomine domini contraxise censetur, licet hoc non dixerit.n. 24.si mandatum precesserit n. seq. Ias. in l. si post dotem n.75.& seq.sol.mat.Rot.Gen.decis. 91. n. 6.vbi etiam quando socius suo, & socij nomine contraxit sociali contraxise dici, & quando proprio nomine fieri non poterat. Serafi.dec.375.socium habentem gubernium non obligare socios ex contractu extra societatem, nisi versio probetur, quę versio excluditur, si partita in socieli libro scripta non sit; & cum aliquo vti socio, & procuratore contrahens sciens esse talem, vti socium contraxisse censeri. Sed si nomen proprium procurator expressit proprio nomine contraxisse censebitur maximè, si pro se, & hæredib⁹ fecerit. Cur. Iun.conf 179.n.6.ex cōi.

15. Amp.coniectura sufficere, vt.quis alieno nomine actum gessisse censeatur. Surd.conf. 19. n. 30. & sequent.

16. Amp. vt alieno nomine actus gestus censeatur, si proprio nullus fuisset. Crau.conf. 322 n.3.vers. sed magis in terminis. Rota.In Theatina, seu nullius iurisditionis de Buclanico.23. Iunij. 1614. coram Reuerendissimo D. Coccino. Lotter. de re benef. lib.1.Q.24.n.269. Rot Gen.supra.

17. Amp. alieno nomine factum censeri, si proprio geri non poterat. Rot.Rom.dec.245.n.6. part. 1. recent.vbi de celebratione in Ecclesia facta quoad alios priuatiue. Manti. dec. 207. n. 3. vbi quando actus cōmuni nomine expediri debebat. Mastril. dec.287.n.33.& quando procurator super re domini contraxit quod proprio nomine non teneatur nisi expræsse promiserit.Rot.dec.766. part. 1. recentis, vbi etiam, si partem mercedis notario soluisset non teneri soluere residuum ex Surd.conf. 212.n.25.nisi esset connexum. Rot. dec. 575. d. part.1.& 93.n.7.par.2.vbi de curato quod nomine Episcopi nō proprio curā gerere cēseatur.Surd. cōs.212.n.25.vbi partē soluentē sibi nō obesse in residuo.sed Mastril.dec.221.n.29. in causa onerosa secus tenet, & facto inuentario soluenti in residuo nō nocere. Mantic. de inuē.c.1.n. 177.Surd. de ali.tit.8.priui.22.n.16.

18 1.Lim.nam actus gesti ab ignorante se tutorem nulli sunt.l.quæso.de eo qui pro tutor.l.3 §. sed & si quidem.iud.solui.Roman.conf.353.n. 7. Mandos.in regul.cancellar. Q.1.reg.31.n.8.& quando contrahentes ignorabant esse tutorem. Borg. de tuto.n.243.Masc.concl.1398.n.3.

19 1.Sublim.non procedere quando gerens qui tutor non erat pro tutore communiter habebatur. Tiraq.de legib.connub.glos.8.n.144.& 146.

20 2.Sublim non procedere in eo qui pronunciatus fuisset tutor.l.1.in.fi.quod falso.author. Rim. cōs. 386.n.6.

21 2.Lim. non procedere quando actus ad pupillū non spectaret principaliter, sed ad tutorem quoque pertinere posset, tunc enim proprio nomine egisse præsumetur, nisi tutor in libro pupillarium rationum. d. contractum actumue scripsisset vti pupilli nomine gestum.l.5.§.quando ex fact tuto. Bero.cōs.184.n.2.lib.1.& conf.58.n.4.lib.3. Borgni.de tutor.n.343.Masc.cōcl.1398.n 8.l. Titiū. 48.§.præfectus, & § altero. vbi etiam, si debitor pupilli in genere emat proprio nomine. de admi. tuto.& si suas pecunias ad lucrum deponat pro pupillis legem potest dicere, quam velit. Cor. cōs. 327.n.4.& 5.lib.1.& si pro parte ad pupillum spectat, pro eas parte nomine pupilli actū videtur. l. fi.vbi Bar. quando ex facto tuto. & pro alia proprio

cipiente ab ecclesia Valasc. de iure emphi. Q. 35. n.4. idem probans in pactis addictionis in diem, legis commissoriæ, & retrouendendi.

33 1. Lim primam opinionem, non procedere quādo minor, tutor, curator, ecclesia, pater aliique alienorum gestores tale pactum ex interuallo sine decreto apponerent, aliisque solemnitatibus in alienatione immobilium minoris ecclesiæ, & huiusmodi requisitis, omissis, esset enim alienatio inualida solemnitatum defectu, l. si ad resoluendā C. de præd. minor. Cagnol. in l 2.n.148. & 207. C. de pact. inter emptor. & venditor. Tiraq. de retractu conuention. ad fin. titul. n. 1. Boer. dec. 182. n. 35. Borgni. de tutor. n. 246. Natta. ad. conf. Alex. 106.n.2.lib.7. Fabian. de emptio. & venditio. Q. 7.n. 1. vbi de adulto sic absque curatore paciscente. Eugen. conf. 95.n.58 Pinel. in l. 1. part. 3. n. 53. C. de bon matern. Simoneel. de decret. lib. 2. tit. 6. n.9. Surd. conf. 290.n.62. Mantica. de cōtract. lib. 4. tit. 31.n.15. 16. Barbos. in l. si constante. n. 125. solut matrimon. Gutierez. de tutel. part. 2. cap. 5. n. 37. & 38. Surd. dec. 173.n.23.

34 1. Amp. vt nec etiam prorogari possit huiusmodi pactum cum prorogatio easdem exigat solemnitates quæ in actu prorogato requiruntur in eius celebratione l. qui Romæ. §. Callimachus. de verbor. obligation Bal. in l. pactum curatoris in princip. Sali in fine C. de pact. Tiraq. de retract. conuention ad finem titul. n. 18. Simoneel. de decret. lib. 2. tit. 6. n. 5. & 6.

35 Contrarium tenet Cag. in l. 2. n. 272. C. de pact. inter emptor. & venditor. Eugen. conf. 95 .n. 59. sub dubio tamen.

36 1. Sublim. non procedere in contractu census quia in illo ex hoc læsio non consideratur Folleri. de censi pag 441.n.60. & 61. Surd. decis. 173. n. 21. Simone. d. tit. 6. n. 7.

37 2. Sublim. non procedere quando minor cum iure iurando se obligasset, tunc enim iuramenti ratione teneretur. Bero. conf. 154.n. 19. Simone. supra sub n. 19.

38 1. Lim. 2. opinionem conclusioni principali contrariam non procedere, si minori venditio ita facta fuisset sub conditione scilicet redimendi, & nō aliter nec alio modo, etenim verba isthæc operātur, vt si non valeat venditio, vt actum fuit, non etiam valeat, vt valere posset Bald. in cap. 1. §. denique n. 5. versic. sed pone. quæ fuer. prima caus. benef. amitten. in vsib. feudo. Alex. conf. 3. n. 4. versic. in tantum lib. 1. Borgni. de tutor. n. 251. versic. & considera. Simone. de decret. d. tit. 6. n. 11.

39 2. Lim. non procedere quando minor iurasset, tunc enim iuramentum obseruare teneretur. auth. sacramenta puberum. C. si aduers. venditio. Bero. conf. 154.n. 19. lib. 1. Simoneel. d. n. 12. versic. declaratur secundo.

TIT. XIX. CAP. III. DE PROROGATIONE PACTI RETROVENDENDI.

40 Non potest tutor pactum retrouendendi prorogare. Tiraq. supra. in d. tit. de retr. conuention. ad fin. tit. n. 18. Eugen. conf. 95.n. 57. & sequent. Simone. de decret lib. 2. tit. 6. n. 5. Gratian. disceptation. forens. 26. n. 10.

41 Contrarium tenet. Cagnol. in l. 2. n. 272. C. de pact. inter emp & venditor.

42 1. Amp. primam opi. vt non possit etiam prorogare solutionis tempus Tiraq. d. n. 18. Simoneel. supra n. 6. post Alex. in l. pactum curatoris n. 6. C. de pact. qui de magis communi testatur. Gratian. d. n. 10.

43 Contrariam opinionem communem testantur Cagnol. in l. 2. n. 272. C. de pact. inter empto. & venditor. & Matte. Cunno. de pact. lib. 1. cap. 21. n 25. & sequent. nisi damnum ingens pupillo eueniret.

Princeps autem pactum hoc etiam iuratum prorogare potest nisi tempore lapso conuenisset, redimi nō posse Cag. in l. 2. n. 143. C. de pact. inter emp. & vend. Sola. in const. Sabaud. ead. rubr. n. 95.

44 Remittere autem non posse tutorem pactum redimendi seu retrouendendi competens pupillo nisi cum decreto, ac solemnitatibus in alienatione bonorum requisitis ad minorem spectantibus. Cagno. in l. 2. n. 193. C. de pact. inter. emptor & venditor. Eugen. conf. 95. n. 56. Gutierez. de tutel. part. 2. c. 6. n. 14. post Alex. conf 27. col. 2. versic. plus videtur. lib. 3. Foller de censi d. versic. instrumēto gratis n. 63. circa finem. Simonee l. d. tit. 6. n. 3. & 4. vbi nec posse sine solemnitatibus alienari probant Eug. conf 95. n 56. & seq. Tiraq. de retr. conu. ad fi. tit. n. 19. Rot dec. 328. n. 5. par. 2. recentis. idem de executore dicentes.

TIT. XIX. CAP. IIII. DE BONIS EXTRA TERRITORIVM EXISTENTIBVS.

45 Tutoris authoritas ad bona extra territorium existentia extenditur, ad omne enim patrimonium pupilli constitutus censetur l. propter litem §. licet de excusation. tutor. l. magis puto. §. illud. de reb. cor. §. datus autem. Institut. de excusation. tutor. Castren. conf. 413. lib. 2. Alex. conf. 128. n. 4. lib. 1. Cagnol. in l. fin. n. 27. de iurisdit. om. iud. vbi idem siue à testatore, vel à Iudice tutor datus sit. Borg. de tutor. n. 281. Rosel. de indulgent. n. 297. & seq. subdens ideo excusari Serader. de feud. part. 10. section. 19. n. 85. Montan. de tutel. cap. 4. n. 22. & de magis communi cap. 7. n. 55. & 56. & nisi curatorem pro eis constitui fecerit tutor pro eis tenebitur. l. tutores. 40. §. rerum de administr. tutor. Galgan. de tutel. lib. 2. tit. 17. post Cast. conf. 320. n. 2. lib. 1. Cor conf. 202. n. 6. lib. 2 Fab. in l. magistratus. C. vbi petat. tut. vel cur. Rot. dec. 177. n. 27. nouis. diuerso.

46 1. Amp. vt quoad bona quæ augentur constitutus censeatur licet augumenti respectu datus non censeatur, anterioribus bonis constitutus. l. quoties 10. §. constat. de administratio. tutor. Montan. de tutel. cap. 32. reg. 9. n. 41.

47 1. Lim. non procedere quando respectu bonorū alibi existentium curator datus fuisset; tunc enim quoad ea tutor in alio territorio existens datus nō censebi-

& Surd. de ali.tit.8.priu.56.n. 107. & seq. nisi cōgrue ob nuptias l. t. C. si aduers. donat. vel consueta.Bal. & Sali. ibi; sed cum decreto, & authoritatutoris, & curatoris donare posse l. si quidem.C.de præd.mino. licet læsus restituatur intra decennium l.fi. in fi.C. si maior fac.alie.rat.habu. Lamb. glo. 15.n.10. de contr.mul.Caneer.supra.

60 7. Amp. vt neque consanguineo donare possit. Rebuf.de donation. & alijs dispositio.glo.5. pag. 361. & de tutoris consanguineo l. pupillus.§.sed & fi. de admini.tutor. Montan.supra.n.79.nisi pupillo expediat glo. in l. cum plures §. cum tutor.verbo.mittet.de admi.tut.vel nisi indigeret Rui.cons. 63.n.14.lib.1.

61 8. Amp. vt neque cum decreto iudicis tutor donare possit l.fin.§. cum autem C. si maior fact. rat. habuer. de cōi.Gutierez.supra.n.1.& Farinac.Q. crim.15.n.57. Odd. de restitutio. in integr. Q. 58. artic. t. & 2.Galganet. de tutel.lib 2.tit.1.n.9. & lib.3.Q.46.n.3. nec minor cum tutoris authoritate, neque cum præsentia curatoris Odd. supra.nec cum decreto Simon. supra ex cōi. præsertim si ex breuitate temporis causæ cognitio excludatur Rota.dec.257.n.10. coram Caualer.

62 9. Amp. etiam si plenam habeat donans cum libera administrationem Duen. reg.3t.Montan.supra.n. 317. vbi propterea de suo teneri dicunt Pinel. in l. 1.par. 3. n. 56. siue à lege habeat, vel ab homine C. de bon.mat.Munnoz.supra.n.5.d.c.24.

63 10. Amp. vt stante statuto, quod contractus cum minore celebratus sine curatoris authoritate non valeat etiam si iurauerit, impossibile sit quod cum curatoris authoritate donet etiam iuramento adhibito quoniam curator ad donandum dari non potest, nec iuramentum quicquam operatur quoniam id statutum improbat Bal. in l. 1. C. si aduersus donatio. & cons. 146.n.3.lib.2.Natt.cons. 173. n.3. & 166.n.17.Rol.cons.54.n.29.lib.2. Simon. de decret.tit.2.n. 4. & 5. inferentes propterea inualidas esse refutationes quas faciunt puellæ fratribus cum curatoris authoritate, & iudicis decreto quando nubunt iuramento non obstante quatenus sapiunt donationem; & quidem ipso iure nullas tradunt ex quo statutum iuramentum reprobat.ex Anchara.cons.69.n.t. & seq. & Alex.cons. 116. n. 2.versic.præterea lib. 1.Felin.cons. 16. n. 14. post Bal.supra de qua illatione dixi in tractatu pacti de non succedendo. habet enim statutum potestatem iuramentum remittendi antequàm præstetur Doc. in c. quamuis de pact. in 6. Bal. in l. pactum n. 4. Dec.n. t t.C. de collation. Minsing. cent. 3. obseruat.99. vbi ita in Camera iudicatum fuisse testatur de communi Viui.commun.opin.794.

64 Contrarium tenent Vasq. de succes lib. 2.§. 18. n. 187.Guliel. de Benedict. in c. Rainutius verbo. duas habens filias.n. 258. de testam. & Docto. in auth. sacramenta puberum C. si aduers. venditio. veram, & communem probat Ferrat caut. 16.magis communem etiam testatur. Paris. cons. 53. n. 62. & Viui.cōi,opi.791.& late cōprobaui in tract. nullitatum seu in fine pactorum, & à minore factā iuramento validari Serafi.dec.782.n.3. & Gratia. discept.233.n.25. & statutum simpliciter non posse iuramētum tollere de cōi. Alba.cons.198.n. 16. 4. n. 21. vbi etiam non sufficere generalem Papæ confirmationē,& de cōi. Rot.dec. 357.corā Caual.

65 t. Lim. 2. opinio. non procedere quando statutum rationabili causa moueretur, vt puta si præsumeret contractum dolose, vel simulate aut metu initum, tunc equidem iuramentum non valeret Bal. cons. 148.n.9.lib.1.Soc.Iun.cōs.3.n.36.lib.2.147. n.11.lib.3.cōnem testantur.Cur.Iun.cōs.118 n.6. & Ferrat.d.caut.16.n.3.& 4.& Eugen.cons. 88. n. 58. & seq. de magis cōi Mandos ad Roman. cons. 12. Rota.Auenion.dec.79.n.12. & Ond. cons. 5.n. 40.lib.2. & Rim.Iun.cons. 5. n. 143. veriorem, & magis communem probat, & Bertaz.cons. 15. 12. n.47. & Turret.cons.19.n.23.lib. 1. & Gallia.cōs. 105. n. 37. & Gutierez. in d. authen. sacramenta puberum.n.45.C.si aduers.venditio.Rol.cons.99. n.20.lib.2.& Morot.cons.53.n.21.& Farin.Q.cri. 15.n.20.Serafi.priuil.iuram.83.n.80.Ces. de Barz. decis Bonon. 32.n.26.Rot.Rom.dec.54.part.1.recent.vbi quando minor se maiorem iurasset,etiam si maior factus pluribus annis tacuisset de magis cōi.Gab.cons.13.n.6.lib.1.& Rim.Instit.quib.alie. licet.n.297.& Simonc.de decret.tit.8.n.165.Rot. Rom.dec.665.n.10.par. t. recent. & Alba. cons. 70.n.7. Rota coram Caualer.decis.257.vbi de cōfirmatio à Papa de cōi & iudicando seruata Marz. cons.20.n.1.Cancer.var.resol.par.1.c.8.n.61.

66 Contrariam opinionem cōnem dicit Cur. Iun. in d. authen. sacramenta puberum. n. 59. Crot. in l. omnes populi.n.47. de iust. & iur. versic.limitatur. Caccialup.n.35.Paris.cons.96.n. 102. & seq. lib.1. Ruin.cons. 194.n.10.lib.1. Eugē.cōs. 3.n. 30. Rol. cons.99.n.15. & seq.lib.3.de magis cōi.Crau. cōs. 902.n.1.& Bero.cons. 176.n.59.lib.1.

67 1. Lim. hanc. 2. opinio. non procedere quando statutum iusta, & rationabili causa contractum etiam iuratum annullaret, vt puta quia in loco mulieres, & minores frequenter deciperentur, tūc etenim contractus quem statutum dolosum, & simulatum præsumeret nullus esset nec iuramento firmaretur. Cor. in d. authent. sacramenta puberum. n. 98. Crot. supra. Ruin. supra. n. 9. Rol.supra. n. 20. Eugen. d. n. 30. Bero. cons. 180. n. 8. lib. t. qui intelligit si statutum prohiberet contractum iniri,& iurari secus si iam præstitum iuramētum annullaret; sed ista differentia,non est admittenda quia semper statutum quod futura respicere solet prohibet iuramentum præstari alioquin non esset nullum; nisi ageretur de contractu celebrato ante statutum, quo casu eius distinctio procederet. & hæc lim. est magis cōis, vt plures citatorum supra in d. prima limitatione d. secundæ opinionis decimæ ampliationi contrariæ testantur.

68 1. Sublim. non procedere vbi causa dolum præsumendi à statuto considerata non appareret Grat. cons. 84.n.8.lib. 1.Serafi.priuileg.iurament 83. n. 80. vbi de magis communi, qui tamen indubitabile inquit, & cogitandum relinquit. durum tamē esset contra statutum dolum, & simulationem præsumens, & iuramentum obtinere in foro laico.

69 2. Sublim. non procedere quando statutum simpliciter dolum simulationem aut fraudem

Z præsu-

præsumeret nulla iuramenti facta mentione, isto enim casu iuramentum firmaret contractum quia statutum non loquitur de contractu iurato Alex. consf.170.col.6.& sequent. lib.2. Simone. de dec. tit.8.n.167.Thob.consf.108.n.9.Farin.d.Q.15.n. 20. & quia statutum simpliciter loquens actum iuratum minime compræhendit de magis communi Bursat.consf.264.n.32.

70 3. Sub Lim. d. statutum non procedere nisi simpliciter fuerit iuratum confirmando contractum, secus si vlterius minor factis scripturis iurasset se esse maiorem ex quo minoritas nullo modo probari posset vt l. si alterius.C. si minor se maior.dixer. tunc enim statutum minori nō prodesset.Cast.cōs. 53.lib 2. de cōi omnium Serafi.d.priuil.83.n.81.

71 1. Lim. non procedere quando statutum præsumeret dolo, & fraude contractum initum, ac simulatum, tunc enim de nullitate dicere posset.Bar in d.authent. sacramēta puberum.n.1. & alij omnes de magis communi.Mandos. de minori ætat.Q.7. Simon.de decret.tit.8.n.183.de magis cōi.Gallia. consf.105.n.9.Rota.Rom.dec.54.par.1.recentior. n.2.Benint.decis.47.Rota. Auenionen. decis. 78. n.6. de communi, & per Rot. Roman. seruatam Marescot.resolut.63.lib.2.Rim.Instit.quib. alien. licet.§.2.n.28. & sequent. vbi contraria tollit Môtan.de tutel c.33.n.593.dixi vbi supra petita prius absolutione à iuramento.Rot. in Roman. nullita. oblig.5.Iulij. 1604. coram Apd. Atrebaten.Gratia discep.750.n.20. & seq. præsertim in constitutione Legati de Latere à Papa confirmata.

72 4. Sublim. non procedere quando minor solēniter confiteretur contractum cum eo factum verum esse, & legitimè factum ac fine ullo vitio, vel fraude tunc etenim contractus iuramento firmaretur, non obstante statuto, & per euangelicam denunciationem obseruare contractum teneretur quia aliter faciendo in peccato moraretur Bologne. in l. omnes populi n.97. de iust. & iur. Serafin priuil. iuram.83.n.82.versic. quarto intelligitur.

5. Sublim. non procedere quando statutum nō præsumeret contractum dolosum, & simulatum, vt requiritur ad hoc ne iuramētum contractum firmet statuto fine certa solemnitate prohibitum; sed solū mandaret inquiri ne fraudes cōmittātur tūc enim iuramentum inter contrahentes fraudem purgaret Serafi.priuil.iur. 73. n. 66. & seq. Rot. Rom. dec. 665.n.10.part.1.recent.

73 2.Lim.d.2.opinio.contrariam 10.ampliationi nō procedere in impubere glo.in d.auth.sacramenta. puberum verbo. puberum,& in l.finali.verbo. poterit de liberali caus. de magis cōi.Alex in l.qui iurasse de iur.iur.Paris.consf.99.n.17.lib. 1. Gab. de minor.conclus.5.n.39.Meno.cōs.29.n.37.de magis cōi.Simone.d.tit.8.n.164.dicā infra in tractatu iuramenti.

74 3. Lim. non procedere quando statutum in contractibus certam solemnitatem requirit, qua non adhibita instrumentum nullam probationem facere disponit, tunc enim iuramentum nihil operatur, quia sicut instrumentum contractum non probat, ita nec iuramentum.Cagnol. in l.si librarius.n.43. de reg.iur.Gab.de minor.conclus.5.n.33.Simone, d.tit.8.n.168.Rot.Rom.dec.218.n.3 par.2.recēt. Rot.Bonō.dec.121.in nouissimis.& 125 n.42.

75 4. Lim. non procedere quando statutum minori bonis interdiceret nisi cum tutoris authoritate, vel eiusmodi solemnitate contraheret, tunc enim minoris iuramentum non valeret quia, non habet administrationem. Simonc. d. tit. 8. n. 169.

76 5. Lim. & amp. multi fariam, vt per Simone. d. tit.8. & Serafi. priuil. iuram.83. & prout late dixi in fine pactorum, & inferius etiam dicetur hoc tit. & licet statutum iuramentum tollere nequeat potest tamen in certis casibus limitare Seraf. priuil. iuram.74 n.29. & eius vires debilitare, & differre. Gras.de excep.32.n.12.Surd.consf.299.n.17.& tollere posse effectus iuramenti à iure ciuili tributos. Cuuh. de morat.præser.n.62.

77 5. Lim. nō procedere stante enormissima læsione Rot.Bonō.dec.125.n.52.infra dicā hoc eodē titulo Alba.consf.597.n.10.

78 11. Amp. vt minor, non possit immobilia tradere pro dote personæ extraneæ etiam cum decreto quia donaret hoc faciens. Bal.cōs.108.lib.1.Natta consf.173. in princip.Simonc. de decret.lib. 1. tit. 2.n.6.nec pauperis pro dote dare aliquid nisi ad id pupillus teneretur.Bal.Nou.de dot.par.6 priu.63. vbi etiam decretum exigi, si immobilia pupillæ pro dote tradat, vel quæ seruari possint.

79 12. Amp. neque etiam ex causa nuptiarum sine decreto posse donare Bar. in l. si constante. n. 76. solut matrimo. Cur.Iun.consf.168.n.20.Montan.supra.n.318.Galganet.supra.

Contrarium tenent Odd. de rest. in int.Q.58.n.5. Simon.de decre. tit.2.n.15.Meno.consf.29.n.15.Bap. à S. Blas. de dot.cēt.1.priuil.63.n.63.Intrig.sing. 87.n.221.lib.3.

80 13. Amp. etiam si ei donetur à quo res donata prouenerat. Ias. in l. cum filiofamilias. n. 170. de leg. primo Tiraq. in l. si umquam verbo. donatione Largitus.n.158. C. de reuocan. donation. & de legib.connub.glo.5.n.56.in fine.Pincl. in l.1.par. 3.sub n 58.C.de bon.matern.Vasq. de succes.creatio.tit. de testa.potent.§.10.amp.21. sub n.72.lib. 1.Simon.d.tit.2.n.7.per l.1.§.vltim. de reb.eor.

81 14. Amp. quando minor in contractu emptionis, & venditionis clausulam appsosuisset, & si plus valet donat, ad hunc enim minor contrauenire poterit Simon.supra.n.8.

507 53. Sublim. non procedere in beneficialibus Franc. Marc. decis. 1239. & 1324. par. 1. vbi intelligit iusta causa impedimēti cessante, infirmitatis, hostium incursus, vel grassatorum, hiemis vel huiusmodi Add. ad decis. 440 coram Ludouis. vbi moræ purgationi locum non esse literis non expeditis exacta pensione, etiam accedente consensu partium sine authoritate Papæ.

508 54. Sublim non procedere oppositione in iudicio à parte facta, tunc enim mora non potest purgari Crau. cons. 246. n. 5. 216. n. 23. post Alex. cons. 237. in fine lib. 6. Manci. de iuram. par. 4. eff. 13. n. 21. & supra n. 504.

55. Sublim. vbi ex statuto rigor seruari debet Alex. in l. & si post tres n. 3. si quis cautio Io. Annib in l. si insulam n. 25. de verbo. oblig. Manci. d. eff. 13. n. 41 Ias. in l. admonendi. 2. lect. 246. vers. 36. vbi idem in iudeo.

56. Sublim non posse purgari, si contractus in executionem rei iudicatæ factus sit Alex. in d. l. si insulam. n. 27 Manci. d. eff. 13. n. 44.

57. Sublim. in eo qui à Iudice monitus fuit positionibus respondere qui moram purgare nequit, si iudex pro confessis haberi pronunciauerit Alex. in d. l. si insulam n. 36. Ang. n. 29. Rip. n. 89. Assis. decis. Luc. 44 n. 43 Manci. d. eff. 13 n. 55. nisi aduersarius non sit in probando grauatus Osasc. decis. 71. n. 56. Intrigl. sing. 76 n. 67. lib. 3.

58. Sublim. quando in dispositione dictiones præcisæ positæ fuissent vt puta, continuò, mox, omnino vel taxatiuè. Crot. cons. 49. n. 10. Manci. d. eff. 13. n. 59.

59. Sublim. quando ad pœnam priuationis processum foret Paris. cons. 19 n. 232. lib. 2. Manci. eff. 13. n. 61. vel ad realem executionem ex mandato relaxato n. 62. ex Rot Rom. ibi citata.

60. Sublim in mora irregulari in qua cessat purgatio Paris. cons. 19 n. 234. lib. 2. Māci. d. eff. 13. n. 63.

61. Sublim. nam cessat moræ purgatio in præiudicium tertij Paris. d. cons. 19. n. 239. & seq. Gram. cons. ciu. 19. n. 11. Manci. d. eff. 13 n. 67. & quando res principalis debet stipulatori præstari pœna autem tertio Bar. in d. l. si insulam n. 23. à quo tamen recedunt alij vt per Alex. n. 41. Ias. n. 38. Marescot. resol. 125. n. 4. lib. 2.

62 Sublim. si vasallus intra annum, & diem inuestituram non petierit Rip. in d. l. si insulam n. 40 64. Alex. cons. 40. n. 3. lib. 6. Dec. cons. 328. Clar. in §. emphiteosis Q. 43. Manci. supra n. 69.

63. Sublim. quando res, & pœna ex pacto peti potest Rip. in d. l. si insulam. n. 110. Manci. supra n. 70.

64. Sublim in herede qui intra tempora statuta à l. fi. C. de iur. delib. inuentarium facere omisit, qui moram purgare nequit Alex. in d. l. si insulam. n. 35. Ias. n. 31. Marescot supra n. 23.

65. Sublim. in matre quæ tutorem filio dari non curauit, cum primum potuit adire prætorem, quæ moram purgare nequit l. 2. §. si mater iuncto. vers. confestim ad Tertul. Marescot. supra n. 24. vide infra tit. 21. n. 107.

66. Sublim. deuoluto beneficio ob non factam collationem intra semestre à die scientiæ verisimilis, impedimento iusto cessante, & excusationem præstante non causato, & immouibili, cessat enim moræ purgatio glo. in c. 2 de concess. præb. vers. infra sex menses. Abb n. 11 Nosti n. 3. Butr. n. 14. & 15. Compostel. n. 15. Rebuf. deuolut. n. 27. Lotter. de re benef. lib. 2 Q. 24. n. 54. & per totam de deuolutione beneficiorum agit.

67. Sublim. non procedere quando tempus à lege præscriptum fuisset Inno. in cap. cum in tua col. 1. vers item habent qui matri. accus. pos. Bal. in c. 1. col. 2. vers. ex isto. quo tempo. mil. & in l. si ea n. 13. C. qui accus. Tiraq de retr. lig. §. 3. glo. 4. n. 2. Calia. cons. 16. n. 78. Benin. decis. 11. de communi Surd. cons. 97. n. 29. & seq.

68. Sublim vt licet edere instrumenta vel libros debenti non negetur audientia perpetuò sed temporaliter durante, scilicet contumacia Franch. decis. 271. n. 3. si tamen bona denegandæ audientiæ iudicis comminatio præcessisset mora purgari minimè posset Dec. in l. is apud quem n. 30. C. de eden. Gratia. discep. 239. n. 13. & seq. edi autem debent per Reum actori ad fundandam intentionem piæ causæ fauore. Tiraq. de priu. piæ caus. priu. 155. Surd. de alim tit. 8. priuil. 3. n. 3. Bero. in c. 1. n. 70. de probat. & iudex ex officio supplet Surd. supra priuil. 4. ab editione vero liberatur qui mentionem instrumenti fecit si iuret non habere Seraphi. priu. iura. 6. n. 21. Mona. dec. Luc. 29. n. 9. 10. vbi subdit à iudice ex officio posse deferri, & dec. 29. relatum etiam instrumentum produci debere nisi inter easdem partes factum rem claram contineat, & nisi ad notarios recurri possit.

69. Sublim. vt quamuis fideiussor de repræsentando seu iudicio sisti lapso tempore moram incurrat, eamque si fisci vel partis interesse cesset, eorumque ius non sit effectum deterius purgare possit l. & si post tres, si quis caut. vbi Doc. cōmuniter, quia præsentando ac sistendo partis ac fisci intentioni satisfit Bal in l. qui crimen. n. 20. C. qui accus non pos. Cast. in l. 2. §. in fideiussorē. n. 2. vers. & ex hoc. qui satisd. cog. Rip. in l. si insulā. n. 62. de verb. oblig.

73. Sublim. non poſse purgari lite conteſtata Surd. conſ.157.n.32.

Contrarium probat Barz. deciſ.50. n.51. & ſeq. de æquitate canonica.

74. Sublim. non poſse moram purgari, ſi collator intra ſex menſes à die ſcientiæ vacationis non contulerit, tunc enim ad Papam deuoluitur Rot. dec. 309. n.4. par.1. recentis de quo latè per Garz. de benef. par. 10. cap. 2. non tamen agit de moræ purgatione.

509 1. Amp. ſupraſcriptas ſublimitationes, vt quibus caſibus mora purgari non poteſt, non detur etiam in integrum reſtitutio Veral. dec.96. par.3. Gratia. deciſ.49. n.1. in addit.

2. Amp. vt licet ſemel remiſſa ſit, ob nouam contrauentionem promiſſor incidat in pęnam Ruin. conſ. 198. n.13. lib.1.

3. Amp. vt emphiteota negans ſe eſſe emphiteotam moram purgare nequeat puta ad canonis ſolutionem poſt moram conuentus Spec. de loca. §. nunc aliqua n.106. verſ. 84. Corb. de cauſ. priuat. ob non ſol. canon. lim. 41. n.18. Intrigl. ſing. 94. n.136 lib.3.

510 1. Lim. generaliter ſupraſcriptas ſublimitationes non tamen moræ exculpationem excludi Bal. in cap. quoniam frequenter. in princip. n.7. in fine vt lite non conteſta. Manti. dec.270. n.11.

2. Lim. moræ purgationem non excludi quando agitur de actione conſeruanda etiam ſi implementum conſiſteret in dãdo vel faciendo, quod fieri vel dari facile poſſet Manti. ſupra.

3. Lim. non procedere quando mora promiſſi receptione remiſſa fuiſſet Manti. ſupra. n.14.

4. Lim. non excludi ex ſtatuto dante paratam executionem publicis inſtrumentis ex communi Io. Annib. in l. ſi inſulam n.22 de verb. oblig. qui ſublimitat ſi dies appoſita fuiſſet, vel promiſſa in inſtrumento guarentigiato prius coram teſtibus promiſſa fuiſſent. Corb. de cauſ. priuat. ob non ſol. cano. n.17.

Contrarium tenent Nig in d.l. ſi inſulam n.32. Annib. n.22. Soc. cõſ. 199. n.4. lib.2 Intrig. ſing. 94. n.134. vbi Magnam Curiã ita pluries iudicaſse teſtatur.

5. Lim. per vaſallum purgari poſse qui intra annum, & diem inueſtituræ renouationem non petijt, & reſtitui in integrum ex clauſula generali minorem Viui. deciſ.428. ſubdens feudo non priuari niſi probetur hęres, & ſciuiſse feudi qualitatem, & illud poſsediſse, & non obeſse filijs, & agnatis nec priuari ſine ſententia Pereg. conſ.14. n.16. lib.1. & 21. n.10. non priuari ſine dolo, & agnatos reuerti, maxime antiquum, nec ceſsante domini contemptu ad dominum deuoluetur n.19. & 94. n.29. lib.2. ſubdens communitatem niſi ſolemniter congregatam non committere dolum. Bello. conſ.6. n.20.

6. Lim. vt in dubio illa opinio ſit amplectenda quæ moræ purgationi faciet Oſaſc. dec.71. in fi.

7. Lim. nam capitulum quod omiſit Vicarium intra 8. dies eligere vacante epiſcopali ſede re integra moram purgare poſſit Garzi. de benef. par.5. c.7. n.7. & epiſcopus a mora conferendi ex iuſta cauſa, & dubio errore iuris excuſetur Rot. dec.632. par.2. recentior.

511 1. Lim. 2. opinionem contrariam primæ limitationi 20. ſubampliationis non procedere ſi dolus abeſset, tunc enim iuramento non obſtante mora de iure canonico purgari poſset c. apud miſericordem. 32. Q.1. vbi glo. communiter recepta, quoniã dolo ceſsante ad. l. ſi quis maior requiſitus, ceſsat pœna eiuſdem de communi. Rot. Rom. deciſ.273. n.5. & 6 par.2. diuerſo.

512 2. Lim. dictam 20. ſubamp. non procedere ſi moram purgari poſse conueniſset, cõuentioni etenim ſtandum eſset Ruin. conſ.133. n.7. lib.1. Seraq hi. priuil. iuram.48. in fine.

3. Lim. non procedere niſi iuramentum ſit aſsertorium, & confirmatorium, ſecus in aſsertorio ſolum, hoc enim ſecundum communem non impedit moræ purgationem Rip. in d.l. ſi inſulam n.94. de verbo. obligat. & in l fin. n.133. C. de reuo. donat. Corb. de cauſ. priu. ob non ſol. cano. lim.41. n.14.

4. Lim. non procedere iuſta cauſa ſubſiſtente, iuſtouè impedimento, tunc enim mora purgari poterit Imo. in d.l. ſi inſulam n.19. ſal.6. in fi. Alex. n.37. Ripa n.92. Bolog n.231. de verb. oblig. Cor conſ. 121. n.3. verſic. inſuper. lib.1. Dec. conſ.138. n.8. Bero. conſ.150. n.34 lib.1. receptiſſimam dicit Alcia. in l. ſi quis maior. n.38. Bertaz. n.734. C. de tranſact. Simon. de Pret. de vltim. vol. lib.5. dub.2. interpr.2. n.228. fol.72. & quod debitor quantitatis à mora ob difficultatẽ excuſetur Cag. in l. quod te. n.109 ſi cert. pet. Facchi. contro. iur. lib.2. cap.91. Corb. d. n.14.

1. Sublim. non procedere quando impedimentum tempore ad moram purgandam præfixo elapſo ſuperueniſſet, tunc enim obligatus moram purgare impeditur l. penult. C. de fideiuſ. Bal. in c. capitulum S. Crucis. n.10. de reſcrip. probari enim debet iuſtam cauſam præfixum tempus præceſſiſse Alex. conſ.142. n.3. lib.1. Niger. in d.l. ſi inſulam. n.296. Anch. Q.91. n.26. lib.3.

1. Amp. idem eſse ſi impedimentum ſuperuenerit intra tempus non ex iuſtitia ſed ex benignitate ad purgandam moram præfixum, quia tunc debet imputari moram purgare debenti Ang. in d.l. ſi inſulam n.10 Imo. n.50. de verbo. oblig.

2. Sublim. quod dicitur de iuſta cauſa non procedere quoad hæredes, debitor enim non excuſatur à mora allegans ſe ignoraſse quod eſsent hęredes creditores defuncti, quia a notis cõſanguineis, & vicinis perquirere tenebatur, & ab his qui veriſimiliter hoc ſcire poterant, & debebant l. hæc autem. §.1. ex quib. cauſ. in poſ. eat. Rui. conſ.88. n.12. lib.5. Anch. Q.51. n.19 lib.3.

5. Lim non procedere in foro poli, quoniam cum pœnitentibus gremium numquam claudat eccleſia, in eo foro mora ſemper purgari poterit c. quiuis. 25. diſtinct. Roma. conſ.417. n.7. Bolog. in d.l. ſi inſulam n.57. verſ. ſed tamen, & in d.l. ſi quis maior. n.91. Cag n.151. in fi.

6. Lim non procedere quando aliquis factum aliquod promiſit cum iuramento, hic enim moram purgando magis implet, quam non purgando; ideo admittitur ad moræ purgationem Alciat. in d.l. ſi quis maior. n.38. & Bertaz. n.736. C. de tranſact.

7. Lim.

subdens bona redempta post mortem testatoris ex pacto per testatorem inito in restitutione fideicommissi venire, & hæredem redimentem solum prætium repetere posse,& Peregr.decis.5.n.8.& Viui. dec.402.n.15.& seq. ex receptissima prælegata si grauamen precedant in restitutione fideicommissi venire pro vt si in vniuersali institutione posita sint. Pereg. decis.64. restitui debere probat mobilia,& animalia, & si culpa heredis perierit,secus ea cessante, & si vsu quotidiano consumpta esset, & 99. n.15.16. legata etiam inualida restitui substituto n.19. & decis.110. n.8. omnia restitui debere siue præcedant,siue sequantur ex verbis vniuersalibus. Pereg.de fideic.art.35.n.22.23.28. non restitui pro necessitate hæredis vsu censum Mona. decis. Flor.39. n.16.

21.Lim. vt ex clausula summariè de plano sine figura iudicij sola facti veritate inspecta mora purgari possit iuramento non obstante Cag. in d.l.si quis maior.n.156.& seq. Cacche.dec.1.sub n.129.

Contrarium tenet Ruggin pract. QQ.c.1.n.68.

22.Lim. vt licet detur regressus pensionario ad beneficium ob non solutam pensionem potest tamen mora purgari Veral. decis.9. par 3. Lotter. de re benef.lib.1.Q.40.n.465 & seq. & receptione pensionis regressui renunciatum censetur nisi protestatio saltim generalis reseruatiua quorumcumque iurium emissa fuerit n.287 vbi etiam tradit,quid sit,si annullari vel reduci pesionem fuerit petitum, & lapso quadriennio, & fortius decennio post regressum competentem si pensionarius tacuerit sibi præiudicat Caffad. de caus. pos.& propriet.decis.5. tenuit Rot.etiam in resignatione facta per ordinatum ad titulum beneficij in Hispalen.de Carmona. Veneris 17.Iunij.1588. Garz.de benef.par.4.c.3. n.51.& seq. subdens regressum nisi ex magna proteruia non canonizari, & ita iudicauit per Illustr. & Reuerendiss. D.Thobia Sirti Vicarius Illustris. & Reuerendiss. Episcopi Lucani nō esse locum regressui in causa R.D.Io.Baptistæ Pinocci cum R. D.Ioanne Laurentio Boni qui fuerat ordinatus,ad titulum patrimonij beneficij permutati vt cessaret regressus ex quo vltra annos.10.erant decursi anno.1635,moræ purgationem admittens,& sententiam d.D.Vicarij fuit confirmata à S.Congregatione super Concilio, Decembris 1636. non esse locum regressui sed Rot.dec.311.par.5.diuersor.si ita conuenerit regressum dari probat, maximè ex magna proteruia in non soluendo pensionem.

23.Lim. nam volente domino directo mora purgari potest, puta recipiendo canonem,vel creditor prætium vel eius partem receperit vel non soluti prætij vsuras petierit,dummodo directus dominus cōmissum scierit,& etiam post declaratam caducitatem purgari probat Mago decis.Luc.35. quamuis renunciatum fuisset omni iuris,& legum auxilio.

24. Lim. nam in præparatorijs ante litem contestatam tacita,& expræssa confessio potest reuocari,& mora purgari non obstante iuramento nisi statuto penitentia expræsse excludatur Cast.cons.166.n.1. lib.2. Natt.cons.381.n.1.& seq. Marf.Laud.cōs.3. n.3.si tamen confessio reuocetur expensæ refici debent, Cast.supra.Ias.in l.error.n.2.C.de iur.& fact. igno. & Rot. Luc. in 2. Semestri. 1571. in causa Vincentij Vanni cōtra Baptistam Landini ex actis D. Nuccorini,vbi etiam dictum fuit post litem contestatam reuocari non posse nisi errore docto probando rem aliter se habere ex glo. & Bal. in l de ætate.§.si. de intero actio. qui tamen post litis contestationem restitutionem in integrum requirit, nec reuocari posse si ius partis deterius factum sit, & Papien. de interogato. glo. compellatis vbi latè distinguit.

25.Lim vt ad exceptionem moræ purgatio admittatur, licet non ad actionem nec re non integra nō admittatur. Soc.in l.in testamēto.2.n.1.de testam. Manti.de vlt.vol lib.11.tit.18.n.39.& seq.loquentes in testamenti conditionali dispositione, & quatuor casus distingunt.

26.Lim. in ordinario cui literæ Apostolicæ directæ fuere pro conferendo beneficio in forma dignum qui re integra post 30.dies moram purgare potest, nisi se solum exequi posse pronunciasset, vel inhibuisset, aut decretum apposuisset Garz. de benef. par.6.c.2.n.88. & seq.

513 21.Sub amp.d.l.si quis maior. C.de transact procedere etiam quoad hæredes iurantium, & contra eos,licet enim heres iurantis non fiat periurus quia iuramentum iurantis animam non egreditur; iurata obligatio tamen afficit iurantis hæredes in hac enim defunctam repræsentat Ang. cons.326. sub n.2. Cast.cons.13 n.3.lib 2. Cristof. de Castel. cons.24.n.60.Cur.Iun cons.110.n.16.& in l.si quis maior n.24.C.de transact. Soarez.alleg.9.n.12.de magis communi Gab.de transact.cōcl.1 n.4 quod eorum scilicet heredes quibus fuerat obseruandum iam data ob inobseruantiam iurantis reuocare possint Soc. cons.38.lib.1. Gail. obs.27.n.4.lib.1. Meno. cons.443.n.19.& cons.24.n.22.Grat.cons. 66.n.27.67.n.2.& seq. lib.1.Vegi.cons.68.n.299. Mago. dec. Luc.21.n.25. Rotæ Luca.Decia.cons. 31.n.76.lib.1.Surd.cōs.424.n.22. Intrigl.de feud. cent.1.art.5.n.349. Rim Iun. cons.262 n.20. vbi contra heredes transire; & ex magis communi ad heredes eius cui iuratum fuit transire Farin. in fragmen.par.2.n.1156.

Contrarium tenet Cag. in d.l.si quis maior n.201. & seq. de communi Bolog n.21. 25. & 65 Parpal. n.96. Paris.cōs.54.n.93.& seq.lib.1. Laur.de Pinu. cons.137.n.16 Bero cons.150.n.9.lib.1. de magis cōi Affl.dec.Perus.93.n.40.& seq.respectu reuocationis donationis nisi in vita donatarij ingratitudo in iudiciū deducta fuisset,reiecto Gab.sup.Gab. cons.66.n.27 & seq. lib.2. Caffad. decis.2. n.8. de iur.iur.Machel.patroci.28 n.12.& seq. Borg. dec. 43.n 37.lib.1. qui tamen secus probat quoad effectum iuramenti pro obligationis validitate veriorem, & receptam quod heres iurantis non obseruans pœnas d.l.si quis maior non incurrat, quia iuramentum personale est Menoch. cons.355. n.71 Seraphi.priuileg.iuram fin.n.4.Carpan.super stat. Mediol. cap.409. n.31.par.2. Facchi.contro,iur. lib.1. cap.13. Cenci. de censi par. 2. cap.1. Q.3. art.8.n.22. Fari.supra n.1158.non transire ad hæredes iurantis.

Distingue, nam aut ex delicto sui authoris quia non obser-

obseruauerit promissa conuenitur heres, & tunc licet pœnam infamiæ hæres non incurrat, ad pœnas tamen pecuniarias d.l. tenetur; aut verò ex proprio delicto conuenitur, quoniam ipse contrauenerit, & cessabunt omnes pœnæ d.l nam cum non iurauerit hęres vt periurus puniri non potest, licet ad obseruantiam contractus teneatur, hic enim iuramenti effectus ad hæredes transit Alcia. in d.l.si quis maior ad finem de communi Bolog. n.24 25. Bertaz n.784. & seq. Meno. cons.198. n.10. & seq.

1. Amp.21.subamp. vt actio d.l.si quis maior detur etiam cõtra singularem successorem; cum namque contraueniens ipso iure dominio priuetur, & alteri acquiratur, res vtiliter vendicari potest contra singularem successorem Alciat. in d.l.si quis maior. in fi. Bertaz. n.798. vbi reprobant Alex. secus sentientem. Cag n.211.

Contrarium tenet Alex.cons.92.n.2.& 3.lib.1. de cõmuni Bolog. in d.l.si quis maior. n.100. Bertaz. n.92. Cur. Iun. n.26. Viui.communi opi.127.n.14. & seq. lib.1. Borgni. dec.43.n.43.lib.1.

Distinguit Bologne. supra n.27. quòd aut contraueniens dominio priuatur veluti si nemini vendere nisi transigenti promisisset ac iurasset, & prima procedat, aliàs secundæ locus existat.

1. Lim. 2.opinionem nam saltim contraueniens ad rei alienatæ æstimationem soluendam conueniri poterit Alex. d. cons.92.in fi.Cag. in d.l.si quis maior n.213.

2. Amp. vt actio ex d.l.si quis maior successori etiam singulari detur eius scilicet cui fuerat iuratũ, sicut etenim hęres in ius defuncti, ita cessionarius in ius cedentis succedit Rim. Iun. cons. 124. n.11. latè Surd. cons.424.n.22.& seq.

Contrarium tenent Cur. Iun. in d.l.si quis maior. n.25. Cag. n.200. Viui.communi opin.127.n.14.& seq. lib.1 etiam si a contrahente causam haberet nisi iuribus cessit vt per eum.

3. Amp. d.l. pœnis hæredem non liberari ex inuentario per eum confecto, si ipse hęres contrauenerit, illud enim à culpa propria hęredem non liberat Ang. cons 329. alias. 336. Cur. Iun. in d.l.si quis maior. n.24.

1. Lim. vel potius secus esse dicas si defunctus contrauenisset, tunc enim inuentarium hæredi prodesset, quia ipsum conseruat indemnem vt ex Ang. supra tradit Cag. in d.l.si quis maior. n.210. vbi etiam formam tradit inuentarij conficiendi Bolognet. n.102. in fine.

4. Amp vt hęres ob sui authoris contrauentionem in solidum teneatur est enim indiuidua obligationis iuratæ obseruantia quo casu peccans in indiuiduis insolidum tenetur Doc. communiter. in l.4.§. Cato. in 6. oppo. Bar. de verbo oblig. de communi omnium Ladereh. Imol.cons.62.n.3.& seq.

1. Lim.21.subamp. non procedere quo ad hoc vt hęres iurantis coram ecclesiastico conueniri queat, ipse etenim non iurauit, nec alterius iuramento fori ecclesiastici fit, nec anima eius obstringitur Doc. communiter. in d.l.si quis maior. de communi Bolog. n.101. Cag n.208. Feli. in c.cum sit n.9. de foro, compet. idem probans si pro se, & hæredibus defunctus iurasset de cõmuni Franc. in c.fin. n.4. de foro compet. in 6. & Cassado. decis.2. de iur. iur. n.9. post Doc. in c.veritatis. de iur. iur licet respectu iurantis ecclesiasticus etiam, & secularis iudex sit Laur. de Pinu cons.139.n.14 si tamen de periurio constet, alioquin in dubio solus ecclesiasticus iudex esset, de magis communi Bolognet. in d.l.si quis maior. n.76. Bertaz. n.793. & Bero. cons. 92. n.18. lib.1.

1. Sublim. non procedere quando iudicium cum defuncto ceptum fuisset, tunc enim hęres etiam coram ecclesiastico conueniretur, quia vbi cęptum est iudicium finiri debet l. vbi cęptum de iud. Cag. in d.l.si quis maior n.208. C. de transaction.

2. Sublim. non procedere quando contra hæredem indirectè ageretur ecclesiastici iudicis officio implorato, vt heres defuncti qui iurauit conscientiam exoneret; sic enim iurantis hęres coram ecclesiastico conueniri potest Abb. in c.cum sit generale n.22. Felin. n.9. in fi. de foro compet. Bolognet. in d.l.si quis maior n.102.

Contrarium tenet Franc. in c.fin.n.4 de foro compet. in 6. Guid. Pap. decis. 414. & Cag. in d.l. si quis maior n.209.

Tenendo autem 2.opin. contrariam. 21. subampliationi.

1. Amp. vt nec etiam hęreditate iacente d.l. si quis maior, pęnæ incurrantur si non soluatur, cum non adsit cui non soluatur Alex. cons. 20. n.3. lib. 7. Ias. in l.a. n.64. C. de iur. emphi. Borg. decis.43. n.44. lib.1.

1. Lim. d.2. opin. non procedere quando iurans contrauenisset, tunc enim iuramentum hęredes iurantis afficit quoad omnes pęnas d.l.si quis maior excepta infamia Doc. omnes in d.l. si quis maior. ex qualitate nãque hæredis non mutatur obligatio ex contrauentione defuncti commissa Ang. cons. 326. n.2. de communi omnium Grat. cõs.66.n.27.lib.1. & Gab. de transaction. concl.1.n.25. Parpal. in d.l. si quis maior n.95. Cag. n.200. Bologn. n.24. Borg. decis.43.n.39.lib.1.

2. Lim non procedere quando hęredi eius cui iuratum fuerat contrauentum fuisset, & ageret contra iurantem qui contrauenisset, eiusque hęredes etiam si lis cum defuncto non fuisset contestata, ex parte enim recipientis iuramentum reale est, nisi obligatio respectu quantitatis esset quo casu dominium ipso iure non transfertur Bolog. in d.l.si quis maior. n.23.24. Cag. n.199. C. de transact. intelligens si pro se, & hæredibus iuramentum receperit, quando hæredi contrauentum fuit per iurantem.

3. Lim. non procedere quando alteri contrauenit iurans cui iurauit; tunc enim eius hęres cui contrauentum fuit ad pęnas aget d.l.si quis maior, iuramentum namque solius contrauenientis consideratur, & hoc casu est sine controuersia, quoniam sicut istas pęnas defunctus potuisset à contrauenięte consequi, ita & eius hęres quoniam in vniuersum ius defuncti successit Parpal. in d.l.si quis maior. n.94. Bolog. n.22. Cag. n.199.

1. Sublim. non procedere quando defunctus post cõtrauentionem aliquid recepisset pro contractus obser-

obſeruantia, tunc enim d.pęnæ remiſſæ cenſerentur nec ad eas hęres agere poſſet, ſicut nec defunctus potuiſſet Alex. conſ. 14.n.10.in fine.lib.2. Parpal.in d.l.ſi quis maior.n.108.Cag.n.198.Bologn. n.23. niſi proteſtatio iurium reſeruatiua facta fuiſſet vt per eum Alcia. ante fin. Bero. conſ.125.n.1. lib.1. Put. deciſ.353 n.4.lib.1. Bellamera. conſ.9. in 2.dub.de magis communi Ceph.conſ.24.n.32. Ond. conſ.34.n.86. lib.2. & in fi. teſtatur ita fuiſſe iudicatum Rui.conſ.155.lib.5 Dec.conſ.452.n.6. Natta. conſ. 335. vbi de receptione partis quod moræ in totum remiſſionē non indueat Meno.cōſ. 355.n.10.& ſeq. Borg.dec.43.n.36.& ſeq. lib.1.

Contrarium quia d.pęnæ ea ſe peti poſſunt, nec ſortis receptione facta præſertim d. proteſtatione eis cēſetur fuiſſe renunciatum tenent Cor. conſ.40.n.9. in fi.lib.4. Dec.conſ.452.n.22.& ſeq.vbi hanc materiam ab emphiteotica diſtinguit.Crau.conſ.151. n.8. Bertaz.in d.l.ſi quis maior. n.177. & ſeq. Laderch. conſ.143. in fine.

1.Lim.d.primam ſublim. non procedere ſi clauſula rato manente pacto appoſita eſſet tunc enim poſſet vtrumque peti Iaſ conſ.49. n.3.lib.3. Marcabrun. conſ.94 n.165. Veg. conſ.68 n.91.& 92. id quod iuramentum operari tradit Natt.conſ.335. & ſupra diai.

2.Lim. Alex.cōſ.105.n.12.& ſeq.lib.3.quem refert, & ſequitur Parpal. in d.l.ſi quis maior. n.108. vide Corb.de cauſ.priuatio.ob cano. non ſolut.lim.21. & Meno. lib.3. præſ.112. & circa proteſtationem vide Crau. conſ.971. n.5. & vide Rui.conſ.110. n.4.198.n.13.lib.1.Bero.conſ.200.lib.1.Facchin. contro iur.lib.1.c.99. & quando noua mora commiſſa fuiſſet Rim.Iun conſ.807.n.46.

4.Lim. d.2.opin. nam licet non tranſeat quoad reatum periurij, tranſit tamen quo ad contractus obſeruantiam, quia ex perſona hęredis obligationis non mutatur qualitas Guid. Pap. deciſ 414.circa med.Felin.in c cum ſit n.9.ad fin de for.compet.

514 22.Subamp. idem eſſe ſiue omittendo tantum fuerit contrauentum promiſſioni iuratæ, vel facto. d.l.ſi quis maior. ibi non ſeruando promiſſa Alex. n.5.C.de tranſact. Alb Brun conſ.48.n.9. Gab. de tranſact. concl.1.n.26. Intrigliol. de feud. cent.2. art.5.n.349.Farin.d.par.2.n.1178.

515 23.Subamp. vt omnes pœnæ d.l. ſi quis maior ipſo iure incurrantur,cum text.vtatur verbis actione priuatus, rerum proprietate careat; mox quæ operantur incurſum pœnæ ipſo iure Bar.n.10.Ang. n.6. & cęteri magis communiter Cor.conſ.40. ſub n.7.lib.4. Gab. de tranſactio. concl.1.n.30.& de magis communi, & veriori, & in iudicando ſeruanda teſtantur Bertaz.in d.l.ſi quis maior. n.653. & ſeq & Rim.Iun.conſ.124.n.50.& ſeq. Cur.Sen. in d.l.ſi quis maior.n.42 Cor.n.2.in fi. Intrigl. ſupra.n.350. Veg. conſ.68. n.24. de communi omnium Laderch. conſ.8.n.18. de magis communi Farin.in fragmen par.2 n.1169:

Contrarium tenent Bal.in d.l.ſi quis maior. n.13. vbi Alex.n.11. de communi Cag. n.146. & de magis communi teſtatur Bertaz.conſ.crim.292.n.15.

Diſtingue quod aut pęna, & data in ſpecie conſiſtunt, & tunc ipſo iure priuatio fiat vt in infamia, & actione;ſi verò in quantitate conſiſtat,tunc executio ipſo iure fit reſpectu actionis ex regula communi ex priuilegio; ſed quo ad pęnam incurrendam condemnatoria ſententia requiritur ſicut in alijs perſonalibus actionibus Bologne.in d.l.ſi quis maior.n.89.in fine Fari.d.par.2.n.1171.

1.Lim.23.Subamp.non procedere niſi ſententiæ diſpoſitiuæ reſpectu, ſecus tamen eſt quoad declaratoriam, nam omnia iura mundi quæ pęnam ipſo iure imponunt, intelliguntur dummodo ſententia declaratoria ſecuta fuerit, per quam ſcilicet contrauentum declaretur, alioquin pęna effectum, & executionem non habet Bal. in d.l.ſi quis maior. n.13. Alex. n.13. Iaſ n.25 & poſt Cld. ibi Cag. n.124. de communi Bolognet. n.84. & ſeq. vbi ex Crot.quinque huius limitationis effectus ponit in l. 1.in §. qui præſens. de verbo. oblig. Rui. conſ.85. n.6.lib.4.Grat.conſ.30.n.18.lib.1 Bertaz.in d.l.ſi quis maior.n.549.& ſeq. Gab.de tranſact. concl.1. n.31.Laur.de Pinu.conſ.139.n.13.Rim.Iun.conſ. 124 n.50.203.n.128. de communi Parpal.in d.l.ſi quis maior n.68.Aret.n.3.Cur.Sen.n.43.Gab.cōſ. 51.n.34.lib.1.Borg.dec.9.n.22.lib.1.Intrigl.ſupra n.352 Farin.d.par.2 n.1170.& ſeq.

Contrarium tenet Ruin. conſ.181.n.9.lib.1. Bertaz. in d.l.ſi quis maior. n.555. Cęſ.de Barz.deciſ.16. n.33.vbi ſaltem in diffinitiua fieri poſſe probat.

1.Sublim.d.primam lim.non procedere quando contra factum fuiſſe notorium eſſet tunc enim alia declaratio non requiretur Ruin.conſ.181.n.10.lib.1. Cęſ.de Barz dec.16.n.33.Rotæ Lucanæ.

2.Sublim. non procedere quoad pęnas infamiæ, & carentis actionis, hæ namque abſque alia declaratione incurruntur; tametſi quoad alias ſecus ſit. Bal. in d.l.ſi quis maior.n.13. Salic. in fi. Iaſ.n.25. de communi Cag.n.145.& 146. Bertaz. n.558. & ſeq. Gab.de tranſactio.concl.1.n.32.Fari. ſupra.

Contrarium nempè indiſtinctè omnes pęnas d.l.ſi quis maior committi ipſo iure tenent Bar. in d.l.ſi quis maior.n.10 & poſt Aquenſ.per eum citatū Bolog. n.89.de magis communi n.37.

Verum pęnas infamiæ,& alias rigoroſas ipſo iure nō incurri probat Cęſ.de Barz.deciſ.16.n.33.

Diſtingue vt ſupra diſtinctum fuit ſubamp.23.

2.Lim. non procedere quoad pęnam conuentionalem,datorumuè reſtitutionem,hæ namque ipſo iure non imponuntur ſed exigunt retro dationē Doc. in d.l.ſi quis maior. Alex.conſ.92.n.3.lib.1.

Contraria ſententia nempe omnes ipſo iure committi cōmunis eſt teſte Cur.Sen.in d.l.ſi quis maior n.43. C. de tranſact.

3.Lim.non procedere niſi declaratoria eius cui contrauentum fuit facta ſit, quia cum eius fauore cui contrauentum ſit pęnæ d.l.ſi quis maior.inductæ ſint non niſi eo volente,& ita velle declarante cōmittuntur Gab. de tranſactio. concl.1.n.33.Cag. in d.l.ſi quis maior.n.113.Bolognet.n.66. Parpal. n.44. Ruin. conſ.198, n.12. lib.1. Marcabrun. conſ.93.n.196. de communi omnium fere Farin. d.par.2.n.1170.

4.Lim. non procedere quando iudex vellet ex cauſa infamiæ pęnam reſecare, in aliam partem pęnam augēdo, tūc enim ex cauſa id facere poſſet Parpal.

in d.l.

in d.l.si quis maior.n.45.Cagnol.n.114 Bolognet.n.67 C.de transact. ex Alex.in l.& si se verior. col. fin.C.ex quib.caus. infamia irroge.

5.Lim.non procedere quoad hęredis iurantis, periurij etenim pęna velut personalis non afficit hęredes Parpal.in d.l.si quis maior.n.43.Cag.n.111.& 112 Bolognet.n.65.C.de transactio.

6.Lim. non procedere in debitore vsurarum, qui nō incurrit infamiam, eum namque debitoris dolus excusat Felin in cap. testimonium, n.21. de testi. Parpal.in d.l.si quis maior.n.46.Cag.n.118.de cōmuni Bolognet.n.67. C.de transact.in fine.

7.Lim. non procedere quando moram debitor purgare vellet se paratum offerens implere, tunc enim moram purgare posset glo.in cap. apud misericordem.32.Q.1.Lanfr.in cap.quoniam contra.verbo. testium depositiones. n. 74. versic. subsequenter quæritur. de probatio. Bolognet.in d.l.si quis maior n.67.fall.6.si tamen modico interuallo purgata fuerit citra interesse partis, & hoc ex æquitate.

Contrarium quoniam ob iuramentum nequit mora purgari tenent Parpal. in d.l.si quis maior. n.47. Cag.n.118.

516 24.Subamp.pęnas omnes d.l.si quis maior copulatiuè cum conuentionalibus concurrere sic enim sonant d.l.verba,Ias.cons.9.n.7.lib.1.Gab.de transact.concl.1.n.34.de communi omnium Bero.cons. 57 n.9.lib.3. Cur.Sen. in d.l.si quis maior. n.38. Cur. Iun. n.34.intelligens si omnes aptati possint. Bolognet n.13 versic ijs tamen C de trāsact.Gab. de transact cōcl.1.n.34. Rim.Iun cons.124.n.51. Rota. Roma. decis.92 n.7.8. par.3.lib.2 diuerso, & decis.21. n.8.par.3.lib.3.diuerso. Farin. d. par. 2 n.1181.

1.Lim. non procedere nisi quando pœna conuentionalis est generaliter apposita si non seruaretur transactio,secus si foret specialiter apposita in certo contrauentionis casu, hominis enim specialis prouisio cum speciali per generalem derogetur, prouisionē legis silere facit Bero.cons.57.n.5 & 9. lib.3.Mago.dec.Flor.96.n.6.vide infra lim.48.

Si vero contractus habeat aliam prouisionem in eius fauorem cui contrauentum fuit, non tamen per conuentionem, dicetur pœnæ legali derogatum, legalis etenim,& conuentionalis simul concurrunt Ripa respons.8. lib.3. Gab. de transactio.concl.1. n.39.& videtur de mente Rot.Rom.dec.279.n.7. & seq. par.2 diuerso. firmauit decis.21. n.7. lib.3. par.3. diuerso.

517 25.Subamp.d.l.si quis maior. procedere nedum in transactione, verum in omni pacto nudo etiam inita conuentione, periurium etenim lex magis considerat, quam contractus qualitatem vt in d.l. Papien.in forma libel.vt pacta seruentur glo.transactiones.in fi.Guid.Pap.cons.31.n.3.Cor.cōs.121. n.3 lib.1. Gab. de transactio.concl.1.n.36. Rim. Iun.cons.124 n.45.

Contrariam sententiam magis communem testatur ex pluribus ab eo relatis,Bertazol. in d. l. si quis maior n.582.& seq.

518 26.Subamp.vt pęnæ istæ ab ecclesia etiam exigi possint cū sint legales Rota.Rom.dec.279.n.1.par. 2.diuers.Rim.Iun.cōs.124.n.43.47.& 69.Laur.de Pinu cons.138.n.28. Maluas.cons.58.n.54 Gargiare.patro.100.n.17.vide supra lim.1.20.subampliationis.

519 27.Subamp. vt pęnitentiæ locus non sit, quando enim delictum ex pęnitentia ad pristinum statū reduci non potest, pęnitentia non admittitur; verum non potest aliquis ex pęnitentia facere, vt qui iuratæ transactioni semel contrauenerit periurus non sit, ratione cuius periurij pęnæ d.l.si quis maior. impositæ sunt, & quoniam in consumatis delictis pęnitentia cessat in foro fori; & quia etiam omnes d.pęnæ ipso iure infliguntur. Bar.in l.qui ea mente.de furt.Guid.Pap.cons.31.n.6. de magis cōmuni Bertaz.in d.l.si quis maior n.419. Parpal. in d.l.si quis maior n.27. Cur. Sen. n.44. Gab. de transact.concl.1.n.37. Rota Roma. decis.92.n.3. par.3. lib.2. diuers. vbi quando aliquis contra pactum iuratū alienauit,& redemit Fari.in fragmen. par.2.n.1168. vbi quādo post quam iudicem adiecit vlterius non processit.

520 28.Subamp. procedere tam & si cōtractus principalis nullus esset adhuc enim propter iuramentum pęnis d.l.si quis maior.locus existet Guid.Pap. cons.32. n.7. Bolognet. in d.l. si quis maior. n.35. Marcabrun. cons.97.n.196.Seraphin. priuil. iura. fin.n.3.vide infra lim.34 Rot.dec.30.n.5. in crim. collect. per Fari. vbi quando voluntati testatoris, & contrahentium contrauentum fuit, & d.par. 2.n.1183.

Contrarium quia tunc non dicitur verus contractus ex d.l.si quis maior. requisitus; sed fictus, & inualidus. tenent Castr.in d.l.si quis maior n.5.Soc.cons. 95.n.11.lib.3 Guid.Pap.cons.63.n.1.alias.5.versic. immo. & si.Bertaz. in d.l.si quis maior. n.461.cum multis seq hanc veriorem, & æquiorem dicens, alios Fari.d.n.1183. vbi si contra bonos mores iuris canonici.

1.Lim.secundam opinionem non procedere quando parte de nullitate non dicere cum iuramento promisissent, tunc enim contrauenientes dictas pęnas incurrerent,nullitas enim ob iuramentum allegari nequit Alex.cons.32 n.5.lib.2.

2.Sublim. non procedere nisi quando defectus esset in solemnitatibus, secus si in iurisdictione, & similibus, vt per Ang. cons.187.in fine. Soc.cons.95. n.12.lib.3 Bertaz. in d l. si quis maior. n.477. C. de transactio.

521 29.Subamp.vt etiam ex causa ingratitudinis reuocatio fieri possit propter conuentorum in obseruātiam de communi omnium Ripa. in l.fin.n.208. Q.63. C. de reuo. donatio. etiam respectu hęredis donatoris, licet ipse in hęrede dissentiat.vide supra subamp.21 Gab.de transactio concl.1.n.40.

522 30.Subamp. vt si emphiteota, vel alius debitor singulis annis iure iurando soluere promiserit, & anno aliquo cessauerit, à commodo contractus cedat, & ad omnium solutionem terminorum possit adstringi Bal in c.querelam.n.2.de iur.iur. Docto. communiter.in d.l.si quis maior. vt post Ias.n.12. Cag.n.51.& 59. Cur.Iur.n.30.Bolognet. n 29. qui testatur ita Rot.Rom. iudicasse de communi. Parpal.n.11.& n.54. & Bertaz. n.279. & seq. & 641. & seq.C.de transact. Caccialup. de transact.Q.15. n.3.

n.3.vbi testatur ita iudicatum de cõmuni Curt.Iun. in Lecta. n.26. si cert. pet.& Bauer.de iurament. n.22.Corf.de iure iuran.priuil.11.Ferrat.caut.20. de communi Rol.consf.6.n.42 & seq.lib.1.31.n.7. lib.2.Bero.consf.125.n.2.150 n.7.lib.1.Ripa.in c. ex parte. n.20 de rescript. de communi Clar.in §. emphiteosis. Q.8. Addent.ad Matthes.sing.50.Gozad.consf.57.n.19 vers non obstant. vbi contraria tolli.Gab.de transact.concl.1.n.41.Arnon.dialog. 88.Bologni.cõs.31.n.5.Tenni.caut.136.n.7.Anch. Q.51.n.14. lib.3.Alb Brun.consf.46.n.2.48.n.10. Ruin.cõs.172.in princ.lib.4.Tholos.dec.248.Surd. consf.103.n.19. Rim.Iun. consf.165.n.57. Carpan. super stat Mediol.lib.2.cap.409.n.33. de communi Borg.dec.43.n.18.lib.1.& Cęs.de Barz.dec.16. n.1. ita vbique seruari testans n.14. reprobans distinctionem Cur.Iun. Veral.dec.182.& 300.par.1. de communi Seraphin.priuil.iuram.84. vbi multipliciter infert Scrad.de feud.par.10.sectio.1.n.158. vbi de communi etiã in cẽsuario. Natta. consf.479. n.11. de communi Meno.consf.460. n.10. ac 34. Doc.citat consf.158.n.1.& seq. Gul. de Bened.in cap. Rainutius. verbo. testamentum. 3. n.77. de testam. Gutier. de iuram. confir. contract. par. 1. cap.31.n.7.in conductore de communi Alex.consf. 85 lib.1.& Lopez. de contract.lib.2.cap.26. vers. praeterea, & qui certo tempore soluere iurauit susceptis etiam casibus fortuitis periculis, & damnis, temporibus cõuentis soluere debet, nec iure superueniente recusare potest,si sine exceptione soluere iurauit nisi locator conductori promissa non seruauerit Bero. consf.144.148.lib.1.& sub poena caducitatis annis singulis soluere iurasset,& vno cessasset non posse locatorem qui postea affictum recepit contra haeredem agere ad caducitatem consf.150. n.7.& seq. lib.1. de communi Fari.in fragm, par. 2. n.1143.

Contrarium tenent Alciat. in d.l.si quis maior. n.10. in fi. Cur.Iun. supra Clar.Iun. supra Aneb. Q.64. n.1. lib. 1. Becci. consf. 106.n.31. cogitandum relinquit Ripa.supra Gab.consf.66.n.28.lib.2. Bursat. consf. 253.n.54.Facchi.contro.iur lib.3.c.16. Marcabr. consf.48.n.48.& seq. vbi ex Cur.Iun.supra primam opinionem intelligit, quando primò totum soluere tenebatur, secundã quando ex eodem instrumento obligatio soluendi causatur in pluribus terminis Surd. consf.86. n.19. Couar. in prima par. relect. §.4.n.5.

1. Amp. primam opinionem procedere extante etiã statuto vt emphiteota vel conductor, quantocumque tempore soluere cesset nequeat expelli,adhuc enim ex iuramento, in solutione cessans poterit expelli Ias.in d.l.si quis maior. n.12. Cag. n.55. Bolognet. n.31. Bertaz. n.285. Veral. decisf.300. part. 1.

2. Amp.etiam si statutum iuramenti mentionem faceret, super eo enim disponere nequit Cag. in d.l. si quis maior. n.56. Bolognet.n.31. Ferrat.caut.20. Bologni.consf.31.n.6.

1. Lim.d amp. non procedere si huiusmodi statutum à Summo Pontifice fuisset confirmatum ex certa scientia, habet enim Papa super iuramento disponendi potestatem Cag. in d.l. si quis maior. n.57. Bolognet. n.31.Bologni.consf.31. n.13.secus dicens vbi ex certa scientia facta non esset.

2. Lim. non procedere si statutum diceret iuramentum metu extortum praesumi vel alia causa probabili reprobaretur,vel allegaretur ad euitandum periculum peccati,tũc enim statutum validum foret. Doc.in c.fin.de consuet.Bolog.in d.l.si quis maior. n.31.dixi supra suo loco.

3. Amp.Si vno anno plures solutiones cũ iuramento facere aliquis promisisset; si namq; in vna cessauerit, in omnibus velut periurus cõueniri potest Bal. in l aede.n.6. C.loca.vbi etiam cessante iuramento Alex.consf.105.n.15.in fine lib.3.de communi Rol.consf.6.n.41.lib.1. Bero. consf.126. n.6.lib.1.Borg. dec 43.n.18.lib.1.

4. Amp. etiam si iurans in solutione nummi cessauerit de magis communi. Rim. Iun. consf.546. n.20. 21. Veral.dec.300.par.1. Seraphin.priuileg. iura. 84.n.11.Corb.de caus.priuatio.ob non solut.cano. amp.40. Merli.dec.Luc.23 tenuit alias Rot.Luca. & aliàs etiam pro egr. D.Mario Carelli manu egr. D.Alexandri Lippi. anno. 1599. & anno. 1596. in causa Reuerendiss. D. Sebastiani de Podio cum Io. Alexandro de Marlia ex actis egr.D.Caroli Ciuffarini in secundo semestri. fol.348.sed loquuntur iuramento cessante non nullae d. decisionum.

Contrarium tenuit Rot. Rom. decisf. 740. par. 4. diuerso. & Rot.Luca. tenuit in causa egr. D. Blasij Pauli cum RR. Patribus S. Mariae seruorum de Luca,& in alijs causis,quae opinio aequitate fundatur,licet à parte in qua cessatum sit commissum admittat Mar. Angus. consf.67.n.8. loquentes vbi iuramentum non interuenerat.

1. Lim. 4. amp. non procedere quando per errorem tam facti, quam iuris fuisset in modico cessatum, pro vt ex modicitate praesumitur Rot. Roma. dec. 896. n.3. par.4. diuerso. subdens quod licet solutionis tempus debeat computari à die inuestiturae ex Grat. consf.79. n.7. lib.1. fuit nihilominus dictum legum imperitum credere posse à tempore destinatae solutionis credere posse biennium vel triennium incipere debere ad euitandã caducitatem, ibi tamen contractum non dicitur fuisse iuratum.

5. Amp.etiam respectu fructuum à tempore declaratae caducitatis Benintend.dec.37.Seraphin.supra. n.12. amplians n.seq. in patre vt filijs praeiudicet, & in emphiteosi tam priuata quam ecclesiastica.

1. Lim.30.subamp. non procedere si debitor pauper fuisset, ob paupertatem enim excusari à periurio tradunt Bal.in cap.querelam.n.4 Felin. n.8.in fi. de iur.iur. Arnon. sing.62.Viui.decisf.38.n.3. Bertaz. in d.l.si quis maior. n.280. C. de trans.vel res emphiteotica sterilis fuit, vel perempta, vel emphiteota iustè fuit impeditus, vel si mora celeri satisfactione purgata esset,aut creditor esset, vel pecuniam obtulisset, vel remisisset sed is qui soluere debebat minus fideliter se gessisset, vel si pupillus esset infantiae proximus vel qui non iurasset, sed iuranti successisset Seraphi. supra n.15. & seq.&

Ll dolo

dolo cessante Lotter. de re benef. lib. 1. Q. 40. n. 285.

2. Lim. non procedere quando inter partes expræsse actum fuisset, vt emphiteota vel alius certis annis soluere deberent, non tamen caderent nisi per biennium vel triennium cessassent, sic enim singulis annis soluere iurans, non cadet cessando per annum, nisi toto biennio vel triennio cessauerit iuxta pactum conuētum Cur. Iun. in d. l. si quis maior. n. 30 de communi omnium Bologne. n. 29. ad fin. Rot. Rom. dec. 3 n. 2. par. 2. diuers. & Marescot. resol. 61. lib. 1. subdens ita pluries Rot. Roman. iudicasse, & subamp. procedere quando absque dicto pacto caducitatis si per biennium cessaret, promissio solutionis cum iuramento annis singulis vel mensibus promissa fuisset. Meno. cons. 1198. n. 6. & adiecto pacto caducitatis si per biennium cessauerit iuramenti prædicti vires cessare Rot. Rom. tenuit in Roma deuolutionis 21 Februarij. 1576. coram Rpd. Cantuccio de qua apud Mancin. de iuramen. par. 4 eff. 4. Borg. decis. 43. n. 20. & seq. lib. 1. & Carpa. cap. 453. n. 8. & seq. & Gutier. de iurament. confirmato. contract. part 1. cap. 31. n. 8. Corb. de caus. priuat. ob non solut cano. lim. 1. vbi si initio ita conuenisset. Intrigl. sing. 94. n. 100. Manti. de contract. lib. 22. tit. 27. n. [illegible] 2.

3. Lim. non procedere extante statuto quo dispositio d. l. si quis maior. eiusque pœnæ non procedant, nisi interpellationibus præmissis, aliaue seruata forma, ea namque forma non seruata d. l. si quis maior. locus non erit, est enim eius ciuile, quod alio iure ciuili tolli potest Cag. in d. l. si quis maior n. 59. Bolognet. n. 53.

4. Lim. non procedere nisi quando quis purè dilationem accepit ex instrumento iurato, secus si ex eodem iurato instrumento obligatio in plures annos causetur, quoniam si hoc casu obligatus, soluere cesset, primo anno ab omni commodo contractus cadet, secus in primo casu in quo iuramentum vltra id in quo promissio facta fuit obligaret, & in quo partes minimè consensere, quocirca nihil iuramentum operatur l. fin. C. de non num. pecun. Cur. Iun. in d. l. si quis maior. n. 26. Marcabr. cons. 48. n. 50.

5. Lim. non procedere nisi quando iuramentum in pacto apponitur pro illius obseruantia, nempe in obligatorio, secus in assertorio in fine posito ex stilo notariorum, tunc enim pactum non validaret, nec effectum operaretur Becci. cons. 79. n. 8. Caballi. de euict. §. 3. n. 71. Borg. decis. 30. n. 24. 43. n. 20. lib. 1. Carpan. super stat. Mediol. lib. 2. cap. 409. n. 28. vide supra amp. 149. Carpa. d. cap. 453 n. 10.

Contrarium nempe sat esse iuramentum in fine appositum instrumenti fuisse, quoniam super omnibus appositum videtur Paris. cons. 97. n. 89. & seq lib. 1. Borg. decis. 9. n. 28. lib. 1. Bero. Q. 5. n. 4. Surd. decis. 64. n. 33. Cæs. de Barz. decis. 16. n. 20. Ond. cons. 27. n. 36. lib. 2. Meno. cons. 1198. n. 10. & seq.

6. Lim. non procedere quando vltra caducitatem, pacta alia instrumento addita essent, vt puta si certo tempore medietatem, aliam autem medietatem alio tempore solui debere conuenisset, & si per biennium cessauerit in commissum incidat, non enim cadet nisi biennio cesset, sed pro terminis quibus cessatum fuit ad canonis solutionem agi potest, & ad interesse Borg. decis. 43. n. 17. & seq. lib. 1. Carpa. supra n. 29. & d. cap. 453. n. 11.

Contrarium tenet Rui cons. 167. n. 18 lib 1.

7. Lim. vt licet emphiteota hoc casu iure suo priuetur ac melioramentis, nihilominus quando initio res fuisset à Domino alicui ecclesiæ vel priuato supposita pro certa pecunia, & ab eodem in emphiteosim recepta, non cadet emphiteota nisi pro rata nummorum receptorum Afflict. decis. 80. Cag. in l. 2. n. 165. C. de pact. inter emp. & vend. Bolog. in d. l. si quis maior. n. 50. C. de transact. in Regno seruari vidisse affirmans.

8. Lim. non procedere nisi prius liquidetur euenisse casum, ob quem conductorem vel emphiteotam expellere quis posse prætendit Cag. in d. l. si quis maior n. 51.

9. Lim. vel potius secus esse dicas iuramento cessante tunc cessat ratio periurij, nec in vna solutione cessans ad omnes adstringi poterit, nisi ita fieri posse conuenisset vt tenent in subamp. 30. citati.

10. Lim. non procedere in casibus quibus emphiteota non soluens à caducitate excusatur, tunc etiam partem soluere omittens non cadet; quos casus vide apud Corb. de causa priuatio. ob non sol. cano. in limitationibus, & Seraphi. priuil. iuram. 84. & supra lim. 1.

11. Lim. non procedere non facta declaratione per Dominum directum explicitè Veral. decis. 301. par. 1. Gab. cons. 66 n. 25 & seq. lib. 2. non enim cadit nisi domino volente Seraphi. supra n. 14. ex communi.

12. Lim. non procedere quoad heredes iurantis qui cessantes anno in solutione nec periuri dicentur, nec cadere possunt. Gab. d. cons. 66. n. 28. & seq. Borg d. dec. 43. n. 26. lib 1. Carpa. c. 453. n. 13. idem in minore dicentes, & Seraphi supra lim. 7.

13. Lim. non procedere quando debitor pecuniam misit, nec suus agens eam soluit, hoc enim cognito si soluat, à periurio excusatur Anch. Q. 64. lib. 1. Seraphi. supra n. 19. lim. 6.

14. Lim. non procedere quando creditor non probauit tempore solutionis faciendæ fuisse in loco solutionis Anch. d. Q. 64. n. 4. lib. 1. & alij admittūt Seraphi. supra lim. 9. vbi etiam protestationem, ac depositum non requiri.

15. Lim. quādo creditor tempus prorogasset Bonac. tract. moral. tom. 2. disp. 4. Q. 1. pūct. 16. n. 7. Cotta, verbo. iuramentum interpositum Arnon. comm. 43. idem probans remisso iuramento.

523 31. Subamp. etiam si fuerit adiecta clausula rato manente pacto pena commissa, vel soluta, vel non, talis etenim clausula non obseruanti non prodest l. cum pater. §. liberis vbi Bar. de legat. 2. Doc in l. qui fidem de transact. Goz. cons. 31. n. 5. Gab. de transact. concl. 1. n. 44. post Cor. cons. 248. in fine. de communi testantem lib. 4. Vegi. cons. 68. n. 104.

524

524 32. Subamp vt emphiteota qui in cōtractu alienationis cui dominus consensit mentitus fuit, ob periurium suo iure priuetur Goz. cons. 46. n. 8. Gab. d. concl. 1. n. 45.

525 33. Subamp pœnas d. l. si quis maior incurri etiā si is, cui fuit contrauentum pro contractus obseruātia institerit Crau. cōs. 151. n. 8. Gab. d. cōcl. 1. n. 46.

Contrarium, quia requiritur quod pars curet contrauenientem pœnas. d. l. si quis maior. incidisse Bolog. ibi. n. 66.

526 34 Subamp etiam si post contrauentionē vnius, pars altera promissa non seruaret, prior enim contraueniens attenditur Grat. cons. 66. n. 24. 25. qui maximè procedere ait stante eius querimonia cui prius contrauentum fuit lib. 1. Alb. Brun. cons. 48. n. 8 in fine subdens quod si ignoretur quis prius contrauenerit, compensationi locus sit. Gab. d. concl. 1. n. 47.

527 35. Subamp. etiam de iure canonico, & in terris ecclesiæ Cor. cons. 121. n. 3. lib. 1. Grat. cons. 93. n. 70. lib. 1. Dec. cons. 452. n. 13. quia leges ciuiles de contractibus loquentes, approbatæ censentur a iure canonico eas non reprobante vt per eum Gab. de transact. concl. 1. n. 48 Rim. iun. cōs. 89. n. 23. 124. n. 43. Marcabrun. cons. 48. n. 51. 94. n. 193. Maluas. cōs. 58. n. 54. Felicia de societa. cap. 29. n. 40. & 41. ex communi ratione iam dicta de communi Farin. in fragment. par 2 n. 1177.

Contrarium quia d. l. si quis maior. continet odiosum lucrum quæ ideo iure canonico in æquitate fundato non procedit, nec in foro poli, vbicumque enim ius ciuile lucrum defert proximo odiosum, vel rigorem continet de iure canonico non seruatur, licet expræssè non reprobetur glo. in cap. fraternitatis. 12 Q. 2 de cōmuni Dec. in c. 1. n. 20. vers. quicquid. de constit. Cag. in d. l. si quis maior. n. 156. & seq. Bertaz. n. 24 & seq. 62 & seq. Rot. Rom. dec. 279. n. 3. & 4. vbi declarat par. 2. diuerso. Borg. decis. 43. n. 28. lib. 1. Carpa. lib. 2. cap. 409. n. 30. Intrigl. de feud. cent. 2. art. 5. n. 358. Carpa. cap. 453. n. 75. & seq lib. 1.

In foro poli exigi non posse Bertaz supra.

Contrarium nempe in foro poli exigi posse, quia dictæ pœnæ ipso iure imponuntur Guid. Pap. cons. 31. n. 5. in fi. alias n. 17. Felin. in d. c. 1. n. 43. Bolog. in d. l. si quis maior n. 88. & 95. in fine ex communi Parpal n. n4. post Abb. in d. c. 1 n. 11 & de consuetionalibus Paris. cons. 34 n. 42 lib. 1 Rota d decis. 279. n 3 & 4. latè Decia. tract. crim. lib. 2. c. de cōscientia, & eius potestate n. 15. & seq.

Distingue vt subampliatio procedat quando pœnæ sunt commensuratæ delicto, alioquin eius contraria procedat si pœnæ non sint cōmensuratæ delicto Bertaz. d. n. 62. & seq. Alcia. in d. l. si quis maior. n. 4.

1. Lim. 2. opi. contrariam. 35. subamp. non procedere quando ille cui nō fuerunt pacta seruata damnum maximum passus fuisset, quia sicut æquitas canonica non admittit eam pœnam tamquam lucrum, cū alterius iactura, ita nec cum maximo alieno damno de communi omnium Decia. cons. 10 n. 8 lib. 1.

2. Lim. non procedere dolo interueniente quia canonicum ius dolum, & peccatum nutrire non debet, Decia. supra. n. 13.

528 36. Subamp. procedere tam in iuramento de futuro ac de promissorio, quam de præterito; nam cū de fauore animæ agatur ratione iuramenti fiet extensio Ruin. cons. 141. n. 9. lib. 1. Gab. de transact. concl. 1. n. 49. & promissoriū est si quid in futurum fieri iuretur Ricci. tom. 3 prax. eccle. fori. resol. 224.

Contrarium tenet Cast. in l. Lucius. n. 5. de infam. Bertaz in d. l. si quis maior. n. 546. post Roma. n. 19 ex communi omnium, & Cæs de Barz. decis. 61. n. 67.

267. Amp. vt iuramento emphiteotæ non habere inuestituram dolus eius præsumptus excludatur Valasc. de iur. emphi. Q. 51. n. 7. nec ideo omnia eius bona præsumi emphiteotica si instrumentum, & bona non exhibeat nec ostendat si instrumentum antiquum sit, vel heres, & Pereg. decis. 53. n. 20 21. vbi tamen probat alias non exhibentem instrumentum expelli, licet ipse diffentiat.

268. Amp vt iuramentum operetur caducitatem non censeri remissam canonis receptione, vbi aliàs remissa censeretur, ex iuramento enim pœna iam commissa erat, nec ideo remissa videtur, quamuis in cōmittenda secus sit. Natt. conf. 335 n. 3. Masc. concl. 251. n. 13 & seq. vbi etiam domini voluntate isto casu non esse quia propter iuramentum lex ipso iure operatur.

269. Amp. vt licet alioquin sortis receptione interesse remissum censeatur, ob iuramentum peti possit, quia vim tenet clausulæ rato manente pacto Bar. in l. fin. n. 3. de eo quod cert. loc. de communi Alex. cons. 206. n. 1. lib. 7. Natta. cons. 335. n. 1. & 2. Soc. Iun. cons. 23. n. 6. 7 lib. 2. Ruin. cons. 119. n. 9. lib. 5. Add. ad Bertaz cons. crim. 262. amp. 4. in fi. Add. ad Rot. Bonon. decis. 132. in nouissim. Rim. Iun. cons. 67. n. 29. Ruginel. pract. QQ. c. 14. n. 37. vers. 4. dixi in tractatu dotium, & in tractatu interesse, & sine iuramento ex pacto peti posse, & vbi iure actionis deberetur Surd. de alim. Q. 43. Intrig. sing. 96 n. 125. Gratia discep. 240. n. 25. Med. dec. 16 & quando non debetur accessoriè ob moram, sed vt sors vt in socijs legitima, & censu interesse, interesse etiam deberi. Rui. cons. 55. n. 18 lib. 2. Fab de Anna. cons. 48. n. 15. Surd cons. 540 n. 42. Borg. decis. 21. n. 30. lib. 1. Franc. decis. 54. n. 11. Guirba. decis. 24. n. 35. Milan. decis. 8 n. 351. lib. 1. Medic. exam. 7. n. 83. Gratia cap. 987. n. 3 sed vt interesse capitale fiat debet esse certum, & quod negocium si finiretur renouandi causam haberet Scaccia. de commerc. §. 6. glo. 1. n. 82. Milan. decis. 13 n. 22 & seq. lib. 1. vbi etiam cum anterioritate deberi vide infra amp. 342.

Damni autem emergentis vt peti possit probari debet necessitas mutui recepti ad interesse ob imminens periculum Bal. in l. etiam n. 5. C. de exec. rei iud. Surd. de ali tit. 1. Q. 45. n. 34 & ex causa sibi non factæ solutionis Rot. dec. 774 par. 4 diuers. & in Rom Vineæ 8. Iunij. 1587. coram Rpd. Blanchetto Lup. in l. curabit n. 115. C. de act. emp. Grat. autem disc. 67. n. 16. ait Rot. tenuisse sat esse probare damnum venditione bonorum.

270. Amp. vt licet scholaris qui non studet nequeat expellere fabrum malleantem, & studia impedientem, attamen id facere poterit si iurauerit, studia reas sumere velle Rebuf. de priuil. schol. priuil. 3. n. 11. & 12. vbi n. 3. subdit expellere posse etiam alium scholarem alta voce studentem Intrig sing. 100. n. 19. lib. 3. qui ex receptissima in Doctore idem probat ex Meno de arb. cas. 237. Ond. cons. 81. n. 8. lib. 1. Caroc. de loca. par. 6. tit. de profes. n. 18. & 34. vbi extendit ad quælibet impedimenta, & idem dicunt si faber Doctorem vel scolarem præuenisset, nisi aliud consuetudo seruaret; non legentes autem, nec aduocantes, neque studentes hoc priuilegio non vti Parpal. in l. 1. in fi. Barbos. n. 6. 7. par. sol. matr. & Intrigl. d. sing. 100. congessit quam plura Doctorum priuilegia.

271. Amp. vt extrahentis frumentum iuramento credatur quod pro suo vsu extraxerit si coniecturæ cōtrariæ cessent. Vulp. cons. 148. n. 3. & 4. ex Alcia. in l. censoria vers. victus sui. de verb. sig. & alijs. supra amp. 201.

272. Amp. consultorem iurare teneri, nisi ob personæ integritatem iuramentum illi remittatur Tiraq. de pœn. caus. 51. n. 134.

273. Amp. vt minor qui cum iuramento procuratorem constituit, vel ipsemet cum iuramento litigauit, læsus non restituatur, licet secus sit, si curatoris authoritate litigarit Bar. in l. minor. 25. annis. de mino. Abb. in cap. cum venissent. n. 10. de in integr. restitut. Tholos. decisio. 45. Mago. decis. Luca. 68. n. 30 qui tamen restitui probat iuramento non obstante. Ces. de Barz. decisio. 107. n. 6.

274. Amp. pactum iuratum valere soluendi certam monetam, quamuis si facto superioris mutetur alia solui queat Bero. cons. 148. n. 10. lib. 1. & si species promissa non mutata in bonitate intrinseca reperiatur solui debet, alias iudicis arbitrio alia soluetur habita ratione augumenti iuxta valorem temporis contractus Thes. de augum. monet. par. 1. n. 81.

n.81. vel solui poterit iuxta valorem à mercatoribus taxatum par.2.n.24.vers.illud tamen.

275. Amp. valere conuentionem iuratam soluendi intra certum tempus sub pœna excõmunicationis, quo transacto,& non facta solutione debitor periurus,& excommunicatus erit Isern.sing.1.Dec.in c. de causis. Bero. n.31.de off deleg.& pœnam conuentam etiã sine interpellatione incidit Rim.iun. cons.798.n.1.& seq. loquens de solutione pensionis Vmbert. de Bouene. in auth. sacramenta puberum n.126. C. si aduers. vend. vbi numquam præscribi ait;secus si simpliciter requisitionem creditoris soluere iurasset,tunc præscribitur,nec postea facta interpellatio quicquam operabitur.

1. Lim. non procedere nisi seruata forma c.sacro.de sent.ex com.Cotta.verbo.clausula generalis in fine.

2. Lim. quando nõ soluisset ob paupertatem Arnon. comment.64.

3. Lim. non procedere quando creditor tempus prorogasset,tunc sufficit in tempore prorogato solutionem fieri,quia idem cum prorogato tempus esse cẽsetur de communi Bero.d.n.31.& ibi Dec.n.45.& Viui. communi. opi.185. quamuis elapso tempore prorogato, & non facta solutione secus sit de communi Bero.supra.n.31.& Viui.supra Mins. cent.6. obs.51.vbi tamen conuentionalem pœnam prorogatione non obstante committi,si eo tempore prorogatio facta sit quo promissio impleri non possit, licet in legali secus sit per l.cum stipulatus sim mihi à Proculo vbi Iaf. de verb.oblig. Guid. Pap. sing. 64. Aman. sing.51. Arnon. comm.43.Bonacci.de censur. disp.1.Q.3.punct.4.subdens elapso tempore prorogato incurri si non soluerit, & tract. moral. tom.2.Q.prima.disp.4.punct.16.n.7.

Contrarium nempè lapso termino prorogato periuriũ non incurri non obstantibus verbis in omnibus, & per omnia in prorogatione appositis Cotta. in memor.verbo.iuramentum interpositum.

4. Lim.non procedere quando statum debitor mutasset,tunc enim periurium si in tempore non soluerit non incurret. Cels.Vgo.de claus.n.145.

5. Lim. quando liquidatio facienda, in tempore facta non fuisset si ex pacto fieri debuisset Meno. cons.75.n.103.

6. Lim. non procedere quando iudicis mandato debitor non soluisset Dec.in l.non videtur. 1276.qui iussu.n.1.de reg.iur.Gamma.decis.Lusit.189.n.4. idem subdens si preceptum fuisset iniustum.Rebuf. de lit.obligat.art.6.glo.3.n.65.vbi etiam a mora, & periurio excusari.

7. Lim. sat esse si media nocte vltimi diei soluat Bal. in c.ego enim.n.3.de iur.iur.Surd.cons.558.n.9.

8. Lim. vt dato tempore ad soluendum ex nunc excõmunicatus, non sit excommunicatus nisi tempore ad soluendum elapso Guid.Pap.sing.454.

9. Lim.non procedere iuramento per creditorem remisso, Arno.comm.43.

10. Lim. vt licet excommunicatio ipso iure lata sit contra debentem soluere pensionem,casu quo non soluat in termino, eo lapso, non erit incursa, nisi creditor cui soluenda erat declaret, se velle incursam esse, & illo etiam post mensem,& annum declarante, pro excommunicato habebitur à termino lapso,& si priusquam declaret obierit, vel pensio soluatur vel concordia fiat, vel pensionarius decedat, numquam incursa censetur Lopez. de contract.lib.2.c.32.vers.x.

276. Amp. vt iuramentum audientiam tollat etiam excipienti nisi ex ventre instrumenti exceptio oriatur,non obtenta absolutione nam cõtraueniens fit periurus. Dec.in c.intelleximus.n 18.de iud.de cõmuni Rol.cons.26.n.19.lib.3.Rot.in clusina pẽsionis,12.Iunij.1590,corã Platto, Lotter.de re benef. lib.1.Q.40.n.258.Carol.de Gras.de stat. reijcien. except excep.13.n.9.de cõi Mago.dec.Luc.11.n.4.

277. Amp. conferri donationem validam puta cum iuramẽto filio factam Dec.in l.ex testamento.n.7. Ias.n.13.& alij.C.de collat.Grat.cõs.86.n.25.lib.2. de cõi Soc. cons.91. n.8. lib.1. nisi ob merita facta esset,& quatenus merita caperẽt vt ibi,& S ur.Iun. d.l.ex testamento.n.55.& validam conferri ex cõi omniũ Natt.cons.109.n.2.Villalo.com.opi.lit.D. n.127. & de facta ex causa studij refert cõmunem contra magis communem, & Soarez.lit. D.n.200. & seq. vbi ex cõi factam causa studij non conferri. soror etiam quæ paternæ successioni cum iuramẽto renunciauit succedere cum fratre volens dotem conferre tenetur Vital.de coll.in otin.n.9 Intrig. sing.81. n.37.lib.3. si vero ex testamento vel alio iure filia vocetur nõ habet locum collatio Alex. in l.si emãcipati.n.8.C.de collat de cõmuni Seraphi, dec.1392.n.3.et Bolog.in d.l.si emancipati. n.29. Vital.de collat.Q.25.in fine sub n.33.& quod filia statuto exclusa non teneatur conferre est magis cõmunis opinio Cras.de collat.Q.6.n.6.licet contrarium teneat Facchi.contro.iur.lib.13.cap.100.sed quãdo ex statuto dotari debet quod non dotata succedens trãsuersali cum dotata dotem prædeducat pluries iudicatum testatur Peregr.cons.66. in fine. lib.1.& dec.87.n.7.si autẽ patri ex testamento succedatur, esse locum collationi ex magis cõi Ceph. cons.183.n.13.& seq. licet secus sit,si ex testamẽto aui captum fuisset. Crau.autem.cõs.617.vt arbiter declarauit filiam dotatam cum sororibus institutam à patre in successione patris ex testamento medietatem te ceptæ dotis tantum conferre teneri, & ab intestato indotata cũ dotata fratri succedẽte, quia cessat collatio dotes deduci per incuptam dotandã a fratre ex statuto vti æs alienum Affl. dec. 161. & Peregr.supra sed facto testamento per fratrem non aperiunt prædicti quid iuris circa dotium deductionem faciẽdam per indotatam cum dotata à fratre institutis; quo casu censeo distingui debere, quod frater indotatam instituit vltra id quod ab eo petere potuisset pro sua dote, & tunc quia commodum à fratre percipit vltra suam dotem teneatur illud plus vti hæres accipere,alioquin nõ receptura facto testamento ad l.cum à matre vbi omnes, C. de rei vendicat.aut minus indotatæ reliquit debita dote, & tunc ipsa integram dotem cõsequi debeat,quã ei frater auferre non potuit cum eius non sit hæres,id verò quod relictũ à fratre fuit cum dote necessario debito debere cõpensari vt latè probat Ond.cõs.11. n.20.& seq.50.n.11.& seq. lib.2.vbi etiam quãdo a patre relictã filium sorori soluisset, & pro quantitate dotis debita censetur facta cõpẽsatio ita vt grauatus resti-

reſtituere, nec eam nec fructus reſtituere debeat Alcia.conſ 582.n 16.17.latè conſ.291.per tot. dixi latè in pactis realibus paſſiuis & licet in ſucceſſione ex teſtamento patris Ceph. ſupra teneat eſſe locum collationi. hoc eſt valdè controuerſum, vt per Alex. & Seraph. ſupra ſed in teſtamento fratris non eſt eadem ratio, cum fratris hæreditas ſorori non ita, vt filijs paterna debeatur, vt latè probat Clar.in §.teſtamentũ Q.42.& ſeq.& Q.50.& l.1.C. de collat. diſponens collationi inter fratres ex teſtamento non eſſe locum niſi pater expreſſerit, non legitur correcta per §.illud auth.de trient.& ſemis. ſummato. in auth. ex teſtamento C. de collat. niſi in ſucceſſione patris, non etiam tranſuerſalium ex teſtamento ſuccedentium tranſuerſalibus & euitāda eſt legum correctio Ias in d auth. ex teſtamento n 9.verſ. tamen quia, nec fit collatio niſi in caſibus à iure expreſſis Surd.conſ. 143.n.14.219.n.20. Facchi.contro.vir.lib.13.cap 91.& ſororem ſtatuto excluſam à fratre ab hæreditate patris & à fratre inſtitutam cum alijs non poſſe dotem prædeducere, ſed compenſare debere cum quota hæreditatis ſibi à fratre relicta iudicauimus Perill.& Excellentiſs. D. Joannes Baptiſta Meconi & ego arbitri inter Bartholomeũ & Antonium & D.Mariam & D. Dominicam de Ceſtiglia ex actis egr. D. Criſtophori Geminiani die anni..... & non conferri puram donationem filio factam cum iuramento Marta dec.Piſ.180.nec in ſucceſſione tranſuerſali ſupra tit.9.n. 262. & reſtituere rem condemnatus etiam fructus reſtituit Mona. deciſ. Flor. 17. num, 18.

Si tutor leget pupillo creditori ex cauſa tutelæ non cẽſetur legaſſe animo compenſandi niſi id expreſſerit Ang conſ.277.in fi. Rui.conſ. 92. n. 5. & ſeq. lib.5.Surd.conſ 7.n.64.Gutierez.de tut.par 2.c.14. n 23.& 24.Galgan.de tut.lib 3.Q.54.n 11. ſecus dicentes ſi adultus tutori legaſſet, vel niſi ſeruatis ſeruandis geſſerit Rui.ſupra Cancer.var.reſol.par, 1.c.7.n.151.

Legatum cum debito neceſſario compenſatur niſi in contractum deductum fuiſſet dotis debitum & legatum in ſpecie ſine dotis mentione, & promiſſio in quantitate pro dote & è contra maximè ſi dos genero promiſſa eſſet; vel niſi dos genero data promiſſa filia in re certa inſtituta ſit; aut niſi dos à patre deberetur ex alterius teſtamẽto Pereg.dec. 39. & 40. legatum vſus fructus omnium bonorum cũ veſtibus lugubribus compenſari probat.

278 Amp. in Papæ electione eminentiſſimos Cardinales iurare teneri ſeſe meliorem electuros, ex conſtitutionibus Gregorij XIII. & Sanctiſsimi D. N. Vrbani Papæ VIII. ſecundum formam de qua per Patrem Caſtellinum de electio.cano.c. 10. Lotter.de re benef.lib.2.Q.18. n. 11. & in alijs etiam melior & dignior eligi debet.alioquin licet minus digni electio teneat, eligentes lethaliter peccant, tuta tamen conſcientia ſic electus poſsidebit beneficium licet ſit minus dignus Coua. in reg. peccatũ 2 part.§.7.n.4 verſic.ex his.Gutier.cano.QQ lib. 2 c. 11. n. 43. Lotter.ſupra & licet in electionibus electi confirmatio requiratur, ſecus eſt in Summi Pontificis electione, quia Sacro Collegio nedum mandata eſt ſimpliciter eligendi poteſtas, verum etiam recipiendi id quod actum denotat abſolutũ c.licet.de elect.Lotter.ſupra.n.42.vbi etiam tradit cui onus probandi incumbat minus dignum electum fuiſſe n.ſeq. & actum adminiſtrandi puta inſtallandi habere vim confirmationis n. 39. & Q. 19.n.65 & ſeq. non ſeruatis formis c.quia propter de elect. nullam electionem probet licet eligentes re integra, & ante ſententiam declaratoriam priuationis electionis pro ea vice, poſsint iterum eligere; ſubdens dictas formas à Sacro Collegio Cardinalium non ſeruari in electione Papæ Garz. de benef.par.7.c.16 eligentem minus dignum ex curatis peccare mortaliter & digniori ad reſtitutionem teneri, cui appellare permittitur.

279 Amp. notorium ex iuramento indici Abb.in c. inter monaſterium.n 22. de ſent. & re iud. vbi idẽ de tranſactione & priuilegio & Feli. in c. cum ordinem.n.9.de reſcrip.Crau.conſ 841.n.4. pro vt lege & ſtatuto 18.n.7.Becci.conſ.12. n. 5. Gutierez. prac. QQ. lib.3.Q.17.n.126.Ceph.conſ.138.n.20. Lotter.de re benef.lib.2 Q 21.n.43.

280 Amp. examinatores ſinodales ſaltem initio iurare teneri ad ſancta Dei euangelia ſe quacumque humana affectione poſtpoſita, munus fideliter executuros Garz.de benef.par.9.c.2.n.359.Lotter. de re benef.lib.2.Q 31.n.93.94. ex decreto Sacr. Cõcil.Triden.ſeſſ.24.c.18.infra amp.379.

281 Amp. vt tranſactio res, iudicata, & iuramentum æquiparentur l. 2. de iur. iur. l. poſt rem de re iud. Dec.conſ.479.n.11.Decia.conſ.92.n.2. 103. n. 5. lib.3.83 n.57.lib 5.Gail obſ.70.n.11.lib.2. Pere. de fideicom.artic.52.n.102. in fine Cotta. in verſ. iuramentum eſt quid indiuiduum.Ceph.conſ.65.n. 60.Manti de contract lib.26.tit.9.n.14. Viui. cõi. opi. 428. iudiciale probat uim litis finitæ, rei iudicatę, ac tranſactionis habere.

1. Lim. nam licet vim parem quoad effectum & obſeruantiam obtineant d. l. 2. vbi glo. & Doc. ſunt tamen inter ſe diuerſa Meno.conſ 675.n.14.

2 Lim. nam ęquiparatio iſt hæc vniuerſalis non eſt, etenim iuramentum per dolum adhibitum, regulariter non retractatur, ſecus in tranſactione doloſa Aret. in l.ſi quis cum aliter. n. 6. de verb. oblig. per tex.in l.quod ſi deferente de dolo & l.ſi Prętor. §. Marcellus & ibi Doc.de iud. Ias. in d. l. 2. n. 13. poſt glo.1.& Viui.communi opi.428.n.4. conclus. incipien. iuramentum iudiciale,

3. Lim. nam tria requiruntur, res dubia aliquid datum vel retentum, & bona fides quæ ceſſat ex læſione enormiſsima. Rot.dec. 125. n. 34. nouis. diuerſo.

282 Amp. vt ſocius criminis qui cum adminiculis admittitur cõtra ſocium etiam pro condemnatione in pœnam ordinariam, ſine iuramento admitti non poſsit Cla.in prac.cri.Q 21.n. 10. verſ. quæro numquid Pegueta dec.c.5.n. 34. Cabal reſol. cri. caſ.185.n. 3. ſubdentes præſtari debere antequam ſocij ponantur ad torturam, vel poſtea præſente eo quem nominat, & vlterius requiritur ſocios criminis eorum nominationem & dictum in tortura confirmare vt per eos n. ſeq.

283 Amp. votum emiſſum religionem intrandi per

cum

eum qui postea deliquit iuramento probari. Viui. communi opi. 112. n. 4. vbi tamen n. 5. sic iuratē post ingressum carceratum & punitum probat. Arno. sing. 29. vbi sic laicum forum euitare Marf. sing. 534. vbi idem ante emissam professionem, secus dicens in effecto fratre tertij ordinis Cabal. resol. crim. casu 108. vbi cum Valasc dec. 48. & alijs distinguit, circa iudicis secularis euasionem & clericatum assumptum post delictum non eximere à iurisditione laici Alba. cons. 128. n. 14. intellige vt per Fari. Q. 8. n. 104. & sequent. vide infra amp. 339.

284 Amp. vt iurans ab hac die esse fidelem dies etiā iuramēti includetur. quia dictio a, vel ab, suū principium non excludit Bal. cons. 457. lib. 1. Mago. dec. Flor 8. n. 27.

285 Amp. vt assignatio cum iuramento donationē præsumi faciat Alba. cons. 782. n. 13. ex Alex. ad Bar. in l. cum de indebito. §. 1. vers. & hoc maximè deprobat.

286 Amp. vt iuramentum actionem perpetuet sicut litis contestatio Bar. in l. nam postea. §. si is qui de iur. iur. Alba cons. 607. n. 8. vsque ad annos 40. Put. dec. 116. n. 3. lib. 1. Marta. dec. Pis. 133.

287 Amp. vt propter iuramentum instrumentum probet quoad tertios Alex. cons. 207. 208. lib. 7. Alba. cons. 276 n 29.

288 Amp. vt valeat contractus inter patrem & filiū cum iuramento de cōi. Alba. cons. 365. n. 5.

289 Amp. vt licet actio dotis viro promissæ non cōpetat vxori, fallit ob iuramentum & alijs casibus vt per Gabr. de iur. dot. concl. 3. & Ceph. cons. 713. n. 42. & seq. Guid. Pap. dec. 371. Boer. dec. 328. n. 2. Milan. dec. 10. lib. 1. Viui. dec. 438. Franch dec. 33. Soarez. tit. delas deudas n. 2. Laderch. cons. 131. sed Guid. Pap. respondet Facchi contro. iur. lib. 8. c. 73. & Franch. d. dec. 33. sed de æquitate vtili actione agere posse contra debitores dotis sine cessione Rot. dec. 31. par. 1. recentis. probauit dec. Guid. Papę. sed. dec 124. par. 2. eam reprobari communiter inquit & si cui de iure restitui promissa sit non obstante iuramento, & stipulatione a viro etiam vxori facta, viro mortuo ante diem solutioni dotis pręfixum non dari vxori actionem de dote, contra patrem etiam si viro soluta esset & Franch. dec. 33. & tunc vxori sine cessione actio quæritur si illi cū iuramento vir dotem fuerit stipulatus, & 226. si pro filia hæredibus & cui de iure stipulatus sit pater viro mortuo patri non filiæ actionem dari, nec loco legitimæ, succedere si pater viuat vt ibi. Mā ti. de contract. lib. 12. tit. 8. sed mortua filia in matrimonio dotem a patre profectam si liberi extent ad patrem non reuerti, sed liberos succedere, & defunctis filijs ad patrem, patrem in dote succedere auo materno excluso siue dos soluta, vel promissa tantum fuisset & etiam si filius per horam tantum matri superuixerit Surd. de aliment. tit. 9. priuileg. 174. Thes. dec. 190. Rota. decis. 642. par. 2. recentis. quod si mulier promissa uel legata sit ei cōpetere Ias. in l. seruo legato §. si testator n. 12. & 13. de leg. 1. Zuccar. dec. Luc. 5. n. 17. Medius exam. 36. vbi hanc amp. subampliat in parte negatiua, & limitat multis modis, & ex stipulatione priuati cum iuramento vxori facta ei acquiri, & per notarium sine iuramēto Gall. de except. succes. tit. 4. excep. 7. n. 76. & seq. par. 2. vbi quod actio dotis defuncto viro filiæ datur & eius manet, & ascendendentes per lineam matris filiam ac neptem inopē dotare debent, fraterque sororem etiam vterinam inopem, & filius matrem inopem si ita bonor filij conseruetur; filia tamen à patre pluribus casibus non dotatur vt per eum, & quando à fisco Rot. dec. 708. par. 2. recentior. quæ benè declarat, eam vide.

290 Amp. monachos pro debitis monasterij iurantes stare in ostagio, iuramentum seruare teneri, prout & fideiussor qui creditorem indemnem seruare iurauit c. ex rescripto. 9. de iur. iur. vbi glo. & Doc. vide infra amp. 348. & idem de clerico qui iurauit licet alias nisi de licentia Papæ possint obsides esse clerici; potest etiam monachus pro causa pecuniaria obses esse cum licentia Abbatis Gras. eff. cleri. 30.

291 Amp. vt electus, post Sacramentum ponens vel respondens contraria directè (nisi ex causa rationabili excusetur) velut periurus a confirmatione, repellitur; etiam si hoc fecerit eius procurator ipso mandante, vel ratum habente, vel non reuocante c. fin. de iur. iur. in 6. vbi glo. & Doc.

292 Amp. vt mulier sine consensu propinquorum cōtrahere prohibita etiam cum iuramento, fauore viri; non possit etiam cum patre contrahere sine statuti solemnitate in præiudicium viri; quamuis vbi ratione imbecillitatis id seruari deberet secus foret Soarez. in tit. delas deudas. n. 8. & seq. & n. 1. & seq. posse etiam ad pias causas testari & contrahere & n. 11. posse si mercantiam exerceret quoad concernentia mercantiam; & quando contractus mulieri vtilis esset n. 12. vel esset effecta locupletior n. 13. & officium procuratoris extraiudicialis suscipere posse, ac dominum obligare n. 14. licet mulieri non præiudicetur. n. 15. & ex delicto obligari n. 16. & obligare posse personam licet non bona vers. sexto & n. 18. contrahere posse sine propinquo si abesset, dum tamen intra modicum tempus non esset reuersurus, & periculum non esset in mora, idem de tutore absente dicens, & iudicis arbitrio esse quanto tempore absens debeat expectari, & loco absentis iudicis authoritas adhibeatur n. 19. si tamen agatur de interesse cum absente communi pro eo de rato mulier debet cauere n. 20. & si consentire debēs sine iusta causa recuset iudex supplet n. 21. nisi statutum iudicem etiam requirat tūc duo iudices esse adhibēdos, & si cōsāguinei discordent iudex supplebit n. 22. & furioso vel mente capto existente cōsanguineo, sine eo contrahi potest n. 23. & ex diuturnitate temporis præsumi consensum n. 25. & seq. eius autem licentia sine diuturnitate pręsumitur si actus positiuus aliquis interuenerit n. 29. & si mariti vel patris licentia requiratur, sufficit eos scire vxorem vel filium gerere, vt patri & marito præiudicetur; sed in iudicialibus si conueniantur vxor & filius, sufficit patris vel mariti interpellatio secus si ageret n. 32. vbi etiam per nuncium vel epistolam hunc consensum præstari posse. & n. 36. & seq. actum nullum dicit consensu vel cōsilio ex forma statuti requisito nō adhibitis de qua nulli-

nullitate etiam post sentẽtiam dici potest cum potentia á contrahente remoueatur n. 39. & cursu tẽporis consensum propinqui præsumi de communi Gab. de præsump. concl 1 n 5. ad materiam consensus statuto requisiti vide Tiraq. de legi. connub. Lamberteng. de contract. mulier Carpa, cap. 300. 328. vide sup. tit. 9. n. 206. & infra hoc tit. n. 4539. Soarez in tit. delos pleitos. n. 37. ex Bal. in l. pactũ C. de collat. Q. 21. inquit statutum requirens consensum propinqui etiam in contractibus iuratis nõ procedere, quando filia donat patri, nisi hunc casũ expræsse prohibeat Rot dec. 338. part. 1. recentis. vbi si ex statuto filius sine patris consensu obligari nequeat, obligatio tenet eodem instrumento cõtenta & dec. 344. & subdit contractum mulierum non irritari ex defectu cõsensus propinqui nisi probetur adfuisse proximiorem qui consentire potuisset & consanguineorum appellatione in hoc statuto contineri cognatos ex parte matris ac iudici admittenti excusationes, quod proximior non interuenerit quia sua intererat credi, donec contrariũ probetur. n. 5. & decis 353. consensum mariti requisitum á statuto non pro forma, & solemnitate actus sed pro interesse, & præiudicio alicuius sat esse quandocumque & quomodocumque etiam tacite ex præsentia vel cursu annorum decem cum scienria; vel 30. & decis. 469 consensu propinqui requisito probari debere adfuisse in loco die & hora contractus habilem iudicis arbitrio, vt sine eo contractus rescindi possit á minore initus. 585. n. 5. non requiri in contractu vtili mulieri & si non cõstet propinquum adfuisse 677. non requiri probationem habilitatis puta sanitatis hora contractus sed diei sufficere, nec impedimentum accidentale, attendi cum alio tempore contractus debeat differri & sanitatem probari testibus adijcientibus verisimiles circumstantias nec minori credi de impedimento cõsanguinei. sana mens verò præsumitur & coniecturæ pro ea excludunt coniecturas insaniæ Rot. dec. 792. par. 1 recent. vbi exempla 25. par. 2. vbi inquictatione & confessione de recepto. & dec 52. par. 2. solemnitates non requiri si mulier locupletior fiat nec in successore eius qui solemniter alienauit & 68. inter patrem & filium requiri si statutum fraudes auferat secus si authorizet ex. l. lata. 27. C. de donat. 552. alium propinquum contractus tertij, ore adfuisse probari deberet per asserẽtem sufficit verò mulieri curatorem datum loco deficientis propinqui cum decreto iudicis muliere non habere propinquum asserente, & statum intelligitur de propinquis secundum tempus contractus Rot. dec. 85. par. 2. recentis. & de principali contractu non de introductis tacitè ex lege in cõsequentiam actus promissi Soc. cons. 80. n. 25. lib. 4. nec actum necessarium præcisum Gab. cons. 20. n. 42. & seq. lib. 2. Rot. dec. 133. n. 5. par. 2. recentis. & 145. valere contractum sine propinquo nisi tũc habilem extitisse probetur & solemnitas etiam in cessione requiritur Rota. dec. 558. par. 2 diuers. Seraphi. dec. 1153. Medic. exam. 57. & in confessione de recepto nisi adminiculata sit Put dec. 7. & 55. lib. 3. Seraphi. dec. 1134. 1443. Ludouis. dec 188. n. 9. Medic. supra n. 3. & in quictantia n. 4. nisi esset necessaria Seraph. d. dec. 1133. Med. supra n. 5. sed secus est si vtile sit mulieri Rot. dec. 619. n. 5. par. 2. recentior. Medic. supra n. 6. vel ei præiudicet cuius consensus exigitur, nec pro persona integranda exigatur ex communi n. 8. ex Lambert. de cõtract. glo. 10. vers cum ipso marito. n. 30. & dec. 94. statutum in donatione causa mortis procedere, nec sufficere præsentiam consentire debentis cum taciturnitate & dec 93. non admitti procuratorem consentire debentis absenris vel impediti sine speciali mandato de dote vide infra n. 1961. & vbi statutum requirit solemnitatem in contractu mulieris de omni muliere intelligitur, etiam Hermaphrodita nisi in sexu virili præpolleret, & in iudea & in sorore tertij ordinis si statutum à Papa confirmetur, alias nec tertij ordinis nec monialis statuto laicali continebitur, in incola & districtuali, & forensi in loco statuti nupta vel domicilium habẽte etiam si onera non subiret, & etiam si nec habitet sed tantum contrahat, quia circa solemnia contractus statutum loci contractus attenditur, & in contractu à procuratore mulieris existentis extra locum domicilij in loco domicilij faciendo; non tamen originis domicilium sequi tenetur circa solemnia in loco vbi nupta est contrahens, vel aliter alibi domicilium contraxerit, vel sine domicilio alibi contraxerit quia loci contractus solemnia seruare debet etiam si contrahat de rebus sub iurisditione statuti alterius loci nisi in fraudem statuti alibi contrahat post Lambert. de contract. mul. gl. 2. & Carpa. super stat. Mediol c. 328. & alios.

293 Amp. vt licet dote constante matrimonio restituta vir non liberetur; secus tamen est iuramento adhibito, vel vxore effecta locupletiore, vel si cõsentiente nara, socer emancipato filio dotem restituerit, vel si vir vergeret ad inopiam, vel restitutio ob viri seuitiam fieret, aut ob viri adulterium vel ex causa pietatis, vel pro ære alieno vxoris soluendo restituta sit Bal Nouel. de dot par. 7. priuil. 28. Intrigl. sing. 89 n. 103. & seq. lib. 3. Manci. de iuram. part. 4. eff. 250. quando autem mulier ob adulterium non perdat dotem, & ob inopiam viri eam non recuperet tradit Gall. de excep. succus. tit. 4. exc. 8. & 9. par. 2. & quando ob mortem viri exc. 10. & amittere viduam stupto commisso intra annum luctus postea secus n. 60. & Osasc. dec. 77. nu. 37. Caual. Q. 708. n. 15.

294 Amp. vt filiusfamilias, & alij qui non possunt conueniri nisi inquantum facere possunt huic beneficio renunciasse censeantur ex promissione iurata Seraph. priuil. iuram. 56. Rot dec. 338. part. 1. recentis. idem dicens si insolidum promisit, vel renunciauit omni legum auxilio, & filiofam competere ante non post emancipationem, nec eam post interpellationem procurasse sat esset. supra amp. 214 infra amp. 349.

Contrarium in filiofamilias vt renunciatione generica etiam iurata non priuetur hoc beneficio sed specialis renunciatio exigatur probat Franch. dec. 181. quamuis ibi nil fuerit decisum.

Tribus tamen casibus filiusfamilias emancipatus insolidum conuenitur; primo si ex delicto debitor sit l. sed si ex parte. §. quamquam. quod cum eo. secundo

do si post multos annos conueniatur. §. penult. tertio quando multis debitis contractis illico se emācipari fecisset Cepol. caut. 14.

295. Amp. vt cum solutio in dubio in causam grauiorem facta censeatur l. 1. & seq. l. cum ex pluribus. vbi Doc de folut. Meno. conf. 121. n. 29. Surd. dec. 186 n. 4. durior autem & grauior dicitur, debitum antiquius, & cum hipotheca vel iuramento, aut clausula vim iuramenti habente, & cum liquido diem habente respectu illiquidi Surd. supra subdēs creditorem & debitorem ex pluribus causis compensare posse cum debito quod sibi magis placet etiam si eius creditum debito non æqui valeat licet enim initio creditori inuito pars solui non possit, si tamen receperit in duriorem causam cedit non in vniuersum debitum ex Gab. conf. 84. n. 3. vers. nec obstat quod non possit lib. 2. loquens de obligatione cum fideiussore vel pignore & Surd. n. 9. ex Rot. dec. 739. n. 3. lib. 3 diuerso. probat quod pecuniæ pluribus viribus solutæ constituunt vnicum debitū & in maiori minor summa continetur Gab. supra Masc. concl. 1325. secus dicens si debitor elegisset in quam causam, vel eo non eligente, creditor elegisset tempore solutionis, & Rota. decis. 679. n. 67. par. 1. diuerso vbi in antiquiorem, vel cum fideiussore, vel sub vsuris existentem nisi debitor declarasset Rui cōs. 106. n. 7. lib. 1. vbi pro obligatione puta non in diem ex l. 5. de folut. & Soc. conf. 24. vbi pro debito hipothecario vel sub vsuris lib. 3. & de communi pro obligatione cum fideiussore. Turret. conf 87. n. 18. 19. lib. 2. & quādo haberet obligationem cameralem Seraph. dec. 1454. & quando validiorem continet obligationem vel cui pœna maior vel damnum inest Meno. cōs. 674. n. 2. & in dubio eligere posse in quam causam cedere velit Rot. dec 294. n. 13. par. 1. recent. 373. n. 5. 292 n. 3. par. 2. vbi coniecturis solutionis causam probari & in grauiorem factam censeri & 695. d. par 2 puta pro qua executio relaxata erat, quamuis pro non executiua fideiussor adesset, nec isto casu debitorem declarare posse in quam causam cedat, quia declarat lex & 521. coram Ludou. in duriorem & antiquiorem factam cēseri & Macerat. resol 50. n. 36. lib 2. Laderch. conf. 162. vbi pro liquido, & paratam executionem habente, puro, non pro illiquido, in diem, & paratam executionem non habente & semper in duriorem causā & 164. n. 4. & Lopez. de contract. lib. 1. c. 53. versic. deinde vbi in duriorem, & priuilegiatam & si debita æqualia sint diuidi Bero. conf. 196. n. 24. vbi si in pœnam incurreret ex post etiam declarare posse si initio omiserit lib. 1. & in antiquiorem & duriorem l. 5. & l. 89. §. fi. de folut. Soc. conf. 225. n. 2. lib. 2. Paris. conf. 122. n. 7. lib. 4. Rot. dec. 113. n. 3. part. 1. diuers. Cabal. conf. 170. n. 4. & part. 1. vbi in antiquiorem causam cedere non facta electione à debitore, nec aliter creditorem declarare posse, & procuratorem cum libera posse declarare post in quam causam soluat, secus si mandatum limitatum foret, vel non haberet mandatum, si autem generale haberet declarare posse num. sequent. tertius autem declarare potest in quam causam soluat, & si pro maiori summa sit fideiussor, non censebitur pro minori facta solutio etiam si alter fideiussor extet. Rota. dec. 176. par. 2. diuerso. vbi in causam factam censeri cui quantitas conuenit, & dec. 99. coram Caualer. vbi in duriorem puta pro qua fideiussor extet 149. vbi in debitum præcedens. 165. vbi in duriorem, vel declaratam à contrahentibus, & ex contrapositione partitarum in libro dec. 74. part. 1. recentis. duriorem dicēs vbi adest fideiussor, ad vsuras prius solui debere, nec fideiussores liberari pro sorte tātum obstrictos & 368. in causam duriorem factam censeri nempè antiquiorem & de qua constat instrumentum cum hipotheca & pro qua debentur vsuræ. Quod si solutio alteri debitorū conueniat pro eo facta censebitur Soc. Iun. conf. 85. n. 11. lib. 2. Meno. lib. 3. præs. 136. n. 18. & in causam mandati relaxati factam censeri Rota. dec. 709. par. 1. recentis. & si vnica præcedat causa pro ea solutio cedet Rim. conf. 397. n. 1. Masc. concl. 1319. Decia. conf. 52. n. 41. lib. 3. Lepid. dec. 33. vers. concurrit etiam recognitio Crau. conf. 158. n. 13. vbi idem aliqua diuersitate concurrente Ceph. conf. 156. n. 16. Pedroch. conf. 3. n. 89. Rot. dec. 304. n. 5. par. 2. recentis. vbi vt antiquius censeatur non attendi diem creationis sed solutionis, & durius censeri vbi plures obligati sunt & dec. 550. ex causa necessaria non ex voluntaria factam censeri probat, nec debitum extingui reuocata solutione ex eo, quod creditor receptas pecunias restituere fit coactus, quo casu creditor pristina iura recuperat, & soluētem iussu iudicis alij quam suo creditori liberari ex Meno. conf. 68. n. 12. Lenar. conf. 24. ex Bar. in l. cum ex pluribus in fi. de folut. creditorem ex pluribus causis eligere si ex vna debitor sit qui nomina debitorum sibi obligata habet, creditum quod ei libet si de compensando agatur.

1. Lim. & declara vt ex coniecturis & verisimilitudinibus colligatur in quam causam solutio facta sit Crau. conf. 129. vbi communibus pecunijs sociū soluisse censeri Rot. dec. 92. n. 2. & 176. part. 1. diuers. 695. n. 4. par. 2. recentior. & ex præcedentibus, & ex ipso actu solutionis declaratio colligi potest 679. n. 7. par. 1. diuers. Rim. Iun. conf. 61. n. 31. Rot. dec. 468. coram Ludouis. vbi si dos promissa esset & secuta solutio cum præstatione alimentorū Rot. dec. 434. par. 2. recentis. vbi ex obseruantia declarari & fideiussorē pro sua obligatione soluisse præsumi & dec. 602. in fi ex causa præcedentis obligationis factam censeri. & Med. dec. 25. & exam. 15. vbi etiam declarationi debitoris stari ante perfectam solutionem factæ, alias creditoris prout verisimiliter elegisset debitor, & in duriorem causam factam censeri nisi aliud ex coniecturis constet ex Rot. dec. 92. & 113 par. 1. diuers. & 292. par. 2. recent. & 521. n. 5. coram Ludouis. si sint vrgentissimæ. & duriore cessante inefficaciùs & eo cessante in partitam contra vel iuxta quam posita est & secundum stilum, & prout soluenti vtilius est & d. dec. 25. & 26. in antiquiorem factam censeri etiam si soluta summa alteri causæ conueniat, & adsint coniecturæ extrinsecæ non vrgentissimæ [ex Rot. dec. 62. par. 1. diuers. sed est. 92.) & dec 27. in duriorem non cedere si creditor declarasset, vel quātitas

titas soluta simile creditum extingueret subdens durius debitum dici quod exequi potest Rot. decis. 293. par. 5. diuers. in dubio pro causa expressa à debitore facta cēsetur, nisi debitor sit protestatus etiā si in literarum acceptatione protestatus esset non repetita protestatione in solutione & facta ex pecunia sociali cedere debet in extinctionem debiti socialis non proprij vnius sociorum per tot.

2. Lim. pro suo potius quam alieno solutionem factam præsumi, & pro eo in quo adest pœna vel fatisdatio l. & magis. vbi glo. & Doc. de solut. & plures in amplia. citatorum Molina. de contra. disp. 565. Thes. Q. 32. lib. 2. vbi pro suo debito sine fideiussore soluisse præsumi nisi aliud cum fideiussore antiquius extaret Medic. dec. 26. n. 16. vbi pro qua adest fideiussor & hipotheca.

1. Sublim. quando aliud actum fuisse constaret etiā per coniecturas Grat. consi. 43. n. 55. lib. 2. Rim. Iun. consi. 61. n. 31. & citati in prima lim.

2. Sublim. quando si alieno nomine facta censeretur delictum & pœna euitaretur, hoc enim casu nō proprio sed alieno facta censeretur Grat. d. n. 55. Rui. consi. 170. n. 7. lib. 4.

3. Lim. in dubio pro usuris potius quam pro sorte principali solutio facta censetur l. in his. §. Imperator. de solut. l. 1. C. eod. & l. si usuras glo. in l. 1. Bar. n. 9. & alij de solut. Rui. consi. 136. n. 14. lib. 4. 162. n. 17. lib. 5. de communi omnium, licet in alio accessorio secus sit Surd. consi. 290. n. 61. Molin. supra n. 3. Bonacci. de camb. n. 21. imo nō potest debitor sortem soluere Pereg. con. 99. n. 8. lib. 1. & n. 13. & seq. distinguit ut si conuenerit pro quo solutio cedere debeat pacto stari; si uero soluere uellet in causam sortis creditore reluctante, tunc soluta pecunia in dominio debitoris remanet quādo autē simpliciter soluta fuit ac recepta, & sic in dubio, de iure si usuræ naturaliter tātū debeātur, solutio nō cedet in usuris ciuiliter in debitis, quod ciuiliter & naturaliter debeātur in usuras prius solutio cedet, & quod superērit in sortem etiam facta numeratione pro sorte & usuris; sed si naturaliter tantum pacto nudo deberentur secus esset, quamuis pignore constituto posset etiā de naturaliter debitis retētione pignoris sibi satisfacere & dicit Rot. dec. 74. par. 1. recent. ideo fideiussores fortis tantum non liberari.

1. Sublim. non procedere in interesse debito etiam iure canonico Laderch. consi. 162. n. 1.

2. Sublim. quando capitale deberetur sub conditione resolutiua, quia non facta resolutione debitum sortis ab initio remanet purum, donec solutum declaretur loco fructuum cedere debere, ideo sorti cedet Rot. dec. 536. n. 6. par. 1. recentior.

3. Sublim. quando æque principaliter vtrumque deberetur Laderch. supra versic. sexto, maximè si sors præcedat interesse in ordine scripturæ vers. 7. Contrarium tenet Pereg. supra.

4. Sublim. quando lege expræssa soluit vt in extinctionem capitalis solueret siue creditor siue eius procurator cum libera acceptauerit l. 1. de solut. Marta dec. Pisa. 51.

4. Lim. nam si creditor recepta in libro scripserit nō animo obligationis tollendæ, sed tamquam soluentis creditum; eliget soluens causam quam velit Bar. in l. cum ex pluribus. vbi Imo. in fi. de solut. & in l. 1. n. 9. vers. item adde eod. Alex. consi. 85. n. 2. lib. 3. Dec. consi. 308. in fi. Strac. de mercatur. par. 2. n. 57. in fi. Meno. consi. 121. n. 43. Surd. dec. 186. n. 8. Masc. concl. 1325. n. 5.

1. Sublim. nam in grauiorem causam cederet quæ subesset Rot. d. dec. 695. n. 5.

2. Sublim. quando creditori respondenti positioni in talem causam pecunias recepisse debitor non contradixerit, tunc enim consensisse censetur Rot. d. dec. 695. in fi.

5. Lim. nam si debitor tempore solutionis non declarauerit in quam causam soluerit, nequeat ex interuallo declarare; & creditor declarare potest l. 1. §. 1. de solut. Thes. Q. 33. n. 3. lib. 2. Masc. concl. 1325. n. 4. Mago. dec. Flo. 39. n. 18. Merli. dec. 23. n. 3. & præsertim ex interuallo non declarabit in tertij præiudicium l. 1. 2. 3. de solut. Manti. de contract. lib. 2. tit. 1. n. 11. licet si tempore solutionis declarasset standum sit declarationi Rot. dec. 434. par. 2. n. 2. recentis.

6. Lim. vt enim solutio vigore præcedentis contractus facta censeatur, debet esse facta secūdum illius tenorē & formā Rot. dec. 541. n. 6. par. 2. recentior.

7. Lim. quando nulla facta declaratione creditor pignus haberet ac distraxisset, tunc enim ipse declarabit in quam causam solutio cesserit l. Paulus. 101. §. 1. de solut. l. cum & sortis. 35. de pig. actio. Thes. supra.

8. Lim. solutione procuratori facta tunc non posset debitor in quam causam cedat declarare Mantic. sing. 542.

9. Lim. vt licet solutio in dubio facta censeatur in causa pro qua fideiussor adest, hoc tamen non procedit in fideiussore obligati ad reddendam rationem Rot. dec. 110. par. 2. recentis. nisi solutio facta esset post redditam rationem pro reliquatu, & de bonis debitoris. Viui. dec. 379. n. 9. vbi pro debito pro quo stat fideiussor si diuersa sint solutionem factā censeri, secus si pro eodē debito in parte fideiussor extet, tūc n. solutio facta censebitur pro parte pro qua nō aderat, fideiussor ex l. fideiussores magistratuū. §. 1. de fidei. & iudicatū ait; altero verò correorū soluēte aget pro dimidia contra correū, cautius tamē erit obtinuisse cessionē ex Thes dec. 191 vide sup. tit. 13. n. 448. li. 29. & pro fructibus & interesse factam censeri Surd. consi. 290. n. 61. Rota. decis. 403. n. 16. par. 5. diuerso.

296. Amp. vt licet fideiussor antequam soluat non possit agere contra principalem, secus est si cum iuramento soluere promisisset, quo tamen casu fideiussor docere tenetur principalem debitorem fuisse liberatum, vel cauere illum defendere si cōueniatur Seraph. priuil iura. 77. n. 7. Cenci. de cens. par. 2. c. 2. Q. 3. art. 3. n. 17.

297. Amp. vt licet constitutum non transferat possessionem in absentem, secus tamen sit si iuramentum foret adhibitum Rol. consi. 19. n. 29. & per tot. lib. 1. Borgn. de tuto. n. 259.

298. Amp. vt verba assertiua ob iuramentum probent Thes. Q. 89. n. 19. lib. 3. ac sine eo si Cardinalis sint Rota. dec. 339. par. 2. recentior. vel Imperatoris Soc. Iun. consi. 65. n. 19. lib. 1. & si non reuocētur

tur in dubium Thes. supra Bellon. cons. 49. n. 12. 13. vbi quando committitur an causa subsit; & in dependentibus ab animo & in re modici præiudicij stari, Rot. dec. 548. par. 1. recentis. vbi si processus non requiratur assertiua probare. & dec. 26. n. 7. par 2. vbi sine iuramento credi si verisimilis sit arbitrorum assertio; & sufficere extraiudicialem informationē vt clausulæ si ita est satisfiat. & 117. n. 1. par. 2. præsumptionem sufficere ex cursu temporis vbi extraiudicialis informatio sufficit loquēs de dispensatione super matrimonio de quo constet ex fide extracta ex libro parochi 30. annis obseruato. & dec. 137. non stari arbitri assertioni in re magni præiudicij & in concernentibus iustitiam, vel iustitiam laudi nec circa eius potestatem, & Laudum nullum probat eius forma & conditionibus non seruatis & esse indiuiduum & omnia deducta in compromisso debere decidi & scire debere à quibus factæ sint prorogationes, aliàs corruere Laudum. & 191. assertioni Papæ dicenti se ita velle stari, & maximè in eius facto proprio. & 307. n. 12. narratiuam Papæ non esse probandam 379. n. 5. vbi iudici credi si dicat visis actis & adminiculis & si altera pars citata non produxerit acta sententia valet. 440. sine actis non exequi per Rotā & negocio non gustato. 586. n. 5. non credi assertioni iurantis in sui cōmodum. 630. Cardinali credi de mandato Papæ si de præiudicio tertij non agatur Peregr. dec. 137. n. 16. absolutionem vel condemnationem continere debere vel æquipollens.

299. Amp. iuramentum in clausulis executiuis quæ omnia promiserunt & c. positum operari validitatem, nisi principalis dispositio nulla sit, vel de præiudicio tertij ageretur. Goz. cons. 28. n. 22. & seq. de communi Rol. concl. 8. n. 14. & 37. lib. 1. & Tusc. lit. C. concl. 312 n. 44.

300. Amp. vt licet transactio per Episcopum facta cum Capitulo & iurata non liget successorem, seruari tamen à iurante debeat, nec successor manuteneri posset in iudicio manutentionis per iurantē intentato c. veniens. vbi Abb. n. 2. de transact. Rot. dec. 218. par. 2. recentis. & à capitulo solemniter facta seruari debet, quia rem iudicatæ vim habet, & successores ligat, & executiue ad eius obseruantiam agitur litis ingressum impedit, litisque finitę dicitur exceptio dec. 402. par. 5. diuerso. secus si inter archipræsbiterum & capitulum nulliter facta sit, quia nomine ecclesię archipræsbiter nullam dicet dec. 420. vel ex iure superuenienti.

301. Amp. vt cessio iurium iurata seu remissio vtiles ac directas actiones tollat Thes. dec. 201. n. 7. dummodo cessionarius promissa seruet etiam in transactione Senat. Donal. dec. 111. n. 7. & seq. & si cedens in locum suum non posuerit cessionarium, nō potest postea exigere Ang. in l. si cum emptore. n. 3. de pact. Paris. cons. 19. n. 63. & seq. lib. 3. si verbis vniuersalibus facta sit Rota. dec. 373. n. 32. par. 2. recentis. Osasc. dec. 45. n. 7. Ces. de Barz. dec. 70. n. 28. Mastril. dec. 143. n. 12. Manti. dec. 80. Gratian. discep. 20. n. 20. & facta simpliciter cessione ad cedentem periculum spectat, secus facta in solutum datione Surd. cons. 22. n. 32. Rot. d. dec. 373. n. 33. & cedens si iurauit non potest exigere à debitorē cesso, pro vt nec cessione facta ad commodum, cessionarij de quo latè agit Odd. in l. 3. Q. 3. illat. 6. C. de nouat. & per tot. Q.

302. Amp. vt qui iurauit non alienare nequeat trāsigere, eo cui iurauit in consulto sign. cons. 71. n. 5. & seq. Odd. de prohib alie. Q. 19. n. 165. intellige nisi rem prohibitam alienare iurans retineret.

303. Amp. vt licet fœminæ a statuto propter masculos exclusæ si dotatæ sint (ex bonis eius à successione cuius excluduntur Surd. de alim. tit. 1. Q. 39. n. 7. tit. 3. Q 1. n. 39. & seq.) dos loco legitimę succedat, prout quando statutum dotatas excludit, aut disponit dote contentas esse debere, vel congrue dotari, eamque transmittant, secus si simpliciter eas excludat, subdens alimenta loco legitimæ succedere si maioratus cōstituatur & tit. 4. Q 9. n. 21. vbi si secundo genito debeantur, & an ex fructibus feudi Q. 10. & secundum personæ qualitatem Q. 18. sed tit. 1. Q 5. n 31. debita alimenta loco legitimæ non transmitti probat remittens ad Tiraq. de primog. Q. 75. & casus ponit quibus transmittātur & quod exclusio ad bona dotantis restringatur nec ad aliorum successionem extendatur, tam & si bona dotantis in filios & fratres dotatæ peruenissent probat ex receptissima Rota. dec. 247. par. 5. diuerso. quod tamen limitatur non procedere quādo alterius statutum procedit personas numerando à quarum successione fœminas excludere intendit, ex eo que deprehendatur statuentes principaliter considerasse fauorem excludentis, & solùm voluisse fœminas congruam dotem habere, neque iurasse à quo haberent ex communi n. 8. 9. probās hoc casu ab omnium successione excludi; sed sublimitatur non procedere quādo statutum alternatiuè excluderet, quia intelligitur distributiuè ac disiunctim non coniunctim, vt sensus sit fœminam à patre dotatam à patris successione excludi; dotatam à fratre a fratris successione excludi, & sic de singulis n. 10. & seq. vbi tamen hanc sublim. limitat non procedere vbi dictio vel posita solum est in dotatione, sed in parte excludente adest coniunctiua, tunc enim sufficit mulierem ab vno dotatam, vt ab omnium hæreditate exclusa censeatur n. 18. Verum si dictio vel posita sit in dotatione & exclusione vtrobique alternatiuè ac distributiuè accipi debet, ita vt ab hæreditate dotantis tantum exclusa censeatur, ne dictio vel in dotatione alternatiuè, in exclusione coniunctiue accipiatur, iuri enim repugnat idem verbum eadem oratione, eodemque positum contextu diuersi modè interpretari n. 19. Et vbi in parte exclusiua non fuit mentio fratris facta prout facta fuit in parte dotante, fraternæ successionis casus omissus remanet in dispositione iuris communis. n. 21. quod si statutum se restringat ad casum quo filij masculi dotantis extēt, si cessent non excludetur n. 26. si inquam dotatæ excludantur, onus dotibus impositum reijci & ab hæredibus masculis remitti petere possint secundū magis communem Albe. in l. 1. §. videamus n. 25. C. de rei uxo. actio. Bal. in l. fin. n. 5. uers. sed pone quod, C. de dot. promis. Rom. in l. post dotem. n. 68. Ias. n. 89. sol. matr. Cag. in l. fi. n. 101. C. de pact. de

magis

magis communi Gab.de legit.concl.1.n.63.& 64. & Rot.dec.359.n.5.par.2.recentis.Hoc tamen nō procedit primo si statutum simpliciter excludat filias, & dotari mandet, licet procedat vbi dotatas excluderet. Primo enim casu dos non succedit loco legitimæ nec transmittitur, secus secundo Cast.in l. Titio centum.§.Titio,genero.n.8.vers.ego pluries. de condit.& demonstr.Gab.cons.139.n.25. & seq. lib.2.Alex.cōs.13.n.12.lib.3.Soarez.in l.quoniam in prioribus amp.5.n.4.vers. ex quo infertur. C.de in offi. testam. Paris. cons.36. n.4.lib.3.110. n.2. lib.4.Dec.cons.106.n.3.vers.2.respondetur Capic. dec.176.n.8.Peregr.de fideic. art.38. n.23.de magis communi Morot.cons.23. Mona.decis.Flo.12. Surd. de alim. tit.3. Q.1. n.39. Cras. in §.legatum Q.48 n.10.Rota dec.540.par.1.diuers.1515.corā Seraphi.359.n.7.par.2.recentis.quæ subdit dotem loco legitimæ ex eo etiam succedere cognosci si prohibeat aliquid peti ratione supplementi legitimæ n.8.nec ideo dotis onus aliquod posse imponi.

1475 8.Amp.conuentionalem pœnam vltra quadruplum peti, & exigi poſſe ſi quidem intereſſe in illa non conſideratur, cum quilibet in re ſua ſit moderator, & arbiter Innoc. in cap.ſacro n.10.ante finem.verſic dic quod de ſentent. ex communicatio. per tex in §. alteri Inſtit.de inuti.ſtip.Docto.in l. ſtipulatio iſta.§. alteri. de verbo.obligatio. de magis communi Alex. conſ.157.n.7. lib.6. Rodulph. in cap.conſuluit.Q.65.de vſur de magis cõi Rebuf. in l.1.glo.proferũtur.n.32.vbi corroborat 12. fundamentis C. de ſentent quæ pro eo quod intereſt Iaſ. in d.l.ſtipulatio iſta.§.alteri. n.23. de verbo. obligation de communi Burſat.conſ.53.n.20.ſi per nomina ſimplicia ſit appoſita non per multiplicatiua, quia hoc vltimo caſu nõ excedet quadruplum vt per eum de communi Seraphin. priuileg.iuram. 54.de magis cõmuni Caroc.de locato par.7.concl. 18.n.9.& Soarez cõmun.opinio.lit.P.n.135 Facchine.contro.iũ.lib.1.c.57.de magis cõi Felicia. de ſocieta.c.29.n.13.vbi Menoch.de arb. caſ.160. n.35.cõtrarium tenentẽ reijcit vide ſupra n.1345. de magis communi Marza.conſ.60.n.3.& ſeq.

1476 1.Subamp. procedere etiam de iure canonico eo etenim iure etiam conuentiones ſeruari debent cap.ſuam. de pœn. vbi Docto. cap. quamquam 23. diſtinct. Docto. in l.4. §. cato. de verbo obligatio. Rebuſ. in d.glo.proferuntur n.38.Burſat.conſ.53. n.20. de communi Seraphin.de priuileg.iuramenti d.priuileg.54. vbi idem in foro conſcientiæ;ſed reſpectu fori poli vide ſupra 8.ſublimitationem 4. limitationis 3.ſublimitationis 2.limitationis.2.opinionis contrariæ.78. limitationi de communi, & veriori Marz d conſ.60 n.5.

1477 Contrarium præſertim ſententia condemnatoria non ſecuta tam iure canonico,quam ſoro poli inſpecto, cum forte iniuſta à Iudice reduci poſſit, tenent Theologi, & Doctores Adrian. quodlibet 6. art.1.corrolario.3. in parua impreſſione pag.112. Ledeſma. 2.par.4.Q.18.art.3.fol. 267. col.2. Victoria quem refert, & ſequitur Ludouic. Lopez lib.1. de contract. cap.31. pag.102. & lib.2. cap.34. pag.463. Palacios. lib.4. de contract. cap.5.pag.275. & ſequen. quamuis limitet dum pœna contrahentem vtrumque ligat, ſi à contractu reſilierit, ſecus ſi alteri tantum fuerit impoſita, vt ſi non ſolueris die præfixa tali pœna tenearis, tunc enim dicit ſtatim deberi in foro poli, ſed hæc ſententia limitans reijcitur à Sanchez. mox citandus, & hanc ſecundam opinionem tenent etiam Nauar. in ſum. Hiſpana.cap.23 n.68. & in latina n.67.& ſequent. & Gutierez. canon.

QQ.lib.2. cap.20. n.13. Meno. de arbitr. iudic. casu 160. n.33. & sequent. Sanchez. de matrimo. lib.1. disputat.37.n.4. vbi etiam triginta annis præscribi per debitorem si petita non fuerit quia possidens bonam fidem habet, cum eam offerre non teneatur Rebuf. supra. n.42. Sanchez. supra n.5. post Purpur. in l. rogasti. §. si tibi nu.88. si cert. petat. vide infra. 3. sublimitationem. primæ limitationis principalis.

1478 1. Lim. d. primam subamp. non procedere in Ecclesia quæ tametsi de rigore d. pœnam exigere possit, non tamen de æquitate ob quam eatenus tantum exigi potest, quatenus interest Inno. & Ioan. Andr. in capit. dilecti in fine. de arbitr. Ang. consil. 43. in fine Conrad. de contract. Q.13. Archiepisco. Florent. in 2. part. suæ sum. tit. 1. cap.7. §. 22. Maran. disputatio. 7. in fine Rebuf. supra. n.39.

1479 2. Subamp. etiam si pœna facto fuerit adiecta velut si centum promissa fuerint si domus ædificata non sit l.2. §. item si in facto. de verbo. obligatio. d. §. cato. & d. §. alteri. Rebuf. in d. glo. proferuntur. n.35.

1480 3. Subamp. siue factum cui pœna adiecta fuit affirmatiuum vel negatiuum sit, quia eadem in vtroque contrauentionis ratio viget Abb. in cap. dilecti. n.13. de arbitris. Alex. in l. stipulationum. §. finali. n.6.7. de verbo. obligationi. Purpur. in l. rogasti. §. si tibi n.82. si cert. pet. Rebuf. in d. glo. proferuntur n.36. & supra n.1453.

1481 4. Subamp. etiam si pœna facto fuerit adiecta quod erat in obligatione propter quantitatem vt si decem dare promisisti quæ si non solueris domum te facturum promisisses, quam etiam si non fecisses centum pœnæ nomine stipulatus sim, adhuc enim pęna quia facto apposita exigetur l. Titiæ textores. de legat. primo. Rebuf. in d. glo. proferuntur. n.37. qui tamen non firmat.

1482 Contrarium tenent Abb. in cap. dilecti. n.15. de arbitr. & Purpur. in l. rogasti. §. si tibi n.83. de reb. cred. quia idem de facto tunc iudicetur quod de quantitate.

1483 5. Subamp. etiam si stipulantis pœna non intersit, vel interesse excedat quoniam à conuentione partium procedit, nec interesse inspicitur, sed solum quid fuerit conuentione, seu stipulatione compræhensum Docto. in l.2. §. item si in facto. de verbo. obligatio. Conrad. de contract. Q.31. conclus.3. Rebuf. d. glo. proferuntur. n.43. dicam infra. ....

1484 6. Subamp. etiam in foro poli, quia ex libero promittentis arbitrio ac propria promissione procedit Cor. cons.69. n.39. lib.2. Anchar. in reg. possessor de reg. iur. in 6. quem citat Rebuf. d. glo. proferuntur. n.40. Bursat. cons.53. n.20. quod Conrad. declarat de contract. Q.31.

1485 1. Lim. non teneri eam debitorem offerre nisi petatur, imo condemnatoria sententia requiritur Cor. cons.69. nu.39. ad finem. lib.2. Rebuf. supra n.41. & citati supra in secunda opinione contraria primæ subampliationi Meno. de arb. cas. 260. n.40.

1486 2. Lim. nam pœnæ huic triginta annis præscribitur Rebuf. supra. n.42. post Purpur. in l. rogasti. n.88. in §. si tibi si cert. petat. Sanchez. de matrimo. lib. 1. disputatio. 37. n.5.

1487 7. Subamp. siue ratione contumaciæ, vel ratione cõtemptus pęna apposita fuerit vtroque etenim casu quadruplum excedere potest Bal. cons. 18. in fine lib. 1. Roman. cons. 510. n.12. Rebuf. in d. l. 1. glo. proferuntur n.44. C. de sentent. quę pro eo quod interest proferunt, vbi tamen in dubio pro interesse appositam videri subdit.

1488 8. Subamp. etiam si cum iuramento pęna fuerit successiuè promissa, quia cum iuramento seruari possit, etiam si pœna quadruplum excedat seruari debet l. si quis maior. C. de transact. Roma. cons. 510. n.12. Rebuf. d. glo. proferuntur. n.45. Seraphi. priuileg. iurament. 54. n.3. ad finem vbi loquitur quando pęna apposita fuisset respectu rei seu interesse, & in casu quo alias non potest excedere quadruplum.

Contrarium ex Anch. cons. 148. col. 1. vers. contrariũ, & Meno. de arb. cas. 160. n.33. & seq. Scain. decis. Bono. 22. n.41. & seq. vbi si valde immoderata esset.

1489 9. Subamp. siue pœna promissa fuerit per nomina numeralia, seu simplicia siue per multiplicatiua, cum diuersa ratio nequeat assignari Rebuf. d. glo. proferuntur. num.45. versic. nono etiam.

1490 Contrarium quando per verba multiplicatiua promissa fuit vt nequeat quadruplum excedere de communi Bursat. cons. 53. nu.20. & quando simpliciter apposita fuit, licet quadruplum excedere possit, secus tamen erit si per nomina quotatiua fuerit promissa Caroc. de loca. par. 3. cap. 12. n.3.

1491 10. Subamp. conuentionalem pęnam quadruplum excedere posse siue ad certam, vel etiam ad incertã quantitatem referatur Rebuf. *supra. n.45.* versic. decimo poterit ex l. ait *prætor.* §. 1. de re iud. & quia eadem ratio militat vtroque casu vt per eum.

1492 1. Lim. 8. ampliationem non procedere quando pęna certæ quantitati adiecta fuisset, tunc enim peti non posset quoniam in fraudem vsurarum apposita censeretur Docto. in l. stipulatio ista. §. alteri. de verbo. obligat. & omnes ita tenere tradit Rebuf. in l. 1. glo. proferuntur. n.46. C. de sentent. quæ pro eo quod interest proferunt, & de communi Bolognet. n.67. dicam infra n.1544. & sequent.

1493 2. Lim. non procedere quando stipulator fęnerari solitus esset glo. in l. pęnam de vsur. l. cum allegas. C. de vsur. vbi Doc. declarant Rebuf. supra n.47. dicam infra. ....

1494 3. Lim. non procedere quando quis pęnam promitteret à iure permissam, tunc enim intelligetur vt non possit excedere quadruplum prout nec pęnæ legales §. omnes Institut. de actio. vbi Doc. declarant. Rebuf. supra nu.48. Rauen. sing. 887. vsque ad quadruplum vero exigi posse Rot. decis. 279. part. 2. diuerso. Gratia. discep. 770. n.18. vbi idem si conuentione confirmata esset, nec statutum de pęnis conuentionalibus in hac locum habere.

1495 4.Lim. non procedere quando pęna esset multum excessiua, & debitor sine sui culpa ad soluendum impotens effectus tunc enim non debetur, alioquin secus. Laur.de Rodulph. in c.consuluit Q.65. de vsur. & Rebuf. supra n.49. vbi in Senatu coarctari vidisse istas pęnas inquit quando iniustitiam, austeritatem, & iniquitatem sapiunt Facchin. controuers. iur. lib. 1. cap. 50. Giouagna. inter Farin. cons.228.n.34.

1496 5.Lim.nō procedere in clericis,qui vltra quam intersit pęnam petere non possunt,equitate etenim non rigore conuentionis vbi debent Docto.in cap. dilecti. de arbitr. & in cap. suam. de pęn. Ang. in sum. verbo pęna. n.12. Soc. cons.253. n.13.lib.2. Marza.cons.60.n.5.

1497 Cōtrarium tenet Innoc.in d.cap.suam.de pęn. est tex.in d cap.dilecti.Cor.cons.220.in fine.lib.1. veriorem de iure inquit Capra.reg 70.n.16.Bursa. cons.53.in fine.

1498 1.Lim. hanc secundam opinionem non procedere quando si pęna per Clericos exigeretur scandalum oriretur,vt nā scandalum euitetur exigi non poterit Siluest.in sum.verbo.pęna. Q.25.versic. septimo,& Rebuf.in d.glo.proferuntur.n.50.dixi supra in 3 lim. primæ ampliationis.

1499 6.Lim. non procedere nisi ad pęnam agens cōtractum ex sui parte impleuisse probet, cum alioquin ei nō detur actio l.Iulianus § offerri.de actio. empti Rebuf. in d. glo. proferuntur.n.51.Bursat. cons.21.n.18.

1500 7.Lim.non procedere vbi ex bono,& æquo proceditur vt in curia mercatorum tunc enim vltra quam intersit pęna exigi non posset Bursa.cons.53. n 30.de quo dixi supra....

1501 8.Lim. non procedere quando pro interesse, aut loco rei pęna apposita fuisset, hoc enim casu non debebitur nisi quatenus intersit, tum quia vltra interesse obligationis causa cessat, tum, & quia pęna loco interesse succedit.l. fin. de prætor. stipulat. § omnes autem. Institut. de actioni. Soc. cons. 253. num.12. versic. ex quo primam lib.2. Roma. cons. 510. nu.6. Galiaul. in l.2. §.item si in facto. nu.9. de verbo. obligatio. Marcabrun. consil. 93. n.35. Seraphin. priuileg. iurament.54. n. 3. & quando statuto non debetur nisi tanti interesse iuretur Seraphi. decisio. 809. vbi de pacto quod affictus augeatur si per conductorem contrafiat.

1502 1.Sublim. non procedere si fuerit iurata tunc enim iuramentum seruari deberet Ancharan. cōs. 148. Roma cons.510. n.11. Anton. de Petruti. in repetitio.l.1.n.86.de iur.iuran.Seraphi.d.priuileg. 54.n.3.ad finem.

1503 2.Sublim. vel potius secus esse dicas quando ob contumaciam apposita, & in defectu non facti implementi; tunc enim aliud nil quæritur nisi an conuenta fuerint impleta Bar. in l.2. §. item & si in facto n.2. de verbo. obligatio. Docto. in l. stipulatio ista. §. alteri. de verbo. obligatio. Decia. cons. 102 nu.10. lib.3. & in contractu iurato vltra interesse, & duplum peti posse Viui. dec.74. n.4.

1504 3.Sublim. non procedere nisi tanti non interesse probetur, tanti enim præsumitur interesse quanti pęna continet nisi Reus contrarium probet. Bar. in d. § item,& si in facto. n.2. Galiaul. n.11.Decia d n.10.

1505 9.Lim. vel potius secus esse dicas in legali quæ vltra quadruplum non debetur §. omnes Instit. de actio. & ibi Docto. Menoch. de arbitr.iud. cas.260. n 1. Rot. decis.279.par.2.diuers. Gratia. discep.770.

1506 1.Sublim.non procedere quando duæ actiones moueri potuissent vt in casu l.3.§.fin.de calumniator.Coras.in d.§ omnes.n.2.Zas.n.11.versic.quarto fallit.& Meno.supra n.5.

1507 2.Sublim.non procedere in pęna quæ extra ordinem indicitur vt in casu l.final. C.de ijs qui à non domi.manumittūt.Coras.supra vbi Zas.n.10. vers. tertio fallit.Menoch.supra n.6.

1508 3.Sublim. non procedere quando via accusationis proceditur, tunc enim pęna quadruplum excedere potest ob criminis grauitatem §. si igitur auth.vt iudices sine quoquo suffrag.Coras.supra.& Zas.supra.n.11. fallent 6. Menoch. supra n.7. vbi etiam quod si pęna non fuerit a lege determinata iudicis arbitrio relinquatur.

1509 4.Sublim.non procedere quando pęna esset loco interesse puta quia morbida pecus ouile totum corruperit, vel tigno vitioso vendito, domus tota ruerit, his casibus pęna quadruplum excedet l.Iulianus in princip. de actio.emp.vel si clauū ex naui quis extraxerit, & ideo nauis submersa sit ad totum damnum tenebitur. l.3.§. senatus consultum. de incend. ruina,& naufrag. Coras. in d.§. omnes in fine Zas. num.10. versic. secundo fallit. Meno. supra n.9.

1510 5.Sublim.non procedere in actione legis Aquiliæ,eius enim pęna quadruplum excedere potest §. illud Inst. de leg. Aquil. Zas. d. n.10. Menoch. d. casu 260 n.10.

1511 6.Sublim. quando seruus manumissus tamquā ingratus in seruitutem domini redigitur, hæc enim pœna inestimabilis est l.si manumissus. C. de libert. & eor. liber. l. libertas. de reg. iur.Zas. in d.§.omnes n.11.fallent.5. Meno.supra n.11.

1512 7.Sublim.non procedere quando noua lege vel sua authoritate Princeps statueret, pęnam excedere quadruplum, quod Princeps facere potest etiam in conuentionali Ripa lib.2. responsor. cap.9. in fine Menoch.supra n.12. Rip.est respons.176.n.7. & 8.Natt cons.497.n.16.

1513 10.Lim. in delictis in quibus pęna non potest excedere duplum Farinac. consil. crim. 228. nu. 31. & 32.

1514 11.Lim. non procedere quando per nomina multiplicatiua puta duplum, triplum, vel quadruplum promissa fuisset, tunc enim quadruplum excedere non poterit de magis cōmuni Soarez com. opi.lit.P.n.134 licet ipse dissentiat Bursat.cons.53. n.20.de communi Caroc. de loca par.3. cap.12. n.3.post Alex.cōs.157.n.7.lib.6.Felicia de societa. cap.29.n.13.

1515 9.Amp. vt causa iniusta à pęna conuentionali non excuset, sed iusta tantum, tametsi iniusta a legali excuset Docto. in l.quod te vbi Cagno. n.42. si cert.

si cert. petat. Bertaz. conf. crim. 80. n. 5. Colleg. Aduocato Curial. Prouinciæ March inter. conf. crim. diuerso. lib. 1. in magnis de communi Scrad. de feud. 2. par. 9. partis sectio. 7. n. 52. vbi etiam quod iniusta à lata culpa non excusat de communi Farin. Q 30 n. 175.

1516 Contrarium nempe iustam causam non excusare à conuentionali pœna nisi iusta causa a vera difficultate procedat tenent Coua. in cap. quamuis pactum 2. par. §. 5. de pact. in 6. & Gutierez. de iuram. confirmator. contract. par. 1. cap. 44. nu. 5. Marf. sing. 598. Gratian. decis. 126. n. 17. vbi idem de expensis.

1517 10. Amp. vt declaratoria conuentionis in pœna conuentionali non requiratur quamuis in legali secus sit Cepha. conf. 119. n. 4. Turret. cõs. 26. n. 12. lib. 1. licet autem in contrauentione legis requiratur declaratoria lim. multis modis Fari. in fragm. par. 2. verbo. lex. n. 155. & seq.

1518 11. Amp. vt si pœna fuerit promissa casu quo ex aliquo pacto agatur cum de iure non posset agi, intelligatur promissa pœna, si de facto actum fuerit, licet alioquin de actione de iure intentata intelligatur Ceph. conf. 312. n. 130. sic intelligens l. nuda. C. de contrahen. & committen. stipulatio.

1519 12. Amp. hæreditate etiam iacente committi conuentionalem pœnam extraneo hærede instituto, quamuis in integrum restitutio detur, nisi malitiosè adire distulisset; in suo autem non datur hæreditas iacens Bal. in l. cum hæreditas. C. de pos. Franc. Marc dec. 31. par. 1. & dec. 32. in his quæ sunt modici præiudicij, puta primum decretum procedi posse inquit vide infra amp. 24. & contra hæreditatem committi l. fi. vbi glo. Ang. & alij de nauti. fœno. subdens mortem debitoris non impedire cursum vsurarum; creditoris sine hærede impedire.

1520 13. Amp. vt si de certa pœna arbitrio boni viri moderata soluenda conuenisset, nihilque plus minusue, in omnem casum maioris vel minoris damni exigi queat, conuentio valida sit, pœnaque exigi possit Lopez. de contract. lib. 1. cap. 30. versic. porrò.

1521 14. Amp. vt debeatur vltra etiam quam interfit, si tamen pro interesse à creditore amisso exigatur, tunc interesse quod postmodum ex mora apparet a misum excedere non debet Lopez. d. cap. 30. versic. præterea authore Borgni. dec. 25. n. 33. par. 2. & vltra quam intersit conuentionalem pœnam exigi posse ex magis communi Gram. dec. 58. n. 7. & Gab. cõcl. eri. 34. n. 9. Seraphi. priuil. iur. 54. n. 3. Osase. decis. 70. n. 7. & Manci. de iuram. par. 4. eff. 217. Cor. conf. 153. n. 1. vers. circa quartam lib. 1. etiam iure canonico excepto episcopo, & clericis conf. 28. n. 9. lib. 2.

1522 15. Amp. vt Princeps conuentionalem pœnam parti quæsitam remittere non possit Alduin. conf. 21. n. 102 in conf. Peregr. lib. 4.

1523 16. Amp. etiam si vigore sententiæ peteretur quam victor iniustam confessus esset, nam cum sententia iuris, & de iure præsumptionem indueat, ius, & veritatem vbi in iudicatum transiuit, ei non potest obesse cõfessio, quæ in foro poli obesset in quo sola veritas attenditur, non autem iuris, & de iure præsumptio Bero. conf. 30. n. 38. & 39. lib. 2. subdẽs eo minus dictam confessionem attẽdi posse, vbi de sententiæ iustitia constaret, vel de eius iustitia dubitari minimè posset.

1524 17. Amp. peti posse etiam in foro poli, quoniam si conuentionali pœna iure canonico Spiritu sancti instinctu facto ad Deum nos principaliter dirigente permittitur, in foro conscientiæ etiam permissa censenda est Cor. conf. 2. n. 15 lib. 3. Laur. de Rodulph. in cap. consuluit. Q. 67. de vsur. Rebuf. in l. 1. glo. 1. nu. 62. vbi Bolognet. n. 141. C. de sentent. quæ pro eo quod interest profer. Vasq. controuers. illustr. cap. 28. n. 16. Surd. dec. 260. n. 22. Came. de locato. par. 3. cap. 12. n. 3. Manti. de contract. lib. 14. tit. 37. n. 4. supra amp. 2. de magis communi etiam vltra quam intersit Manci. de iuram. par. 4. eff. 217.

1525 1. Lim. non tamen à debitore offerri debere nisi petatur, & sententia etiam condemnatoria lata sit Coua in 4. de sponsal. 2. par. cap. 6. §. 8. n. 11. Gutierez. de iuram. confirmator. contract. par. 1. cap. 36. n. 11. ad fin. dixi superius.

1526 2. Lim. non procedere inter personas ecclesiasticas inter quas non nisi in quantum interest exigi potest Ang. conf. 43. in fi. Rebuf. supra nu. 568. Meno. de arb. cas. 260. nu. 41. Felicia. de societate cap. 29. nu. 24. dixi supra. Gras. eff. cleri. 56.

1527 3. Lim. nõ procedere quando pœna in fraudem vsurarũ adiecta fuisset Rebuf. supra n. 573. Felicia. supra n. 25. dicam infra limitatio. . . .

1528 18. Amp. etiam si obligatio mixtim contineat factum, & quantitatis dationem, nam pœna ratione facti apposita censebitur, nempe in casu permisso Rebuf. in l. 1. n. 277. C. de sentent. quæ prò eo quod interest profer. Surd. decis. 259. n. 11. distinguit tamen Salice. in l. cum allegas. n. 12. C. de vsur. & Ambrosi. de Vignat. in cap. salubriter. nu. 96. de vsur.

1529 19. Amp. siue factum sit affirmatiuum siue negatiuum, vtroque enim casu pœna conuentionalis committitur ex identitate rationis Bologne. in l. 1. n. 141. C. de sent. quæ pro eo quod interest. profer. Menoch. de arbitrar. iudic. cas. 260. n. 22. Rebuf. in d. glo. proferuntur. n. 36.

1530 20, Amp. vt conuentionalis pœna ex sola conuentione absque iuramẽto sustineatur l. si quis maior C. de transactio. Bolognet. in d. l. 1. n. 141.

1531 21. Amp. etiam si factum veniret consecutiue, ad dationem quantitatis, ad huc enim cõuentionalis pœna debetur si de nõ solito fœnerari agamus de communi testatur Alex. conf. 76. nu. 19. lib. 5. & Addunt. ad Rot. Bonon dec. 148. in nouissimis.

1532 22. Amp. vt si plura essent facta promissa, cũcta, effici debeant, ne pœnalis stipulatio committatur l. si is qui ducenta. §. cũ ita. & § vtrum de rebus dub. Mantica. de contract. lib. 14. tit. 37. n. 15.

1533 23. Amp. contrauentionẽ facti sufficere quãuis iuris effectum sortita minime fuerit Abb. in c. Rainaldus. n. 17. de testament. Manti. d. tit. 37. n. 21.

1534 24. Amp. pœnalem stipulationẽ committi simul ac interpellatus fuit promissor elapso tanto tẽpore quo implere promissa potuerit, nec impleuerit l. si ex le-

ex legati causa de verb. oblig. l. Æmillus. vbi glo. verbo. restitui. de minor. l. diuortio de nego. gest. Mantic. d. tit. 37 n. 24. dixi supra.

1535 1. Lim. non procedere quando dies tacita vel vel expressa fuisset stipulationi adiecta, quia dies interpellat pro homine vt de expressa est tex. & ibi Doct. in l. magnam. C. de contrahen. & committ. stipulat. & de tacita l. 2. circa. med. C. de iure. emph. Manti. d. tit. 37. n. 25. & 26.

1536 2. Amp. hanc limitationem vt poenalis stipulatio ex lapsu diei committatur hæreditate etiam iacente l. ad diem. vbi Bar. n. 1. Alex. n. 5. Ias. n. 4. & seq. de verbo. obligatio. Manti. d. tit. 37. n. 26. & supra amp. 12.

1537 25. Amp. vt cum primum certum fuerit intra tempus stipulatione comprehensum promissum factum impleri non posse, pœnalis stipulatio iure cõmissa intelligatur, quamuis legalis non aliter committatur quam toto tempore elapso l. si insulam fieri. de verbo. obligatio. de communi omnium Ias. in l. cum stipulatus sim. n. 7. eod. tit. Rim. Iun. cons. 75. n. 20. & seq.

1538 1. Lim. non procedere quando dictum fuit quod tunc pœna committatur, quia hoc casu in stipulatione pœnali ab homine certo apposito tempore totius temporis lapsus requiretur Dec. in c. personas col. fin. sub n. 14. versic. ex quo infertur. de appelatio. Rim. Iun. supra.

1539 2. Lim. & distingue, quod aut facti stipulatio habet certum tempus expressum à contrahentibus, & tunc toto tempore elapso ad totum interesse stipulatio committetur l. insulam intra biennium de verbo. obligatio. aut à contrahentibus non habet certum tempus expræssum, & tunc licet tacitè insit, stipulatio intelligitur ad interesse particulare commissa, cum primum promissor cœpit esset in mora faciendi l. stipulationes non diuiduntur vbi Bar. & alij. de verbo. obligatio. Alex. in l. si ita stipulatus essem n. 3. Aretin. n. 1. eod. tit. Mantica. d. lib. 14. tit. 37. n. 27.

1540 3. Lim. non procedere quando tempus à contrahentibus prorogatum fuisset, tunc enim pœnæ commissionem impediet; licet non reuocet commissam l. cũ stipulatus sim mihi in princip. de verb. obligatio. Mantica supra n. 28.

1541 26. Amp non sufficere ante moram interesse offerre ad facti implementum euitandum, quia pœnalis stipulatio sub ea conditione contracta censetur si factum, puta domum, promissor non ædificauerit, conditio autem in forma specifica impleri debet l. qui hæredi l. Meuius de conditio & demõstrat. soluendo autem interesse conditionem in forma specifica non implet Alex. in l. stipulationes nõ diuiduntur n. 31. ad finem. de verbo. obligation. Mantica. supra. n. 29. d. tit. 37.

1542 27. Amp. vt qui in pœnam incidit eamque soluit, iuuari non possit ex ipso contractu, exceptione enim repellitur l quæro §. inter. locatorem. loca. non obstantibus clausulis in instrumentis solitis apponi quæ non suffragantur ita Rot. Roma. tenuisse testatur Mantica. supra. n. 47.

1543 28. Amp. vt stipulatio pœnalis commissa pœnitentia, vel principalis debiti oblatione minime tollatur Ang. cons. 326. n. 3. Paris. cons. 21. n. 41. & sequent. lib. 4. Mantica. supra n. 48. Intelligentes si contrauentio in committendo consistat; secus si in omittendo. Marta. dec. 7. n 10. 13. vbi si contrauentioni renuncietur non committi etiam fauore tertij adiectam.

29. Amp. vt si promissioni de non offendendo sub pœna conuenta & in stipulatũ deducta quæ conuentionalis dicitur parti applicetur, nisi fisco fuerit applicata; & vlterius delicti pœna fisco soluenda erit, quoniam pœnæ istæ concurrunt Mars. cons. 9. n. 50. Hercul. de caut. de non offendend. cap. 10. n. 8. & sequent. licet ex consuetudine fisco dicat applicari & Gratian. discept. 840. n. 26. & sequent. & 956. n. 1. vbi etiam quando medietas fisco & medietas parti applicari debet, si reus soluendo non sit fisco prius soluitur, quod si iudici receptorum à fisco certa pars est præstanda, tunc eam illi fiscus præstare teneatur d. discept. 840. n. 11. & sequent. quando duplex pœna concurrit vna ciuilis alia criminalis, altera non confundit alteram Franc. in cap. Fælicis §. per hoc. n. 4. de pœ.. Bertaz. cons. crim. 491. n. 7. Gratia. d. discep. 956. n. 9. sed si pars vel fiscus suam pœnæ partem noluerit, nõ erit locus iuri accrescendi n. 11. & Baiard. ad. Clar. Q. 95. n. 23.

1544 1. Lim. principaliter pœnam conuentionalem non deberi nec pœnalem stipulationem committi, quando pœna dationi quantitatis adiecta fuisset per annorum dinumerationem, tunc enim vsuram saperet nec exigi posset l. stipulatio ista. §. alteri vbi omnes. de verbor. obligation. l. rogasti. §. si tibi. si cert. petat. Cor. cons. 43. n. 16. lib. 2. Docto. in cap. dilecti. de arbitr. Alex. cons. 49. nu. 1. & cons. 50. n. 1. & cons. 51. n. 2. lib. 4. Aretin. in §. omnes. n. 4. Institut. de action. Laur. de Rodulph. de vsur. Q 67. de communi testatur Purpur in §. si tibi. l. rogasti. n. 79. si cert. petat. Ambros. de Vignat. in cap. salubriter. n. 91. de vsur. vbi idem probat de constitutionibus in pondere numero vel mensura cum & in his vt in pecunia mutuum contrahatur Afflict. decis. 135. n. 1. de communi Rebuf. in l. 1. glo. 1. n. 64. C. de sentent. quæ pro eo quod interest proferu :t. Gulielm. de Benedict. in cap. Rainutius. verbo. & absque liberis. 2. n 229. de testament. Ruin. cons. 133. 8 lib. 1. Dec. cons. 183. in fi. de communi Balb. de præscriptio. 2. part. 3. part. principal Q. 13. n. 6 & Capra. reg. 70. n. 17. & 28. Bolognet. in d. l. 1. n. 67. C. de sentent. quæ pro eo quod interest proferunt. Mari. Angus. cons. 264. n. 21. Crauet. cons. 817. n. 1. & ex 10. versic. reorum, vbi idem subdit respectu fisci & de magis communi cons. 693. n. 18. vbi idem quando cum priuato fiscus concurreret de communi omnium Rota. Roma. decis. 90. n. 4 & 5. part. 2. diuerso. Manti. de contract. lib. 8. tit 24. n 19. & quando in contractu mutui apposita fuisset n. 20. & tit. 25. n. 7. vbi sine distinctione qualitatis personæ Lanfranc. decis 355. Mantua. sing 401. de communi Matte. communi opinio verbo. interesse. & verbo. vsura Franc. Marc. decis. 411. part. 1. Manti. supra lib. 14. tit. 37. n. 7. Menoch. de arb. cas. 260. . 42.

de magis communi Gutierez. de iurament. confirmatorio.contract. par. t. cap. 36. n. 10. Farinae. Q. 163. n. 108. Peregr. conf. 18. n. 4. vbi quando per dinumerationem annorum promissio facta fuisset. lib. 3. Gutierez. cano. QQ. lib. 2. cap. 20. de communi Cabal. resol. crimin. 226. n. 1. ita vt non modo magis communem, verum receptissimam esse patet hanc limitationem quam, & verissimam censeo, & sine dubio cõtractum vsurarium præsumi ex tex. in l. cum allegas. in fine. C. de vsur. & Bal. in d. §. si tibi. col. 3. versic. sed an probato. si cert. petat. probat Manti. de contract. lib. 8. tit. 24. n. 19. & supra dixi n. 1492. Viui. dec. 350. n. 5.

1545 1. Amp. d. primam limitationem procedere etiam si pœnæ nomine apposita sit Crau. conf. 693. n. 15. & tenent omnes supra in limitatione citati.

1546 2. Amp. vt eiusmodi pœna sub prætextu Papalis dispensationis adijci nequeat quoniam, summus Pontifex super hoc non potest dispensare super futuris vsuris enim dispensare, nequit cap. super eo. de vsur. quia Diuino iure prohibentur Alex. conf. 49. n. 1. lib. 4. Rebuf. in l. t. glo. t. n. 65. C. de sentent. quę pro eo quod interest proferũtur vbi Bolognet. n. 67.

1547 3. Amp. nec etiam cum inimico de hac pœna conueniri possit, nec enim cum inimicis etiam fœnerari fas est Conrad. de contract. Q. 42. Add. ad Rom. sing. 269. Rebuf. d. glo. 1. n. 66.

1548 Contrarium tenet Roma. sing. 269.

1549 4. Amp. siue creditor fęnerari solitus sit, siue nõ, vtroque enim casu prædictæ pœnæ appositio prohibetur. gl. in l. Iulianus. §. idem Papinianus de action. empti. & in l. cum allegas. C. de vsur. Alex. in l. stipulatio ista. §. alteri. n. 11. de verbo. obligatio. & conf. 50. n. 1. & conf. 51. n. 2. lib. 4. de communi Ambros. de Vignat. in cap. salubritet n. 92. de vsur. & Rebuf. in d. glo. 1. n. 67. de communi etiam testatur Bolognet. in d. l. 1. n. 67 Purpur. in l. rogasti. §. si tibi. n. 81. si cert. petat. de magis communi testatur Crau. conf. 693. n. 17. Manti. de contract. d. lib. 14. tit. 37. n. 7.

1550 Contrarium in non solito fœnerari tenent Sali. in l. rogasti. n. 7. si cert. petat. Alex. conf. 119. n. 16. lib. 2. de communi testatur Gozad. conf. 55. n. 12. & de magis communi. Turza. commun. opinion. conclus. 71. & Caroc. de locato. par. 7. conclus. 10. nu. 30. præterquam in mutuo vt per Turza. vbi supra licet idem in mutuo teneant Turza. & Caroc. vt ipse refert, sed in mutuo id mihi non probat Turzan. cum dicat facto adiectam quæ non solito fœnerari soluenda sit, si ab eo qui non sit solitus fęnerari vel ex alia quam mutui causa debeatur, de communi Decia. conf. 79. n. 4. lib. 3.

1551 In solito fęnerari pęna alteri rei etiam adiecta in fraudem vsurarum præsumi tradunt Mantua. sing. 401. Lopez. de contract. lib. 1. cap. 30. versic. præterea authore, & indistincte in solito fęnerari pęnam in fraudem vsurarum adiectam censeri etiam facto adiecta quod quantitatis obligatio præcedebat de magis communi Viui. decis. 350. n. 8. 9.

1552 5. Amp. siue pęna legitimum modum vsurarum excedat siue non, vtroque etenim casu in fraudem vsurarum apposita censetur, de iure etenim Diuino hodie nullus est vsurarum modus legitimus cum nihil ex mutuo sperari possit. Lucas. 6. Rebuf. in l. 1. glo. 1. n. 68. C. de sentent. quæ pro eo quod interest, &c. & est omnium Legistarum Canonistarumque communis sententia prout testatur Ambros. de Vignat. in cap. salubriter. nu. 92. de vsur.

1553 6. Amp. non posse etiam arbitros in laudo disponere vt sorte non soluta certa annua quantitas solui debeat quousque sors soluatur, non enim minus vsura hæc est quam si ita à partibus conuenisset cum factum iudicum, & arbitrorum factum partium censeatur Bal. & alij in l. rogasti §. si tibi. si cert. petat. Abb. & alij in cap. dilecti. de arbitr. Ias. in l. promissis. C. de transact. Dec. conf. 39. sub n. 5. Rebuf. in d. l. 1. glo. 1. n. 69. Crau. conf. 693. sub n. 18. versic. non obstat locum. Purpur. in l. rogasti. §. si tibi n. 43. si cert. petat. & in sententia iudicis n. 19. & in compromisso seu laudo magis communem Villalo. commun. opinio. lit. V. n. 73. & in sententia iudicis Peregri. conf. 18. n. 4. lib. 3. vide infra primam sublim. suprascriptæ primæ limitationis.

1554 7. Amp. etiam si pęna pro loco fuerit promissa, adhuc enim si quantitati fuerit adiecta non erit valida promissio Rebuf. in d. l. t. glo. 1. n. 71. vbi testatur ita iudicatum.

1555 8. Amp. etiam in contractu transactionis, nulla enim ratione excludi potest vsurarum præsumptio oriens ex pœna dationis quantitatis adiecta transactioni l. promissis. vbi Salic. Ias. & alij. C. de transactin. Alex. conf. 49. n. 15. & conf. 50. n. 2. lib. 4. Dec. conf. 183. n. 1. & in fine Rebuf. in d. l. 1. glo. 1. n. 70. Gozad. cõs. 55. n. 12. Franc. Marc. dec. 411. n. 13. par. 1. Purpur. in d. l. rogasti. §. si tibi. n. 80. si cert. petat.

1556 Contrarium tenet Alex. conf. 119. num. 17. Barbat. conf. 45. n. 28. lib 4. Capra reg. 70. n. 37. & 38. vbi idem in compromissis. Ripa. responso. 176. n. 6.

1557 1. Lim. secundam istam opinionem non procedere in transactione facta super mutuo, tunc enim cum quicquid sorti accedit vsura sit, eiusmodi pęna in fraudem vsurarum apposita censebitur, nec ideo debebitur. Bal. in l. cũ allegas n. 6. C. de vsur. Ripa. d. responso. 176. n. 6.

1558 2. Lim. non procedere nisi in solito fęnerari, quia ex qualitate personę in fraudem apposita censebitur, & nulliter Bal. in d. l. cum allegas. n. 7. vide supra amp. 4.

1559 9. Amp. procedere in omni contractu siue bonæ fidei siue stricti iuris l. Iulianus §. idem Papinianus. de actio. empti. l. pęnam. de vsur. l. promissis, C. de transactio. eadem namque in vtriusque ratio prohibitionis viget Docto. in l. stipulatio ista. §. alteri. de verbor. obligation. Ambros. de Vignat. in cap. salubriter. num. 93. de vsur. Rebuf. in l. t. glo. 1. num. 71. C. de sentent. quæ pro eo quod interest Alex. consil. 49. num. 12. lib. 4. & in l. stipulatio ista. §. alteri num. 11. de verbor. obligation. Bolognet. in d. l. t. n. 67.

1560 1. Lim. 9. amp. vt licet in cõtractibus bonæ fidei sim-

simpliciter initis procedat ampliatio, secus tamen est si stipulatio, vel iuramentum adhibitū fuisset, hæc enim contractui robur addunt Bursa. cons. 53. n. 39. 40. Caroc. de locato. par. 3. c. 12. n. 4. sed potius isti videntur aduersari ampliationi quam eam limitare, nam nec stipulatione nec iuramento pactum vsurarium validari potest efficaciter scilicet c. debitores. de iure iuran. & licet Alex. cons. 158. col. 1. lib. 2. velit pœnam dationi quantitatis adiectam exigi posse secus tamen probat Veg. cons. 68. n. 155. & seq. & Viui. dec. 350. n. 10.

1561 10. Amp. etiam in vltimis voluntatibus, non enim valet dispositio testatoris, vt forte intra certum tempus non soluta in pœnam non soluentis puta hæredis annuum solui debeat donec fortem soluerit, etenim vsuram saperet Bar. in l. 3. §. finali. de annu. legat. & in l. 2. C. de his quæ pœnæ nomine. Aretin. in §. final. n. 6. Instit. de legat. Alex. in l. stipulatio ista §. alteri. n. 16. de verb. oblig. vbi idē in sententia Gozad. cons. 55. n. 12. versic. præterea Rebuf. in d. l. 1. glo. n. 71. Bologne. n. 67. C. de sent. quæ pro eo quod interest &c. Franc. Marc. dec. 411. n. 18. par. 1. vbi etiam de apposita in laudo Crauet. cons. 693. n. 18. Peregri. cons. 18. num. 4. lib. 3.

1562 11. Amp. vt si fuerit adiecta facto incontinenti vsurā sapiat, licet secus sit vbi ex interuallo promitteretur Salic. in l. rogasti. n. 7. si cert. peta. Alex. cons. 49. n. 9. lib. 4. vide tamen supra in conclusione citatos. vide infra amp. 13. & sublim. 2.

1563 12. Amp. siue pœna dationi quantitatis pro pœna adijciatur, vel etiam factum augmentatiuum quantitatis, velut si tibi mutuauerit Titius centum pacto adiecto, vt pro eo Romam peteres, librum scriberes, vel huiusmodi facias, cum namque forti accedat, vsura est glo. & Bar. in l. rogasti. §. si tibi & alij ibidem si cert. petat. Ambros. de Vignat. in capit. salubriter. n. 97. de vsur. Rebuf. in l. 1. glo. 1. n. 73. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest Barbat. cons. 45. n. 21. versic. sed si per factū lib. 4. Alex. in l. stipulatio ista § alteri. n. 13. de verbo. obligatio. de communi Purpur. in d. l. rogasti. §. si tibi n. 76. si cert pet. Bologne. in d. l. 1. n. 67. in fine. C. de senten. quæ pro eo quod interest &c.

1564 1. Lim d. ampliationem 12. non procedere quando ex facto eiusmodi creditori nihil adesset, sed maiorem tantum creditoris cautionem contineret dicti facti promissio, vt puta si pro quantitate mutuata debitor iudicium suscipere promisisset, & ad illud accedens præceptum de soluendo recipere sub certa pœna, tunc enim cum nihil adsit vltra fortem, hoc non est vsura l. sed si quis. §. finali. si quis cautio. Bat. in d. l. rogasti. §. si tibi ante finē. vbi Purpur. n. 77. & 93. si cert petat.

1565 13. Amp. etiam si facto, vel speciei apposita pœna sit obligatione quantitatis præcedente, quoniam originalis causa inspicitur Abb. in c. dilecti. n. 14. de arbitr. idemq; tunc de facto, quod de quātitate iudicatur. Capra. reg. 70. n. 31. & 32. Laur. de Rodulph de vsur. Q. 67. Purpurat. in d. §. si tibi. n. 83. vide supra amp. 11.

1566 14. Amp. etiam si nomine ac pro interesse ob solutionem pecuniæ in tempore conuento minime factam; talis promissio emanauit, adhuc enim tāquam in fraudem vsurarum facta non sustinebitur. Lup. in c. per vestras. not. 6. n. 7. de donatio. inter vir. & vxor pag. 395. etiam interesse concurrente exigi non potest Gram. dec. 58. Balb. dec. 25. Ricci. collect. dec. 1073.

1567 15. Amp. vt si priuato non debeatur cui principaliter promissa fuit Crau. cons. 693. n. 16. & 17. & ex æquitate ita Senatum Pedemontanum tenuisse testatur Thesaur. dec. 98. n. 3 Cabal resolutio. crim. cas. 216. n. 13. Crauet cons. 817. Ricci. supra vbi aliter remissiuè ampliat Bertaz. cons. cri. 48. n. 7. Thob. cons. 110. n. 6. Ond. cons. 89. n. 62 lib. 2. vbi quando ei prima contrauentione contractus in totum foret dissolutus alio quin secus, n. seq. & si adsit clausula rato manente pacto expræssa non tacita eam fiscus exigit ab vtraque parte n. 68. 69.

1568 Contrarium tenet Franc. Marc. dec. 41. n. 19. per tex. in l. fiscus. de iure fisci, & videtur tenere Thesaur. d. dec. 98. in fine. sed d. l. fiscus non probat hanc secundam opinionem, vt & aduertit Cabal. supra n. 14. & seq.

1569 16. Amp. vt nihil iudicis decretum operetur si pœna in fraudem vsurarum fuerit adiecta Thesaut. dec. 79. & 98. Ricci. supra.

1570 1. Sublim. primam limitationem non procedere in pœnæ promissione facta à partibus, si arbitri sententiæ, vel laudo non pareatur, hęc etenim in casu contrauentionis exigi poterit, nec in fraudem vsurarum apposita censebitur, sed ratione cōtemptus, quamuis dationem quantitatis laudum contineret Docto. in c. dilecti de arbitr. Bal. in l. promissis C. de trāsact. & cons. 18 in fine lib. 1. Barbat. cons. 45. n. 21. lib. 4. Ripa. respons. 176. nu. 6. Rebuf. in l. 1. glo. 1. n. 69. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest. profes. de communi Legist. & Canonistarum testatur Ambros. de Vignat. in c. salubriter n. 94. versic. solutio de vsur. idem dicens stante statuto prohibente exactionem pœnæ dationi quātitatis adiectæ, & si arbitri condemnassent ad dādam certo tempore quantitatem certam sub pęna Meno. de arbitr. iud. cas. 260. n. 13. & seq. vide supra amp. 6. Gratia. discept. 21. n. 25. vbi etiam monitione opus non esse si terminus præfixus vt n. 26.

1571 2. Sublim. non procedere quando pœna ex interuallo promissa fuisset, tunc enim in fraudem vsurarum apposita neutiquam censebitur, ex quo debitor quantitatis eam promittere non cogitur, iam purè seu simpliciter debito contracto scilicet absque alicuius pœnæ adiectione, vt argum. l. 1. titius de pignorat. actio. tradunt Bar. in l. 2. n. 1. C. de pact. pignor. Cor. cons. 33. n. 1. lib. 1. Aretin. in §. omnes. n. 9. Institut. de action. Rebuf. in l. 1. glo. 1. n. 74 vbi Bologne. n. 68. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest profer. post Salic. in l. rogasti. n. 7. si cert petat. & Alex. cons. 49. n. 9. lib. 4.

1572 1. Lim. d. secundam sublim. non procedere quando collusio, vel fraus adhibita probaretur ante, vel tempore mutui videlicet, quod fuisset actū debitorem ex interuallo ad pœnam se obligare debere, tunc etenim velut in vsurarum fraudē adiecta corrueret Aretin. in d. §. omnes. n. 9. versic. nisi posset. Institut. de actioni.

1573 2. Lim. non procedere quando vſurario promitteretur, tunc enim poenæ promiſſio inualida foret, ob illius ſiniſtram vigentem ſuſpicionem vſurariæ ſcilicet prauitatis Aretin. in d. §. omnes. n. 9. verſicul. niſi etiam ſit. Barba. conſ. 72. n. 21. lib. 4. Rebuf. in d. l. 1. glo. 1. n. 75. Bologne. n. 68. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.

1574 3. Lim. non procedere vbicumque ex fragilitate perſonæ promiſſionem ex interuallo proceſſiſſe cenſeri poſſet, propterea enim promiſſio non teneret. Aretin. in d. §. omnes. n. 9. verſic. vel niſi eſſet. Inſt. de action.

1575 3. Sublim. non procedere in foro poli, velut ſi debitor liberè ſoluere promitteret non procurante creditore, ſed tantum ſimpliciter creditor reciperet abſque vſurariæ prauitatis intentione, & mallet conuento tempore ſortem recipere, quam pœnæ ſolutionem expectare, hoc enim caſu quia ceſſaret fraudis præſumptio, pęnę promiſſio valida foret Sot. in 4. ſentent. diſtinct. 15. Q. 2. art. 2. col. 5. verſic. primum tripliciter Sum. Angel. in verbo. vſura. §. 31. Purpurat. in l. rogaſti. §. ſi tibi. n. 91. ſi cert. petat. Rebuf. in l. 1. glo. 1. n. 76. C. de ſentent. quę pro eo quod intereſt &c.

1576 1. Amp. tam in non ſolito fœnerari, quã in ſolito fœnerari Deus namque intentionẽ intuetur, quæ ſi bona etiã in fęnerari ſolito ſit, iuuabit in cõſcientia, in foro poli enim non iudicatur ex præſũptionibus, at ſola veritas inſpicitur. Purpur. in d. §. ſi tibi. n. 92.

1577 2. Amp. vt licet quando, vt pœna prætenditur non debeatur in foro poli ante iudicis ſententiam, ſecus tamen quando, vt intereſſe deberetur Lopez. de contract. lib. 2. c. 34. uerſic. tam quia, & uerſic. ſeq. uide ſupra 8. ampliationem.

1578 1. Lim. 3. ſublimitationem non procedere quãdo pœna promitteretur ſi in tempore conuento nõ fieret ſolutio, ſi creditor mallet pęnam incurri quã debitum ſolui, & quando creditor teneret ob impotentiam debiti ſibi ſoluendi debitorem pęnam incurſurum, & ſi in fraudem apponeretur uelut ad aliquid ultra debitam ſortem accipiendum, his enim caſibus uſura argueretur Lopez. de contract. lib. 2. c. 34. uerſic. tertio quando.

1579 2. Lim. non procedere quando non pro intereſſe damni, uel lucri ceſſantis recompenſatione pęna appoſita fuiſſet, ſed ſub nomine, & intentione pęnę ad culpam debitoris coercendã, tunc enim ſi debitor ex impotentia, & ſine culpa non ſoluat, pęna abſque uſura exigi non poſſet, quamuis eam creditor exigere poſſet ſi appoſita fuerit pro recõpenſatione, damni uel lucri ceſſantis, ex mora etiã inculpabili contingentis ob impotentiam, quamuis in foro fori hoc pactum reprobetur; in foro tamen poli quando ſolummodo creditor ſuæ indemnitati conſulere voluit, ſolum paratus ſibi de damno ſi accideret prouidere, alias ſtatuens nihil præter ſortem exigere, nihil molietur iniuſtum ſi huiuſmodi damnum ſeu intereſſe damni etiam ex mora inculpabili exigeret, quoniam pactum in conſciẽtia valuit iuxta rectam paciſcentis intentionem. Lopez. ſupra. verſic. his ſuppoſitis & verſic. ſeq. ſubdens quod ſi non conſtaret an pęnæ nomine, vel pro intereſſe recompenſatione, in dubio intentio paciſcentis inſpicienda ſit; quod ſi nomine pęnæ, & intereſſe recompenſatiuum ſit, tunc quatenus pęna ſit, exigi non poſſit vbi mora poſt modum ex impotentia, vel citra culpam accidat; haberet tamen locum in caſu quo ex impotentia etiam inculpabili damnum accideret ex mora ſoluendi, quoniam pactum velut quædam præmonitio fuiſſet, qua ſe creditor à ſuo intereſſe propter morã amittendo indemnem conſeruare voluit, & vbi creditor indemnis ſeruatus eſt à moroſo etiam culpabili debitore aliud pęnæ nomine prætendere nequit, vt per eum.

1580 4. Sublim. non procedere quando ſors alteri, alteri autem pęna promiſſa fuiſſet, tunc enim ſorti accedere nil dicitur, ideoque nec vſura conſiderari poteſt. Bar. & Ang. in l. qui res. §. qui ſtipulatur. de ſolutio. vbi Imo. n. 4. reſpondet rationi quã pro contraria opinio. Purpur. adduxit Alex. in l. ſtipulatio iſta §. alteri. n. 12. de verbo. obligatio. Bolognet. in l. 1. n. 68. C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, poſt Rom. conſ. 510. n. 13. in fine. Manti. de contract. lib. 8. tit. 24. n. 24.

1581 Contrariam ſententiam ne via fraudibus aperiatur tenet Purp. in d. l. rogaſti. §. ſi tibi. num. 81. ſi cert. petat. Rebuſ. in d. l. 1. glo. 1. n. 78. C. de ſentẽt. quę pro eo quod intereſt. Manti. de contract lib. 8. tit. 24. n. 24. poſt Rom. conſ. 510. n. 13. in fine.

1582 1. Lim. primam opinionem non procedere in ſolito fęnerari, tunc etenim fraus legi facta videtur Imo. in d. §. qui ſtipulatur n. 4. Alex. in d. §. alteri, n. 12. Purpur. in d. §. ſi tibi. n. 81.

1583 2. Lim. non procedere ſi ita in fraudem promitteret, tunc enim fraudis initę ratione inualida eſſet Bolognet. in d. l. 1. n. 68.

1584 3. Lim. non procedere quando ſuo procuratori ſtipulatus aliquis fuiſſet, quia ſibi ipſi ſtipulatus videretur Alex. in d. §. alteri. n. 12.

1585 4. Lim. non procedere quando ſtipulatus fuiſſet pęnam ſub poteſtate ſtipulantis exiſtenti aut valde coniuncto ex hoc enim fraus argueretur arg. l. vir vxori. §. finali. ad Velleia. & l. pupillus. §. ſed & ſi de authorita. tutor. vbi Bar. qui eam legit cum §. item ipſe n. 3. Ang. conſ. 106. ante finem & Maſc concl. 442. n. 2. & dixi in tractatu emptionum in coniecturis ſimulationum & Manti. & alij in ſublim. citati in contraria eius opinione & Crau. cõſ. 156. n. 11.

1586 5. Sublim. non procedere quando in contractu iuramentum interueniſſet, quia cum ſeruari poſſit iuramentum, pœnam deberi operabitur Roma. conſ. 510. n. 12. Alex. in l. ſtipulatio iſta §. alteri. n. 17. de verbo. obligatio. & cons. 158. n. 2. lib. 2. Bauer. de virtut. iuram. Q. 73. Rebuf. in l. 1. glo. 1. n. 77. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt profer. vbi Bolognet. n. 68. Purpur. in l. rogaſti. §. ſi tibi. n. 85. ſi cert. petat. Gram. decis. 58. n. 6. Crot. cõs. 107. n. 18. vſque ad quadruplum vt per eum Seraphi. priuileg. iuram. 53. n. 2. Gram. dec. 58. n. 6.

1587 Contrarium tenẽt Meno. lib. 3. præſumpt. 122. n. 62. Felician. de ſocietate cap. 29. n. 30. & Napolit. cons. quatenus intereſt tantum condemnare ex Bellon. dec. Genu. 216. Ricci collect. decis. 2170. verſic. datur etiã Manc. de iuram. part. 4. effect. 60.

1580 1. Lim.

1588 1. Lim. d quintam sublimitationem, nam qui inrauit absolutionem à iuramento, petere potest si in statu absolutionis petendæ existat Bal. in d. l. rogasti col. penulti. vers. sed quid si subdens iurantis hæredem adsolutione non indigere quoniam iuramentum iurantis hæredem non afficit, licet ad hæredem eius transeat cui iuratur Rebuf. d. glo. 1. n. 77. in d. l. 1. vbi Bolognet. n. 68. qui repetere posse subdunt si soluisset, Alex. in d. l. stipulatio ista. §. alteri. n. 17. de verbo. obligat.

1589 2. Lim. non procedere nisi in iuramento solutionis, non autē in iuramento probationis, si namque iurauero me esse obligatum pro pura sorte cum re vera vsura insit, non obligabor, idque in fraudem vsurarū factum censebitur Bal. vbi supra.

1590 3. Lim. non procedere quando iuramentum esset omnino insolitum Seraphi. supra. n. 4.

1591 6. Sublim. non procedere quando pęna dationi quantitatis sub conditione adiecta esset si non solueris ac proinde ob retardatam solutionem, in eiusque defectum, tunc enim siue apponatur pęna vt stipulatori soluatur, vel vt alteri per stipulationem acquiratur, & siue principaliter & simpliciter, datio quantitatis versetur, siue dare & facere simul æque principaliter, & siue quantitatem principaliter dare, ac pro illius executione versetur factum, tunc pęnalis stipulatio valida est, sed ad modum legitimum restringetur l. cum allegas. vbi glo. C. de vsur. & in l. stipulatio ista. §. alteri. de verbo. obligationi §. alteri. Institut. de inutil. stipulation. Aretin. in §. omnes. n. 11. Instit. de action. Rebuf. in d. glo. 1. n. 77. in fine.

1592 1. Amp. tam in non solito, quam in solito fœnerari, cum namque debitor à pęna eximere se ipsū queat debitum soluendo vsurarum præsumptio cessat Aretin. supra quem secutus est Rebuf. supra.

1593 1. Lim. d. sublimitationem non procedere quādo in similibus contractibus mutuans, sic semper fecisset, ex hoc enim vsurarum fraus arguetur Aretin supra.

1594 7. Sublim. non procedere in contractu mixto factum & quantitatem continente, quia non magis tunc dationi quantitatis pęna censebitur adiecta, quam ipsi facto, ea propter pęna exigi poterit Aretin supra (intelligendo vt in præcedenti sublimitatione dixi) Barbat. cons. 45. n. 27. lib. 4. Rebuf. in d. l. 1. glo. 1. n. 79 qui tamen non determinat. C. de sent. quæ pro & quod interest. vbi Bolognet n. 68. ad finem qui tamen subdit hanc opinionem multos contradictores habere. Surd. decis. 259. n. 11. & vbi quantitas in emptionem bonorum stabilium conuertenda esset communem probat Rot. Rom. decis. 159. inter collectas per Pacifi. de saluian. interd. inspect. 3. cap. 4. n. 390. & sequent. in secunda æditione.

1595 1. Lim. d. sublimitationem septimam non procedere nisi erediturī nihil adsit, nam si quicquam ratione quantitatis adesset vsura censeretur Bar. in l. rogasti. §. si tibi. ad finem si cert. petat. vbi Purpur. n. 77. & 93.

1596 8. Sublim. non procedere quando statuto vel consuetudine caueretur vt creditoris in duobus solidis pro libra interesse fingatur soluendis à tempore moræ debitoris, valida erit enim consuetudo, vel huius modi statutum; nam sunt à Iudice ita & per statutum & consuetudinem potest interesse taxari, cum non minoris potentiæ lex sit, illius ministro, potest etiam statutum ex causa fictionem inducere, & in mente statuentium esse sat est. glo. in l. 1. §. puerītiam verbo. ratus de liber. & post inū Bal. conf. 166. n. 1. lib. 1. Rebuf. in d. l. 1. glo. 1 n. 80. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. profer. Gozadin. conf. 55. n. 12. Thesaur. decis. Pedemont. 79. n. 2.

1597 1. Lim. non procedere quando pęna ad cautelam apposita esset quia scilicet ita partes conuenissent prius, tunc enim factum iudicis nil operaretur Thesaur. supra. n. 2.

1598 2. Lim. non procedere in mutuo, quoniā cū lege Diuina nihil inde sperari possit, & quicquid sorti accedit vsura sit, non potest lege ciuili induci, & permissa fieri Rouescal. in add. ad Bal. supra. d. conf. 166. n. 1.

1599 1. Sublim. non procedere post mortem, tunc enim vsura vel potius interesse peti posset Cin. in authent ad hæc. C. de vsur. in fine Gozad. conf. 55. in fine dixi plenè in tractatu interesse & in tractatu mutui.

1600 9. Sublim. non procedere in persona honesta & non solita fœnerari pęnam stipulātē, in ea enim cessat vsuræ præsumptio, omnisque sinistra suspicio Alex. conf. 119. n. 16. lib. 2. & cons. 40. n. 14. lib. 4. quod est Anto. à Prato. Veter. Gozadin. conf. 55. n. 12. vbi communem testatur prout & Decia. conf. 79. n. 4. lib. 3. post Bero. conf. 30. n. 33. lib. 2. de communi etiam testantur Soarez. communi opinion. lit. P. n. 137. de magis communi Turzan. communi. opinion. conclusion. 71. & de communi Gutierez. de iuramento confirmaton contract. part. 1. c. 36 n. 9. de magis communi Carpe. de locat. part. 7. conclusio. 18. n. 30. Add. ad Rot. Bononiens. decisio. 148. in nouissimis Gutiet. cano. Q. Q. lib. 2. c. 20. n. 11.

1601 Contrariam opi. tenet. Rui. conf. 145. n. 8. lib. 4. de magis communi Crau. conf. 639. n. 17. & in mutuo Manti. de contract. lib. 8. tit. 24. n. 20.

1602 10. Sublim. non procedere quando coniectura alia capi posset quam præsumptio vsurarum, tunc enim numquam fraus & vsura præsumetur Bal. conf. 18. in fine lib. 1. Gozad. conf. 55. n. 13. dixi in tractatu simulationis, in tractatu emptionum in serto.

2299 1. Sumblim. non procedere quando per alium res ecclesię recuperari possent, metus, vel dolus abesset, hoc enim casu dandus esset curator, & iurans cogetur seruare iuramentum, cum illud seruare possit sine interitu salutis æternæ Inno. in d. c. peruenit. n. 1. de iure iuran. Butr. n. 2. versic. vbi autem Bal. n. 1. Card. & Imo. n. 2. Felin. n. 5. Selua. de iure. iuran. part. 3. Q. 1. n. 32. versic. præmissa limitat. vide limitationes 2. sublimitationis sequens.

2300 Contrarium tenet Abb. in d. cap. peruenit sub n. 4. ad finem.

2301 2. Sublim. non procedere quando de prælati solius intereſſe ſeu præiudicio ageretur ab Eccleſię præiudicio ſeparato, cum namque hoc caſu ſeruari iuramentum poſſit à prælato, obſeuari debet glo. in eap. cum veniſſent. verbo. abiuraſſe de inſtitutio. Butr. in d. c. peruenit. n. 3. in fine Bal. n. 1. Abb. n. 4. verſic. Anton. dicit & in d. c. cũ veniſſent n. 16. verſic. Anto. hic. Felin. in d. c. peruenit n. 5. in fine. & n. 6. Io. Selua. d. part. 3. Q. 1. n. 33. & ratione iuramẽti contrauenire non poſſe. Bero. conſ. 52. n. 2. lib. 1.

2302 1. Lim. primam & ſecundam ſublimitationes non procedere in contractu à lege probibito, tunc enim inualidum iuramentum reddetur propter legis reſiſtentiam c. cum contingat. de iure iuran. e. quamuis pactum de pact. in 6 cap. licet. de iure iuran. in 6. Abb. in cap. cum contingat n. 4. & 5. vbi latè diſtinguit de iure iuran. Selua. ſupra. n. 33. verſic. & præmiſſa vide ſupra limitat. 30.

2. Lim. vel potius ſecus eſſe dicas ſi inſeparabile eſſet prælati præiudicium à præiudicio eccleſiæ Rom. conſ. 369. n. 24. vbi Mandos. lit. V. ſuperiorem ex officio prælato ſubuenire ſi ſeparabile præiudiciũ foret; & locationẽ factam ab epiſcopo alicuius vita durante valei Moeda. dec. 8. de rel. eccl. non alie. Mandos ſupra qui tamen dubitat.

Nullo autem exiſtente contractu a prælato facto iuramento non obſtante contrauenire poteſt, & petere declarari ad obſeruantiam contractus non teneri quamuis iurati & rem alienatam, cum fructibus reſtitui Plo. de in lit. iur. §. 8. n. 5. Euge. conſ. 24. Rim. Iun. conſ. 5. n. 41. Borg. dec. 45. n. 10. lib. 1. Burſ. conſ 133. n. 23. Rot. dec. 14. n. 5. par. 1. 246. part. 2 diuerſ. idem probantes in bonis minorum Ciuitatis, vniuerſitatis, & huiuſmodi nulliter alienatorum & dicit Veral. dec. 181. & 182. par. 3. ex contractu inutili nomine eccleſiæ reintegrationẽ petere poſſe poſt Rom. conſ. 369. n. 23. & ſeq. Surd. conſ. 183. n. 43.

2303 3. Sublim. non procedere niſi in metu qui cadere potuiſſet in conſtantem virum, hic enim dumtaxat obligationem excludit, & is dicitur vbi corporis cruciatus inducitur, vel mortis timor infertur Abb in c. cũ dilectus. n. 2. 3. & 12. de his quæ vi metuſue caus. alioquin imbecillitati potius tribueretur Selua. d. Q. 1. n. 34. Ang. de Claua. ſupra nu. 11. verſic. & hæc. Grat. conſ. 43. n. 12. lib. 2. Veral. dec. 221. part. 2. Lopez. de contract. lib. 1. cap. 51. Soarez. alleg. 23. vbi etiam ſi agat de amiſſione graui bonorum & ſufficere metum compulſus de magis cõi. Theſaur. Q. Forens. 51. n. 3. & ſeq. lib. 1.

2304 1. Lim. non procedere in muliere, in qua minor metus ſufficit quam in viro gloſ. in cap. cum locum verbo. metus. de ſponſal. Boer. deciſ. 100. n. 2. Seraph. priuileg. 110. n. 14. Ond. conſ. 29. n. 29. lib. 1. Seraph. dec. 770. n. 2. & 3. & dec. 1128. & in metus verecundiæ & ne vir occideretur Soarez ſupr. n. 5.

2. Lim. nã ſufficit timor metus inferẽdi Soarez. ſup. Mar. Angus conſ. 136. n. 36. & iudicis eſſe arbitrio qui metus iuſtus ſit Soarez. ſupra. nu. 6. Ceph. conſ. 295. n. 12. & ſeq.

2305 3. Lim. non procedere in foro poli ſi metus promiſſionem re uera inuoluntariã mixtè efficiat Molina. de contract. diſp. 267. n. 6. & ſeq. vbi etiam declarat quando ſit inuoluntarium mixtè Lopez. de contract. lib. 1. c. 49. verſ. ad primum & c. 51. verſ. præterea vbi leuem metum ſufficere inquit, modò ſit cauſa ſine qua non, ſaltem principalis, ideſt quando ſubeſt timor, licet minor, talis tamen vt ſic fuerit cauſa contractus vel conſenſus dati, vel accepti, quæ ſine metu de facto non eueniſſent, idem dicens de importunitate, qua alioquin non contracturus inuoluntarius ad contrahendum induceretur verſic. ne igitur. nec conſenſum, ſeu ratificationem ſuperuenientem niſi ex noua cauſa contractum validum efficere. dixi vbi ſupra vbi alijs modis etiam limitaui. & reſpectu peccati. aliter diſtingue; nam aut metu iurans non habuit animum ſe obligandi de quo ſtabitur dicto iurantis, cum nemo obligetur Deo ſine animo & conſenſu ſeipsũ obligandi contraueniens venialiter tantummodo peccabit glos. in c. ſignificaſti. 1. verbis. ſi eſt ita de homicid. glo. in c. ſi vero. verbo proprium vbi Ioan. And. Card. & Abb. n. 9. Feli. n 8. verſic. & declara intelligendo ſi homo perfectus eſſet qui iurauit alioquin nec venialiter peccaret Abb. in d. cap. ſi verò n. 10. Ang. de Claua. d. tit. de iuramen. n. 9. vbi ſubdit animum ſe obligandi in dubio non præſumi Ioa. Selua. de iure iuran. part. 3. Q. 1. nu. 37. verſic. ſecundo limita. ſi autem ſe obligare intenderet, quia ad fuiſſet animus teneretur D. Thom. 2. 2. Q. 79. artic. 7. & contraueniendo mortaliter peccaret, ſed ratione metus non ita acriter punitur ſicut alias ſpontaneo iuramento contraueniens puniretur Abb. & Felin. vbi ſupra de communi Ang. de Claua. ſupra n. 9. Selua. vbi ſupra. n. 37. & quando expreſsè conſtaret iurantẽ noluiſſe obligari puta emiſſa pro teſtatione nõ obligari quoad Deum c. 1. de his quæ vi metuſue cauſ. Abb. ſupra & Felin. d. n. 8. ante finem ver. quarto declara poſt Imo. n. 9. ante finem Selua. ſupra. nu. 38. lim. 4.

2306 11. Lim. d. 2. opi. non procedere in confeſſione promiſſionis factæ pacto nudo quæ nõ obligat etſi iurata ſit Bal. in l. alia. nu. 3. verſic. attende C. de his quib. vt indig. & in l. 1. n. 13. C. de fideicom.

12. Lim. quando conſenſus deficeret. Bertach. in repert. verbo pactum. verſ. 21. Intrig. ſing. 64. n. 78. lib: 3.

2306 157. Lim. nam qui criminoſum non denunciare iurauit, cum quilibet ad hoc teneatur iuramentũ velut illicitum non obligabit c. quemadmodũ circa finẽ de iure iuran. glo. in c. ad noſtrã. 2. verſic. repeterent de iur. iur. & c. veniens. verbo. illicitum de regul. & tranſeunt. ad relig. Abb. in c. 1. n. 8. ver. ſecundum remedium. de iure. iuran. Selua. de iure. iuran. part. 3. Q. 1. n. 41.

2307 158. Lim. iureiurando promiſſa non eſſe fidem frangenti ſeruanda c. ſicut. 29. §. fi. & cap. peruenit. 2. de iure iuran. l. cum proponas. C. de pact. Butr. in d. c. peruenit. n. 4. Abb. n. 3. And. n. 3. Anan. n. 2. Selua. de iure. iura. par. 3. Q. 1. n. 46. Alex. in d. l. cũ proponas. n. 5. Dec. n. 5. Alciat. n. 8. & 9. Cur. Iun. n. 10. & alij vtrobiq; cõiter Alex. cõſ. 32. n. 9. li. 2. & cõſ. 105. n. 15. in fi. li. 3. Iaſ. in l. qui Romę. §. Seia. n. 6. de verbo. obli. & conſ. 41. n. 1. lib. 3. Marſil. ſing. 42. Bertr. conſ. 102. n. 4. in 2. 2. par. & conſ. 17. n. 1. lib. 4. de communi Bero. conſ. 92. n. 20. lib. 1. & conſ. 8. n. 28.

n.28.lib.3.Ex ea de pact.n.382.Rol.conf.57.n.21.li.1.& conf.69.n.11.& conf.99.n.10.& seq. lib.4. Soc.Iun conf 77.n 143.lib 1.Ancharan.Q.51.n.8.& 9.lib 3.Cepha.conf 66.nu.25 & seq.Rimin.Iun.conf.521.n.58.& seq. & conf.817.n.8. Becci.conf 45.n.17.& conf.106.n.31.Bertaz conf.crim.547.in fine Soc.reg.149.n.3.Ruin.conf.187.n.8. qui tamen de connexis intelligit lib.1.Strac.de decoctor part 6.n.23.Affis. conclusio.14.illation.94.amp.16.Palaez.de maiorat.par.1.Q 22.n.36. Turret.conf.74 nu.19.lib.1.Surd.conf.52.nu.34. Mantica.decisio.prima. vbi desponsalibus.Cunno.de pact.lib.1.c.22.n.96.

2308 1.Sublim.non procedere nisi in pacto seu contractu ad idem correspectiuo,non autē in nō correspectiuis,& correspectiuū dicitur quod ad inuicē reflectitur, puta promitto tibi decem, quia tu mihi quid aliud propterea promittis, non correspectiuū autē dicetur velut si nunc mihi iureiurādo aliquid promiseris, postea aliud ego tibi promittam, hoc enim casu nō promisisti mihi ratione promissionis quam postea tibi feci,nec è contra, quo circa cum illarum promissionum vtraq; per se pura sit, vnius contrauentione alter contrauenire minime potest Butr.in d c.peruenit.n.6.Abb.n.4.ver.quandoque enim.Felin.n.5.Bellame.n.10.Ang.de Claua.in sum.tit de iuramento.n.17.Selua.supr.n.46.

2309 2.Sublim non procedere quando contractus per alteram partium impletus fuisset vt puta librū tibi vendidi ac tradidi prętio decem, non enim librū poteris post traditionem repetere, si decē mihi non soluas, sed ad prætium agere debeo cum nedū in contractibus nominatis, verum etiam in innominatis post executionē & implementum per alterā partem factā licet pars altera non impleat contrauenire non est permissum l.inciuile. vbi Bal.in princ.C.de rei vendicatio Felin.in c peruenit.vers.tertius casus Selua d.Q.prima.n.47.ante finem.de quo late dixi in tractatu permutationum.

2310 3.Sublim.non procedere quando contraueniēs pœnā soluisset, etenim pœnę solutio pro obseruātia contractus habetur, & loco rei principaliter debitę succedit l.prędia.de.action amp.l.apud Celsū §.Labeo.1.de doli exceptio.Cin.in l petēs.Q.2.C.de pact Doc in l.cum proponas.2.C.eod.Felin.in c.peruenit 2.n.5.vers.quartus casus.de iure iurand. Selua de iure iurand part.3.Q.1.n.47.in fine.

2311 150.Lim in prędiciū superioris eiusq;authoritatis non obligare; etenim in quolibet actu etiā iurato superioris authoritas excepta censetur c.ve-mentes.de iure iuran.vbi Butr.n.5.Abb.n.2.Imo.n.4.Anan.n.8.Bellamera.nu.2.& cœteri cōiter.Selua.d.Q.1.n.48.Ang.a Claua.in tit.de iure.iurā.n.21.Seraph.priuil.iuram.73.n.33.Gram dec.12.n.16 Bursat conf.334.n.14.Carol.de Gras.de stat.reijcien exception.32.exceptio.n.10.

2312 1.Sublim non procedere in his quæ solius iurantis interesse concernunt, quia superior & sic Papa ius tertio per iuramentum acquisitum auferre minimè potest Abb.in c.quanto.n.8.ante finem versic.aut iuramentum & in d c.venientes.nu.2. Felin.in cap.constitutus.de rescript.n.15.Selua.d.Q.1.n.50.

2313 2.Sublim quando enim Papa hæreticus esset, cū Papa dici non posset, eiusdē authoritas excepta dici neutiquam posset c.si Papa 40.distinctio.Selua.d.Q.1.n.51.circa finem versic.adde.

2314 3.Sublim.non procedere in iuramentis quæ Deum principaliter cōcernunt in quibus sine causa Papa dispensare minime potest; in casibus autē quibus Papa sine causa dispensare non potest eius authoritas reseruata seu excepta non censebitur, quod enim non est, reseruari, vel excipi nequit Felin.in c.constitutus.n.15.16.de rescript.exemplificans.in teste cuius iuramentū, cum sit de iure Diuino,tolli a Papa non potest per dispensationē Selua.d.part.3.Q.1.n.51.in iuramēto autem duobus casibus sine causa dispensat, primo si eius authoritas excepta sit, secundo quando dilationem tantū concedit Feli.in c.constitutus n.18.de rescr.Manci.de iura.part.4.eff.231.vbi etiam vires iuramenti non eneruare Papam nec Principem nec se ipsū absoluere posse nisi ex causa Abb.in c.t.n.6.Butr.n.10.Feli.n.33.Dec.n.7.de cōst.Meno cōs.83.n.3.

2315 4.Sublim.non procedere duobus ad Papatum electis dum pendet dubium vter eorum Pontifex esse debeat, interim namque neuter eorum dicetur superior esse Ancharan.conf.281.n.14.circa fin. Felin.in c.constitutus n.17.de rescrip.Selua.de iure iuran.part.3.Q.1.n.51.limitatio.3.

2316 5.Sublim.non procedere in authoritate superioris à iure non approbata, nō enim superior posse dicitur nisi quod iure potest Bellame.in cap.venientes n.3.de iure iuran.

2317 6.Sublim.non procedere quando ipsemet iurās impedimentum superioris affectauit tunc enim à periurio non excusabitur l spadonem.§.final.de excusation tutor.Natt.conf.233.n.2.Surd.conf.299.n.6.

Amp.suprascriptas sublim vt etiam cessante iuramēto non reuocetur 1.si ob benemerita facta sit quatenus ascendunt; vel 2.ob causam.3.in facta piæ causæ puto contrario non obstante 4.si donator nō reuocauerit, eius hęres non reuocabit nisi donator iudicium mouerit vel mouere non potuerit, si autē etiam tacite remissa sit non potest allegari 5.si a matre quæ ad vota secunda transiuit vel vidua in honestè vixit facta sit 6.si donatarius alienasset ante motam ingratitudinem Gall.de excep.suc.tit.4.exc 4 seu.3.n.59.& seq.par.2.

2318 160.Lim.fideicommissi remissionē per diuidētes non induci, etiam si cū iuramento promiserint attendere, obseruare, non contrauenire de iure vel de facto, & huiusmodi; iuramentum namq; secundum naturam actus intelligitur, nec vltra consensū extenditur.l.fin.C.de nō.nume.pecunia l.final.qui satisd.cogan.Cor.conf.340.sub n.3.versic.& hoc quod lib.1.de magis cōi.Ruin.conf.72 n.4 versi.nec obstat iuramentum lib.5.& conf.137.num.16.lib.2.Bertr.conf.76.n 2.lib.1.de communi.Cur.Iun.conf.23.nu.5.& Gab de fideicommis.conclus.1.n.2.Becci.conf.111.sub n.25.Ceph.cōs.94 n.37.Ripa.in l.qui Romę.§ duo fratres.n.38.de verb.obligatio.Cozad.conf.36.nu.15.Rimin.Iun.conf.204.n.87 & seq.Paris.conf.49.n.47.& & conf.95.n.29.lib.3.de cōi.Petra.de fideicom.Q.

in compend. resolutio. propos iur. verbo. pactū appositū pag. 146. & Intrigl. de feud cent. 1. Q. 2. nu. 26 27. tutiorem magisq; cōem. Viui. cōi. opi. 224. & Gutierez. iuram. confir. contract. par. 1. c. 10. n. 6. & Matte. cōm. opi. verbo. donatio. n. 16. & Meno. cons. 155. n. 24. & 25. & cons. 723. n. 25. Rot. Rom. dec. 350. n. 7. par. 4. diuersor. per tex. in c. quemadmodū. in fi. in §. illud. in vers. quod si expresse. de iure. iuran. Ricci. collect. dec. 597. vbi alios casus ponit in quib⁹ donatio ob ingratitudinē non reuocatur de magis cōi quamuis primā. opi. æquiorē dicat Boer. cons. 41. ad finem Manci. de iuram. par. 4. eff. 156. Bauer. de virt. iurā. n. 54. Intrig. sing. 87. n. 58. quando ei cum iuramento renūciatum foret lib. 3.

2325 1. Distingue nā aut à donatore occasio præstita fuit & secunda procedet, alias prima Boer. supra in fine vbi subdit primam opinionem æquiorem licet secunda communior sit.

2326 2. Distingue quod aut quæritur an iurans non reuocare donationē ex causa ingratitudinis ex iuramento obligetur & procedat secūda, quia respectu promissoris nō adest turpitudo neq; peccatum, aut quæritur an iurans obligetur ex pacto iuramento roborato, & prima procedat quoniā lex à principio huiusmodi pacto resistit, omnē ab eo remouēs obligationē, quia turpitudinē ex parte donatarij continet, nec ideo pactū iuramēto firmabitur, sed donās absolutione obtenta contrauenire poterit, imo illa etiam non obtenta, quamuis si ea non sit obtenta periuriū incurret. Ripa in l. final. n. 183. C. de reuocand donat. Tenni supr. n. 3. & 4. Rimin Iun. cons. 569. n. 121. & 122. Mant. de contr. lib 13. tit. 41. n. 15. & seq. Scrad. de feud. par. 9. sect. 10. n. 29. versic. vlterius.

2327 1. Sublim. d limitationem. 161. non procedere quoad fructus perceptos ante reuocationem, nā eos donatarius non tenebitur restituere glo. in l. generaliter. §. proinde verbo ex aliqua causa. C. de fideicom. liberta. Ias. in l. hæres. n. 2. de condit. caus. dat. Tiraq. in l si vnquam verbo. reuertatur n. 281. C. de reuocan. dona. contra. Rip. in d. l. fin. n. 221. Gomez. de donation. n 21. ad finem vers. secūdo infero Gut. supr. n. 7. valida est. n. ab initio donatio ideo alitis, contestatione tantum pro reuocatione donationis intentatæ restitui cum re donata debebunt, vt in alijs bonæ fidei possessoribus.

2328 2. Sublim. non procedere nisi ingratitudo per dolū verū committeretur, hæc enim non posset remitti, secus tamen esset si dolo præsumpto cōmitteretur, hic enim remitti potest secundum cōem. de qua testatur Seraph. d. priuileg iuram 108. n. 11.

3. Sublim nō posse allegari ingratitudinē per hæredē donatoris, nisi ingratitudinis causa donanti occulta fuisset, vel morte præuentus eā deducere minime potuisset; nec cōtra hæredem donatarij de cōi. Soarez d. lit. D. n 2070. 271. & Viui. cōi. opi. verbo. donatio ex quinque.

4. Sublim. nō procedere in donatione ob causā quæ propter ingratitudinē reuocari nequit de cōi. Cla. in § donatio. Q. 21. vers. sed quero Cacch. dec. 139. n. 28. de cōi Viui. sup. n. 6. & 8. Rol. cōs. 76. n. 16. li. 2.

Tenendo secundā opinionē cōtrariā limitationi. 161.

2329 1. Lim. non procedere quoad pœnā donatario propter ingratitudinē infligendā ad quā donator aget, quamuis secus sit quoad reuocationē donationis Alex. in l. stipulatio hoc modo cōcepta n. 23. in fine de verbor. obligat. Cagnol. in d. l. final. nu. 151. C. de pact. vbi Bolognet. n 97. post Dec. n. 24. & de cōi. testatur Scraph. priuil. iuram. 108. nu. 2. vers nam ad hoc. Gutierez. supr. n. 6. in fine vbi dissentit ab Alex. cons. 40. n. 1. 6 lib. 4. quatenus tenuit etiam isto casu donationem reuocari.

2330 2. Lim. non procedere quoad alimentorū petitionē, duo enim donatori cōpetunt remedia, vel propter ingratitudinē donationem reuocare, aut alimenta petere, licet ergo reuocandi facultas ob renunciationē ex ingratitudinis causa sublata sit, facultas tamē seu obligatio ad alendū donatorem non aufertur Cagnol. in d. l. final. n. 155. C. de pact. Bolognet. n. 97. in fine & n. 98. in fine ex glo. in d. l. finali. versic. voluerit. C. de reuocan. donatio.

2331 3. Lim. non procedere in simplici iuramento non reuocandi donationem, nisi enim dictū fuerit etiam ex causa ingratitudinis, de illa cogitatū nō censetur, nec ideo verbis generalibus remissa Cor. cons. 102. n. 1. lib. 1. Cagnol. in d l. finali. n. 156. Bolognet. n. 99. Seraph. priuil. iuram. 108. n. 13. Iacobut. de Franc. de feudo guardiæ. n. 30. Scradet. de Feud. par. 9. section. 10. n. 29. versic. hæc tamen.

2332 1. Sublim. non procedere si contrahentes verbis vniuersalibus vsi fuerint vt puta ex quacumque causa, vel nullo modo & huiusmodi, hoc enim casu ingratitudo citra verum dolum propter verborum generalitatem continebitur Cor. cons. 120. n. 2 in fine lib. 1. Seraph. sup. n. 18. sed in casu quo Cor. cōsuluit, causa ingratitudinis fuerat in renunciatione expressa.

2333 4. Lim. vt licet non possit donatio reuocari, nō tamen impedietur donator instrumento conuentorū obseruantiam petere, cum namq; duo ista remedia competant, & vnum dumtaxat fuerit renunciatione sublatum, alteri non dicitur renunciatū glo. in d. l. final. Cagnol. sup. n. 155. Bolognet. supra n. 98. in fine. Surd. cons. 369. n. 31.

2334 5. Lim. nō procedere quoad insolitā ingratitudinē, de ea namq, cogitatum minime censetur Ripa. in l. finali. n. 182. vers. aut iurauit C. de reuocan. donatio. de communi Scrader. supra n. 29.

2335 1. Sublim. non procedere quando etiam de insolita ingratitudine remittenda actum fuisset, tunc enim & ipsa ingratitudo insolita remissa cēseretur Ripa. in d. l fi. 182. ad fi. vet. sed stat adhuc. vbi tamen distingit vt sup. in 2. distinctione huius limitationis dictum fuit.

2336 6 Lim. nō procedere in renūciatione, vel donatione sub modo facta, quoniā in hac etiā si ingratitudo fuerit remissa, non simpliciter sed sub illo modo remissa intelligetur Surd. cons. 369 n. 33.

2337 7. Lim. non procedere quando prius donator iurasset non renunciaturū ingratitudini per donatariū cōmittendę, hoc enim casu secundum iuramentum contra primum non valeret Vasq. de succes. creatio lib. 2. §. 18. n. 164.

2338 162. Lim. donationē causa mortis ab adulto factā nō validari iuramēto simpliciter præstito, cū secūdū naturā donationis causa mortis intelligatur quę

reuocabilis est; nisi absque consensu etiam curatoris facta sit cum pacto de non reuocando quauis causa etiam tatione minoris ætatis, tunc etenim reuocari minime posset Gutierez de iuramen. confirmator. contract. part. 1. cap. 13. n. 10. Manti. de contract. lib. 13 tit. 7. n 24.

2339 163 Lim. non firmari promissionem arrharũ per maritum factam vltra summam à lege taxatã quia non in mariti solius detrimentum vergit, sed etiam ipsius consanguineorum Couar. in c. quamuis pactum. de pact. in 6. in 2. part. relectio. §. 2. n. 8. Padilla. in authent. res quæ. n. 29. C. communia delegat de magis communi Gutierez. d. part. 1. c. 14. n. 2. Vasq. de succes. lib. 3. §. 28. n. 33. qui tamen subdit quod cum d. arrhæ cognatis mariti applicẽtur, si eas ipsi repudiẽt maritus obseruare teneatur.

2340 164 Lim. non validare nobilis renunciationẽ priuilegio factam ne carcerari posset, quoniam toti nobilitati concessum fuit Gomez. in l. 79. Tauri. n. 3. & de rest. minor. sub n. 24. de communi Gutierez. de iuramento confirmator. contract. part. 1. c. 16. n. 51 & seq & n. 62. quamuis n. 74. contra aliorum opinionem secus teneat in nobili ex priuilegio: in fideiussore etiam ignobili pro nobili intercedente sublimitet n. 75.

2341 165. Lim. vt licet valeat etiam sine iuramento fortuitorum casuum renunciatio generali non tamen insolitos valde, & inopinatos omnino contineri qui à prudentissimis præuideri non potuissent quamuis insoliti etiam & inopinati comprælhensi expressè fuissent Rip de priuileg. contract caus. pest. n 97. & 108 Gutierez. de iura. confir. contract. part. 1 c 24. n. 7. & seq. attamen si quis cũ iuramentũ omnib⁹ casib⁹ fortuitis renunciauerit non operabitur iuramentũ vt censeatur illis casib⁹ renunciatũ qui eo non ad esto renunciatione non fuissent cõpræhensi Bar in l sed & si quis. §. quæsitum n. 4. si quis caut. quem cœteri magis communiter secuti fuere vt ibi testatur Ias. n. 42. & 43 post Ang n 3. ad finem de facto Principis venientibus latè Zuccar. dec Luc. 20 n 12. Neuiz. cons 91 n. 5. Meno. cons. 27. nu. 19. Franc. Marc dec. 62. in fi. par 1. Alex cons 28. n. 12. lib. 1. Alba cons. 1. n. 6. de cõi. Rol. cons. 45 n. 18 lib. 3. Bero. cons. 17. n. 50. lib. 1. & veriorem & magis communẽ testatur Orosci. n. 7 in d §. quæsitum & Ripa. de priuil. contract. caus. pestis. n. 83. & sequent. vbi contraria resellit & Vasq. de succes §. 18. n 165. & Gutierez dicto. cap. 24. n. 11. & 12. Neuiz. cons. 91. nu. 5. Bursat. cons. 81. n 6. Alb. cons. 1. n. 5. Affis. conclusio. 12. amp 4. Meno. cons. 27. n. 19. de communi etiam testatur Valasc. de iure emphit Q. 27. n. 37. Seraph. priuileg. iuram. 106. n. 10. nisi fuisset in genere cogitatum Surd. decis. 326. n. 52. de magis communi Caroc. de locato part. 4. Q. 8. n. 8. 10. pag. 177. in secunda impræssione & Molina. de contract. disputatio. 405. n. 13. vbi reijciunt contrarium tenentes Rot. Rom decil. 188. n. 9. & seq. part. 4. diuerso, vbi etiam subdit quod sucipiens in se omne periculum quod dici & excogitari posset, non dicatur suscepisse valde in solitum, & suscipiens omnes casus fortuitos non intelligatur suscepisse casus non consuetos euenire & quando totalis peremptio fructa omnium fructuum interuenisset. vide supra limitatio. 81. Manci. de iuram. part. 4. eff. 228. n. 8. vbi non obesse renunciationem omni iuris & legum auxilio cum iuramento etiam factam infra lim. 260. Burgos. in cap. pen. n. 37. de emp. & vend. ex communi omnium non valere generalem casuum iuratam renunciationem Rot. dec. 323. n. 4. par. 2. recentis vbi etiam conductorem non teneri ad expensas perpetuæ vtilitatis vltra tempus locationis duratus, nec de nouo reficere qui manutenere promisit & Pereg. art. 50. n. 18. de fideico. conductorem non teneri ad expensas rei perpetuam vtilitatem concernentes & circa factas iussu Principis non teneri cum alijs iudicaui die 13. Octobris 1633. exactis egr. D. Christophori. Geminiani cum alijs I. C. iudicaui non teneri conductorem arrendatarium certi temporis ad expensas Principis iussu factas dominis bonorum impositas de quibus agit Caroc. de loca. par. 6. c. 64.

2342 Contrarium tenet Rol. cons 13. n. 8. & sequẽt. lib. 1. & si aliqui casus excepti essent Grat. cons. 161. n. 17. & seq lib 2.

2343 166. Lim. vt qui in loco vbi pestis existit soluere iurauit, non obligetur iuramento velut temerario, nisi ibi haberet responsalem qui pro iurante soluere posset cap. diffinitio 22. Q. 4. §. fin. 22. Q. 5. Ripa. de priuileg. contract. caus. pest. n. 7. 8. & 9. Gutierez. d. cap. 24. n. 13.

2344 167. Lim. vt iuramentum appositum in contractu venditionis, pro illius obseruantia & de nõ contraueniendo non tollat maiori remedium l. 2. C. de rescinden. venditio. ei competens ob dolum qui solet in enormi læsione interuenire l. final. C. de non numera. pecun. Gulielm. de Cune. quem refert Alber. in d. l. 2. n. 9. & placenti. cuius meminit Odofred. ibidem Imo. in cap. penult. n. 22. & ibi Burgos. n. 35. de emptio. & venditio. Cassador. dec. 1. de emptio & vẽdition. Add. ad Alex. cons. 133. n. 11. lib. 5 qui testatur ita in praxi seruari Crau. cons 192. n. 8. in fine. de communi Viui. communi opi. 532. n. 2. Burgos. de emp. & vend. c. pen nu. 40. licet contrariam communem dicat. nisi sciens fuisset venditor vel qui contraxit Cur. Iun. cons. 141. n. 16. & seq. & communem ait Cancer. var. resol. par. 1. cap. 13. n. 22. & seq.

2345 Contraria tamen opinio quod sufficiat in venditionis instrumento iuramentum appositum fuisse vt locus non sit d. l. 2. C. de rescinden. venditio. communiter à Doctoribus firmata fuit in d. l. 2. vt ibi cagnol. testatur. n. 91. & Pinel. in 3. part. cap. 1 n. 1. & sequenti. idem dicens certioratione cessante Crema n. 112. de maiore & 175. & Padil. n. 32. qui verissimam dicit Alex. cons 125. n. 9. lib. 1. 133. n. 11. lib. 5. Cor. cons. 72. n. 5. lib. 3. Crau. cons. 114. n. 9. Gab. de emption. & venditio. conclus. prima. n. 78. & seq. vbi si ex certa scientia iuratum sit Rolan. cons. 13. n. 24 & cons. 59. nu. 18. lib. 1 Neuiza. cons. 22. n. 11. Fabia. de emption & venditio. Q. 8 n. 15. Affis decis. Perusina. 97. nu. 2. Natta. cons. 10. n. 3. Couar. variar. resolutio. lib. 2. cap. 4. de communi Beto cons. 212. n. 7. lib. 3. & Soarez. lit L. n. 4. & 150. & Turza. communi. opi. 132. & Soc. Iun. cons. 50. n. 6. lib. 1. & Rim. Iun. cons.

conf. 316. n. 3. & Laderch. conf. 129. n. 2. de communi etiam Soc. conf. 155. n. 14. lib. 2. de communi conf. 136. n. 10. lib. 2. Imo. in cap. cum contingat. n. 54. versic. sed circa. hoc de iure. iuran. de magis communi testatur Cacchera. decis. Pedem. 41. n. 8. Molina. de primogenit. lib. 2. cap. 3. n. 18. Afin. de executio. §. 8. cap. 128. et de communi testatur Thesaur. decis. 165. n. 1. & Ceuallos. comun. opinio. contra commun. Q. 171. n. 1. & de magis communi testatur etiam Gutierez. de iuram. confirmator. contract. part. 1. cap. 27. n. 4. & 5. siue specialiter fuerit d. l. 2. sine iuramento vt posse communiter tradit ipse & Cacchera. supra. n. 9. siue cũ iuramento; vel etiam speciali omissa renunciatione, de non contraueniendo venditioni cum iuramento promissum sit & de communi. Turret. conf. 80. n. 49. lib. 2. & Pinel. & Gutierez. supra respondẽt d. l. final. C. de non numera. pecun. quod verior & receptior. d. l. intellectus sit quod in casu d. legis nõ fuerit assertorium receptæ pecuniæ iuramentum, sed promissionis de soluendo, ideoque iuramentũ eumdem recipiat intellectum quem simplex. promissio scilicet si pecunia numeretur Ricci. collect. decis. 205. de communi Soarez. comm. opin. lit. L. n. 150 Alba. conf. 81. nu. 45. de magis cõi. Meno. conf. 1. n. 360. vbi num. antecedentibus ex pluribus alijs tolli d. l. 2. remedium probat & cõf. 1267. n. 19. vbi citat 23. Doct. de communi omnium Viui. dec. 372. n. 8. vbi nec habilitari de cõmuni Matte. communi opi. verbo. iuramentum versic. maior de magis communi & veriori Cepha. conf. 137. n. 47. idem in transactione probans Manci. de iurã. part. 4. eff. 33. Carpa. cap. 453. n. 23. de communi Viui. communi opi. 1047. n. 15. Gutier. conf. 22. n. 31.

Tenendo hanc secundam opinionem magis cõmunẽ.

2346 1. Amp. non posse etiam agi ad prætium supplendum ne indirecto permittatur, quod directò prohibetur Pinel d. cap. 1. n. 5. de communi testatur Cacchera decis 41. n. 11. Padil. in d. l. 2. n. 32. & ita iudicatum affirmat. Thesaur. decis. 165. n. 3. Gutierez. d. cap. 26. n. 5. & 6. vide infra n. 2360.

Contrarium tenet Burgos. d. nu. 40. ex Bal. in l. quæ sub. conditione §. 1. de cond. institut. Feli. in cap. inter cœteras. in fi. de rescrip. si præeium suppleri tantum petatur, non si alternatiuè rescissio contractus adijciatur & Caffad. supra n. 6.

2347 1. Lim d. secundam opinionem contrariam limitationi. 167. non procedere in minore & muliere, ac rustico, hi namque ius ignorare præsumuntur, nec ideo excluduntur à remedio d. l. 2. C. de rescind. vend. vt supra lim. 81. Imo. in cap. cum contingat. n. 54. de iure. iuran. nisi fuissent certiorati Fabia. de emptio. & vendition. Q. 8. n. 15. & 16. de communi Bero. conf. 22. n. 52. lib. 2. Cabal. conf. 144. n. 69. part. 1. Thesaur. decis. 165. in fine vbi tamen inquit videndum Afin. de execution. §. 8. c. 129 equitatem habere quamuis de rigore secus esse dicat Pinel. in d. cap. 1. n. 6. vbi n. 10. quoad restitutionem in integrum certiorationes subdit non esse necessariam ex communi Doct. sententia. & Ceuallos. commun. opinio. contra commun. Q. 171. n. 4. de magis communi Curt. Iun. conf. 103. n. 9. Crau. conf. 192. n. 2. & conf. 141. nu. 28. Gab. de emption. & venditio. conclusio. prima. n. 83. de communi Gutier. de iuram. confirmator. contract. part. 1. cap. 27. n. 8. de communi Cag. in d. l. 2. nu. 111. de communi omnium Viui. dec. 372. n. 8.

2348 Contrariam opinionem communem testatur Rol. conf. 59. n. 5. & 6. lib. 1. de communi Ceual. supr. de magis communi Turza. communi opi. 132. & quando iurauit non contrauenire ratione læsionis neque minoris ætatis de cõmuni Gutier. pract. QQ. lib. 2. Q. 88.

Sine iuramento autem prædictos non certioratos nõ renunciare valide d. l. 2. Bal. n. 8. Crem. n. 96. Capra. reg. 87. n. 132. & seq. Crau. conf. 395. n. 2. Moli. de primog. lib. 1. cap. 3. n. 26. vbi ex communi in minore sufficere quamlibet læsionẽ pro rescissione.

2349 1. Sublim. d. primã limitationem nõ procedere quando minor cum iuramento d. l. 2. expressè cum iuramento renunciasset, & rescissioni ex eius remedio; hoc enim casu rescissionem petere minimè posset Odofred. in d l. 2. n. 3. vbi alij Doct. Molina. de primogenit. lib. 1. cap. 3. n. 21. de magis cõmuni Afin. d. §. 8. cap. 375. Seraphin. priuileg. iurã. 83. n. 53. & seq. Thesaur. dec. 165. n 4. Gutierez. supra. nu. 8. Crema. in d. l. 2. n. 112. & 177. & seq. secus dicens si ratione ętatis minoris tantum iurasset Cacche. dec. 41. n. 13. Turza. cõmuni opi. 132.

2350 Contrariam opinionem tenet Crau. conf. 192. n. 10.

2351 2. Sublim. non procedere data minoris scientia Crau. conf. 151. n. 21. Crema. supra. n. 182. secus probans data ignorantia prætij in minore.

2352 3. Sublim. nam si minor remedio d. l. 2. ordinario contractum rescindere possit, restitutionem in integrum petere minime poterit, ordinarium etenim remedium, extraordinarium cessare facit Bar. & Ang. in l. 1. C. si aduers. fisc. Cor. conf. 72. n. 7. versic. non si excederet lib. 3. Crau. conf. 151. n. 6. (nisi vendere non expedijsset vt per eum & de communi Pinel. mox citandus d. cap. 1. n. 20.) Rol. conf. 59. n. 2. & 3. lib. 1. Odd. de rest. in int. Q. 17. n. 48. Intrig. sing. 98. n. 202. lib. 3. Bero. conf. 102. n. 32. vbi quando posset appellare lib. 3. & ecclesiæ non dari nisi adsit res iudicata Rot. dec. 412. n. 7. par. 5. diuersis.

2353 Contrarium tenent Bal. in d. l. 1. Salic. in l. si quidem C. de præd. minor. Abb. in cap. cum dilecti. n. 5. de emption. & venditio. Gozad. conf. 44. n. 14. & de communi testantur Cagnol. in d. l. 2. n. 105. & Pinel. ibi part. 3. cap. 1. n. 19. (vbi n. 24. & seq. differentiam tradit inter nullitatem, & restitutionem in integrum, & cui incubat prætium in vtilitatem minoris cõuersum fuisse probãdi onus) Couar. variar. resolution. lib. 1. cap. 3. n. 11. versic. tertio.

2354 4. Sublim. non procedere quando non modò ratione minoris ætatis, verùm alia etiam quacumque causa minor non contrauenire iurasset Gutierez. d. n. 8. Surd. conf. 283. n. 7. & sequenti. Crema. in d. l. 2. n. 112. 177. & seq. & fortius si ob lesionem in prætio si dolus emptoris cessset, ac minoris ignorantia Crema. in d. l. 2. n. 182. Becci. conf. 100. n. 15. ex receptissima & Rol. supra. n. 22.

2355 3.

2355 2. Lim. non procedere niſi promiſſum fuerit nō contrauenire vllo modo, ſecus ſi ſimpliciter non cōtrauenturum iuraſſet Gulielm. de Cunc. in d.l.2. vbi Albe. n.9. & Pinel. par.3. cap.1. n.9. Theſaur. ſupra. n.5.

2336 3. Lim. non procedere ſi iurans enormiſſime læderetur contractum iuratum ſeruādo, tunc enim contrauenire poſſet Cagnol. in d.l.2. n.100. & ibi latè Pinel. par.3. cap.1. n.7. Caſſado. de emptio. & venditio. deciſ.1. Couar. variar. reſolution. lib.2. c.4. n.5. qui teſtatur ita iudicatum de magis communi Simonc. de decret. lib.3. tit.8. n.231. & Theſaur. deciſ.165. n.6. Ceualloſ. commun. opinio. contra commun Q.171. n.1. & de magis communi Gab. de emptio. & venditio. concluſ. prima n.86. Crau. conſ.192. n.3. 394. 395. de magis communi etiam teſtatur Gutierez. ſupra n.7. & pract. QQ. lib.2. Q. 140. lib.2. ex communiori petita abſolutione, & conſ.22. n.31. ita pluries iudicatum affirmans. de communi Gamma. deciſ.66. 198. 95. 257. n.2. vbi per Senatum Luſita. ita ſæpè iudicatum. Manci. ſupra vbi abſolutione à iuramento obtenta. de communi omnium Euge. conſ.12. n.73. 29. n.55. & ſeq. & Viui. d. communi. opi. 1047. n.16. Alba. conſ.81. n.53. vbi etiam non obeſſe renunciationem d.l.2. exceptioni doli; nec clauſulam ex certa ſcientia, & Capr. reg. 87. n.125. & ſeq. Rot. dec.74. par.1. diuerſ. vbi declarat Rol. conſ.59. n.25. lib.1. Cur. Iun. conſ.41. Maſtril. dec.247. Aſſiſ. dec. Peruſ.97. n.2. Turz. communi. opi. 159. Meno. cōſ.562. n.7. & ſeq. Cabal conſ.144. n.83 par.1. Cur. Iun. conſ.53. n.8. 9. Burgoſ. in c. cum cauſa n.21. de emp. & vend. vbi non obeſſe ſi ſit enormi renunciatum.

Contra 3. lim. ex magis communi Surd. conſ.424. n.4.

2357 4. Lim. non procedere abſolutione à iuramento petita, tunc etenim ad contractus reſciſſionem agi poterit Abb. in cap. cum cauſa. n.13. de emptio. & venditio. Dec. conſ.349. n.6. de communi Ceual. commun. opinio. cōtra commun. Q.171. n.1. Ricci. collect. deciſ.2170. verſic. inſuper additur. Soc. Iun. conſ 48. n.37 & ſeq. lib.3.

2358 1. Amp. etiam ſi fuerit iuratum abſolutionem à iuramento non petere, adhuc enim eam petere poterit, vt pluribus rationibus comprobat Bal. in repetitio. l.2. col.28. in fine. verſic. & quoad primam de iur. iurand. Felin. in cap. debitores. n.9. eod. tit. Gram. conſ. ciuil.25. n.1. Ceualloſ. ſupra. n.3.

2359 1. Lim. d. amp. non procedere niſi tot relaxationes fuerint obtentæ quot ſunt iuramenta, tot enim neceſſaria ſunt; alioquin iurans periurus manebit Roma. conſ.32. n.2. & 3. Felin. in d. cap. debitores. n.9. Afflict. deciſ.220. n.12. Natta. conſ.632. n.11. Rolan. conſ.31. n.11. lib.2. Menoch. conſ.24. n.15. Botta. conſ. 78. n.11. & n.13. Ceualloſ. ſupra n.3.

2360 5. Lim. non procedere quando læſus ita iurans ad prætij ageret ſupplementum, ſic etenim iuramentum non offenditur, cum non petatur contractus reſciſſio, ſed iuſtitiæ præcij implementum Bal. Ang. Albe. & Caſt. in l. quæ ſub conditione. §. 1. de condit. inſtitutio. Dec. in cap. inter cœteras. n.6. vbi Felin. col. final. de reſcript. Aretin. in §.1. n.22. Inſtitut. de hæred. inſtituen. Iaſ. in l. vbi pactum. nu.3. C. de tranſact. Burgoſ. in cap. cum cauſa n.40. de emptio. & vendition. ſubdens nō requiri abſolutionem Soc. in 6. ſi is qui diuenta. §. vtrum. n.1. de reb. dub. Cotta. in verbo. alternatiua. Caſſador. de empt. & venditio. deciſ.1. n.7. Lopez. de contract. lib.1. c.52. verſ. ſecundo. Arnon. com. 73. de communi. 16. Doc. citatis Meno. conſ.1263. n.20. Lopez. de cōtract. lib.1. c.44. verſic.2. Gab. de emp. & vendit. concl.1. n.43. Caccbe. dec.41. n.7. Cag. in l. n.99. C. de reſc. vend. de communi Cabal. conſ. 144. n.270. 306. & ſeq.

2361 Contrariam ſententiam tenent Pinel. in d.l.2. par.3. cap.1. n.5. C. de reſcind. venditio. Padilla. d. n.32. & Gutierez. d. cap.27. n.6. dicentes d.5. limitationem aduerſari communi opinioni contrariæ limitationi. 167. vide ſupra n.2346.

1. Amp. primam ſuppleri poſſe vſque ad litis conteſtationem in executione ſentētiæ Bal. in d.l.2. n.14. ſeu quaſi conteſtatam intelligendo de toto præcio. Caſt. n.6. Cag. n.141. & 230. de magis communi Gomez. de emp. & vend. n.22.

1. Lim. non poſſe ſuppleri ſi dolus ex propoſito emptoris interueniſſet, licet ſecus ſi re ipſa Caſt. ſupra n.1. Crema. n.14. in d.l.2. poſt Bal. n.2 oppo.3. ex l. pen. vbi glo. C. ſi vend. pig. agat. Pinel. ſupra par.2. n.11. 12. Burgoſ. in c. penult. n.61. de emp. & vend. Manti. de contract. lib.1. tit.9. n.30. 31. ſi tamen eſſet enormiſſima Cag. in d.l.2. n.79. & ſeq. Cabal. conſ.140. n.250. & 252. par.1. vbi citat Gab. de emp. concl.1. n.109. & n.287. ſed Abb. in c. conſtitutus. n.10. de reſt. in int. diſtinguit quod aut eccleſia vel minor læſus fuit quia vendere ei non expediebat, & contractus reſcindetur; aut in prætio tantum, & prætium ſupplebitur, & Soarez alleg. 21. n.5.

6. Lim. nam prodigus qui iurauit non contrauenire iuramento non obſtante contrauenire poteſt idem in demente Pantal. de Crema. in d.l.2. n.183. 184. de magis communi in prodigo cui bonis interdictum fuit Cur. Iun. conſ.53. n.5.

7. Lim. vt curatoris, & prælati iuramentum de non contraueniendo contractui minorem, & eccleſiam non liget Crema. ſupra n.185. poſt Bal. n.13.

8. Lim. non procedere ſi venditor dolo metuue ad iurandum inductus fuiſſet Ang. in d.l.2. n.5. verſ. tenendo. Gab. de emp. & vend. concl.1. n.82. Crau. conſ.142. n.27.

2362 168. Lim. non impedire iuramentum quominus iurans indebitè ac per errorem ſolutum repetere poſſit condictioni indebiti cum iuramento renunciatione per ipſum facta minimè obſtante, quoniam in ea non datur verus conſenſus nec indebiti ſcientia, ſed potius error facti, & vbi cōſenſus deeſt, naturam actus cui interponitur iuramentum ſortitur. l. final. C. de non numerata pecun. Rol. conſ.13. n.30. & ſequent. lib.1. vbi teſtatur eſſe communē, & Gutierez. d. par.1. cap.27. n.5.

2363 1. Sublim. non procedere quando aliquo modo conſtaret de iurantis ſcientia, vel renunciantis vt puta ſi dixiſſet ſe hoc ideo facere quia licet indebitum ſciat quod ſoluit, donare, vel ſoluere vult, hoc enim caſu ſola ſufficeret renunciatio, immo ſola ſcientia abſque renunciatione, vel iuramento ad

impediendam indebitè soluti repetitionem Gutier. supra n.5. versic. quare ipse.

2364 2. Sublim. non procedere quando creditor antequam sibi indebitum soluatur sibi deberi iurauerit, licet falsò iurauerit; tunc enim non repetetur glo. magna in l. eleganter. §. finali. in 3. casu de condictio. indeb. vbi allegat tex. in §. item si quis postulante Instit. de action. Bar. in d. §. final. nu. 7. Castr. nu. 3.

2365 1. Lim. d. 2. sublimitatio. non procedere nisi in iuramento decisorio à reo actori delato, tunc enim si creditor sibi deberi iuret, licet verum non sit, iam non dicitur indebitum, quoniam ex noua causa soluitur, cum iuramento delato non sit amplius quærendum de prima causa, sed tantummodo an fuerit iuratum vt in d. §. item si quis postulante. nimirum ergo si tunc repetitio cesset. Verum si hoc iuramentum non fuerit vt supra delatum, sed creditor ipse vltrò sibi deberi iurasset, ob quod debitor soluisset indebitum, non dubito quin optimo iure repeti possit, cum hoc iuramentum actoris reo non noceat, ex eo enim reus deceptus videtur, & ad soluendum indebitum inductus, constito de veritate indebite solutum repeti poterit Gutierez. d. cap. 27. n. 6. 7.

2366 169. Lim. non operari iuramentum quominus in pecunia soluere promittēs, bona insolutum creditori tradere possit, si diligentia adhibita pecunias repetire non potuerit Be..intend. dec. 28. latè Affli. 64. n. 9. & sequent. vbi de communi, de qua etiam testatur Ondede cons. 18. n. 39. lib. 1. vbi n. 51. & sequent. idem dicit quando in termino iurato non soluit, & cons. 34 n 26. lib. 2. Rot. Bononiens. decis. 70. n. 18. in nouissimis. nec beneficio huic iureiurando renunciari posse probat Macetatens. resolutio 41. n. 5 lib. 1. si tamen ea concurrunt de quibus per Benint. supra Ricci. collect. decis. 205. de communi Mancin. de iuram. par. 4. eff. 148. quamuis alioquin cessare auth. hoc nisi C. de solut probet ex iuramento licet soluere nequeat non adhibita diligentia ex Seraphi. priuileg. 24. n. 33. & in ecclesia etiam cessare tradat ex Rom. sing. 808.

2367 Contrariam sententiam vt non possit nisi in pecunia solui quoniam iuramentum præcisè obligat tenuere Alex. cons. 37. n. 25. & sequenti. lib. 2. Gozadin. cons. 27. n. 28 & cōs. 32. n. 10. & sequenti. Ripa in l. 2. §. mutui datio. nu. 28. si cert. petat. de magis communi testatur Cur. Iun. n. 35. Parpalea. n. 12 latè Gabri. de iure iuran. conclusio. 8 de communi Rolan. cons. 6. n. 44. & cons. 53. n. 47. lib. 1. Vincent. de Franch. decis. 81. Thesaur. decis. 153. n. 13. Bertaz de clausul. claus. 41. glo. 5. n. 4. Caroc. de obligation. par. 2. Q. 10. n 72. de communi Gutietez. de iuramen. confirmatoi. contract. pat. 1. cap. 29. nec tum dicere poterit non teneri vltra quā facere possit Rim. Iun. cōs. 188. n. 27. Rot. Roman. dec. 42. par. 1. recentior. & quando soluere promittens iure iurando renunciauit authent. hoc nisi C. de solution. Rota Roman. decis. 352. n. 5. coram Ludouis. vel omni iuris, & legum auxilio n. 6. Cesar. de Barz. decis. Bonon. 40. n. 5. Brun. de cessio. bono. Q. 34. Q. 4. principalis. Caroc. d. Q. 4. principalis. Caroc. d. Q. 10. n. 72. & de illo qui in pecunia soluere iurauit quod bona mobilia, vel immobilia nō possit offerre Ias. cons. 9. n. 9. 10. lib. 1. Rol. cons. 53. n. 47. lib. 1. Osasc. dec. 92. n. 9. Intrigl. sing. 99. n. 41. lib. 3. Rot dec. 98. nouis. diuerso. vbi constitutionem contrariam superuenientem non comprahendere promissionem iuratam, nec si non agatur de carceratione, sed de consequenda re promissa ob non solutam pecuniam.

2368 1. Lim. hanc secundam opinionem magis communiter receptam non procedere quando post iuramentum, inopinatus casus potentiam in pecunia soluendi superuenisset, & abstulisset, tunc enim bona insolutum dare posset, iuramentum namque rebus sic stantibus intelligitur Ripa. in d. §. mutui. n. 28. Purpurat. n. 116. Gab. de iure iuran conclusio. 8. in fine. vbi idem de hærede iurantis Vinc. de Franch. decis. 81. in fine Caroc. de oblatio. pat. 2. Q. 10. n. 77. Gutier. supra. n. 5. Add. ad Rot. Bonon. d. decis. 70. vbi tamen secus dicit si culpa debitoris præcessisset, & Seraphin. priuileg. iuramen. 74. n. 207. & sequenti. Ond. cons. 18. n. 44. lib. 1. vide supra n. 2131.

2369 Contrarium tenet Bertaz. supra. d. n. 4.

2370 2. Lim. non procedere quando non promisisset expresse in pecunia soluere iurans, sed simpliciter ad centum se obligasset cum iuramento, non exprimendo in pecunia, eiusmodi enim promissio interpretationem recipit à iure communi Thesaur. dec. 153. in fine Onded. supra n. 48.

2371 170. Lim. nam venditione duobus facta licet in prima venditor iurauerit secundus emptor cui res tradita fuit præferetur Couat. in cap. quamuis pactum. pat. 1. relection. §. 4. n. 2. de pact. in 6. post Ias. in l. quoties. n. 36. C. de rei vendication. Selua. de benefic. par. 3. Q. 4. n. 16. Rol. cons. 6. n. 24 lib. 1. Gutierez de iuramen. confirmatot. contract. par. 1. cap. 30. n. 4. amplians vt nec pactum non alienandi alienationem impediat, & hanc limitationem cōmunem esse fatetur, & in promissione de vendendo cum iuramento primo facta quod non impediat quominus alteri iurans vendere possit Mantica. de contract. lib. 4. tit. 3. n. 7. dixi in tractatu pignorum, sed cessat ista lim. si in primo contractu adsit constitutum, vel pactum non alienandi cum speciali hipotheca, vel quando secundus emptor sciret primā venditionem Gutier. supra nu. seq. Gail. obs. 55. n. 11. lib. 2. vbi aliter sublimitat dixi in tractatu pignori.

2372 171. Lim. non operari iuramentum quominus in contractibus innominatis locus pœnitentiæ fiat, nam si pars quæ non dum impleuit agere velit, non debet iuramentum operari vt ei actio detur priusquam impleuerit, ex quo hi contractus tacitam habent conditionem si actor ex parte sua impleuerit vt in cap. 3. de iure iurand. quod si iam ex sui parte impleuerit, & tunc etiam absque iuramento agere poterit Alcia. in cap. cū contingat ad finem. n. 114. in magna impræssione de iure iurand. Natt. cons. 381. n. 5. Vasq. de succes. creat. lib. 2. §. 12. n. 48. Cacchera. decisio. Pedemon. 98. n. 14.

2373 Contrariam sententiam Doctores communiter approbarunt vt testatur Couar. in rubr. de testamen. par. 2. n. 9. versic. huic etiam. Vasq. de succes. crea-

creatio.§.29 n.21. Gutierez. de iuramen. confirmator. contract. par. 1. cap. 35. n. 2. de communi. Mantica de contractibus lib. 4 tit. 3. n. 9. dixi in tractatu permutationum in 9. sublimitatione. 5. limitationis principalis, & hanc ante proximè citatos secuti sunt Bal. conf. 482 n. 8. lib. primo, æquipollet enim stipulationi vt ipse tradit conf. 291. nu. 13. lib. 2. Guid Pap sing. 343. Iaf. in l. si pecuniam. n. 23. & sequenti. de condictio. ob cauf. Corset. in rubr. de iuran n. 29 Bero conf. 4. n. 18. lib. 1. & communem fatetur Cacchera supra Gab. de iure iuran. concl. 9. Natta conf. 607. n. 3. Guid Papa. conf. 23 n. 4. in fine de communi Guliel. de Bened. in cap. Rainutius, verbo, testamentum. 3. n. 27. de testamen. de magis communi testatur Rol. conf. 8. n. 29. lib. 1. & conf. 69 n. 33. & sequenti lib. 4 vbi idem probat in verbis iuramento æquipollentibus, vt puta sincere, fideliter, inuiolabiliter, & eiusmodi. per l. si quis maior C. de transact & ibi Doc.

2374 1. Amp. hanc secũdam magis communem procedere etiam si actor nondum pro sui parte impleuerit etenim offerre implementum sufficit ne ob iuramentum pœnitentiæ locus fiat quæ à iure in cõtractibus innominatis conceditur Gutierez. d. cap. 35. n. 2 & 3.

2375 1. Li. d. amp. non procedere quãdo qui offert soluere iurasset, tũc enim oblatio ipsum non releuaret Rol cõs 53 n. 42. lib. 1. Iaf. conf 9. n. 14. lib. 1 216. li. 2. Garziar. patro. 72. lib. 1. subdens ad domũ creditoris offerri debere quando sunt eiusdem fori, & pecuniam in manibus habere debere.

2376 172. Lim nam qui statuta seruare iurauit non fit periurus si non seruet vtentium moribus vsu minimè recepta, vel contraria consuetudine abrogata Bal. in prælud. feudo col. 5. versic. item nos dicimus. Rol. conf. 99. n. 7. lib. 2. Gutier. de iuram. confirmator contract par. 1. cap. 38 n. 14. & cap. 70. vbi etiam si iurauit seruare statuta intelligi nisi consuetudine abrogata sint, vel contra ius, aut illicita, & quando ea seruare tenetur, debet etiam ex officio supplere, nec intelligi de statutis alterius loci, nec si ex aliqua causa non seruet Farin. Q. 17. n. 17. ex communi Surd. conf. 58. nu. 15. & seq. vbi etiam ex communi, iurata tolli posse à conditoribus, de futuris autem intelligitur etiam in officialibus, & consiliarijs Gratia. discepta. 564. n. 27. 28. Manci. de iuram par. 2. art. 17. n. 16. & seq. ad noua etiam extendi probat non ad inualida, & ex causa à validis posse recedere post Feli. in cap. 1. n. 51. de const Gram. decis. 36 n. 3. illicita seruare non tenetur Seraphi. priuil iuram. par. 4. eff. 177. subdens postea edita seruare non teneri ex c. clericus. de iur. iur. Crot conf. 120. n. 42. vide infra lim. 272. Diana. par. 2. tract. 6. resol. 39. vbi idem de reuocato, & Coccin. dec 376. n. 7.

Amp. vt qui iurauit ea sub pœna quid fieri vel non fieri iubentia seruare nõ incurrat periurium vel mortale peccatum contrauenìens quia statuentis intẽtio ad pęnam restricta videtur Iaf. in §. item si quis. n. 78. 79 Inst. de actio. Bonacci. Q. cri. verbo. scolaris, & ad inualida, & futura non extendi Borrel. de magistr. edict. lib. 1. c. 14. n. 55. & seq.

2377 173. Lim. non validare emptionem rei minoris à tutore factam, & licet iuramentum esset seruandũ in hac, & huiusmodi emptionibus per administratores factis, potest iurans vel petita absolutione non seruare iuramentum, vel obseruato eo data, & soluta repetere Bar. in l. si quis pro eo n. 10. versic. vt in officiali de fideiussor. de cõmuni Vasq. de succ. §. 28. n. 56. 57. & 58.

2378 Contrariam opinionem quod scilicet contractus iuramento firmetur tenent Ripa. respons. 138. Spino. de testament. glo. 26. n. 63. Gutier. de iuram. confirmator. contract. par. 1. cap. 40. n. 3. vbi contraria tollit.

2379 1. Lim. secundam opinionem quam veriorem ac tutiorem existimo non procedere in donatione iurata facta à minore suo administratori quæ iuramento non firmabitur Ripa. supra. n. 11. & sequent. Gutier. d. cap. 40. n. 3. in fine.

2380 174. Lim. non validare liberationem tutoribus vel administratoribus alijs factam quominus minor vel is cuius rationes administratæ fuerunt iterum petere possit rationes sibi ipsis reddi, vbicumque prima rationum redditio vel quietatio erronea esset, vel non plena etiam si cum decreto iudicis, & curatoris vel tutoris authoritate facta esset Soc. conf. 159. n. 11. lib. 2. Anch. conf. 219. n. 2. lib. 2. Dec. conf. 110. n. 9. Rol. conf. 49. n. 66 lib. 1. Gutierez. de iuramen. confirmat. contract. par. 1. cap. 40. n. 7. dicam infra tit. 36. de redditio. rationum. debet tamen minor petere absolutionem à iuramento. Gutier. supra n. 26.

2381 1. Amp. vt si ex lectura instrumenti quietantiæ constet vel de errore, vel non plena, seu illegitima redditione rationum non teneatur minor errorem probare, sed petita absolutione à iuramento iterum rationes reddi petere potest, quamuis post sententiam secus sit, prout & quando constaret rationes fuisse calculatas, & plenè ac legitimè redditas, his enim duobus casibus quietatio iurata minimè rescinderetur Gutier. supra n. 18. & seq.

4. Amp. ex lesione vltra dimidiam rescindi glo. in l. 3. verbo, vel perperam C. cum. vtri. iud Doc. in l. 2. C. de resc. vend. Simon. de Præt. cons 137. n. 12. Gab. de emp. & vend concl. 1. n. 15. & iuramentũ non obesse si enormissima læsio concurrat. nu. 86. de magis commun Rol. cons. 60. n 66 & seq. lib. 4. Eug. cons 12. n. 62 & 72. & Felic. supra n. 43. Plo. supra n 4. etiam si forte facta esset vt ibi & a maioribus facta dolo & fraude cessantibus non rescindi ob læsionem nisi vltra dimidiam de magis communi Pinel. in d. l. 2. par. 2. cap. 1. & Facchi. contr. iur. lib 8. cap. 36. & Senat. Dolan. dec. 127. licet minorem restitui probet si etiam modicè læsus sit non etiam si leuissimè. Sed ex enormissima rescindi iuratam de magis communi Pancirol. cons. 50. n. 21. Rim. Iun. cons. 316 petita prius absolutione. n 4. Peregr. cons. 19. n 40 lib. 1 Soc. Iun. cons. 48. n. 22. lib. 1 Soarez. alleg. 22. n. 3. ex enormi iuratã non rescindi de communi Rim Iun. supra & non iuratæ suppleri quod deest Coz cons. 44. nu. 15. de communi Villalob. lit. D. n. 87. & Soarez lit. D. nu. 96. qui tamen suppleri negat & maiorem non rescindere diuisionem, nisi vltra dimidiam lesus sit dolo, vi, aut fraude cessante de magis cõmuni Facchi. contr. iur. lib. 8. cap. 36. Pinel in l. 2. par. 2. cap. 1. & Senat. Dolan. dec. 127. n. 13. minorem vero restitui intra quadriennium ex modica. maiorem si læsus sit in triente, & si vltra dimidium aget intra 30. annos ex l. 3. C. com. vtri. iud.

1. Lim. 4. amp. non procedere quando tempore diuisionis æqualitas adfuisset Bal in l. si familiæ in fi. C. famil. ercisc. Bero cons. 108 in fi. lib. 1. Becci. cõs. 24. n. 37. Soc. Iun. cons. 119. in fi. lib 3.

2. Lim quando sortis iudicio inter scientes inequalitatem diuisio facta esset Felic. supra n 40. sed Petr. de Vbal deduo fratri. part. 11. sub nu. 13. rescindi probat ob intolerabile damnum Pereg cons. 19. n. 40 lib. 1.

3. Lim. non sufficere quamlibet inæqualitatem & si à matre inter filios maximè hæredes facta sit, seruari debet Rot. dec. 138. par. 2. recentis vbi etiam effectuatam probari ex dispositione à filijs facta.

5. Amp vt etiam sine iuramento diuisio nulla sit solemnitatibus a statuto requisitis in cõtractibus minorum omissis, licet enim actus necessarius censeatur, attamen hoc vel illo modo diuidere non est necesse, & ideo intrat lesio & l. 2. C. de rescin. vend. & statutum quod in omni contractu procedit in quo minor ledi potest Rot Rom. dec 236. n. 3. par. 1. recentis & erronea si tamen probetur error. l. si post diuisionem C. de iur. & fact. igno. Surd. dec. 104. n. 19.

1 Sublim. quando error non probaretur præsertim ex clausula sponte &c. Rim. Iun. cons. 316. n. 8. Cabal. cons. 38 par. 2.

2. Sublim si a iudice vel arbitro cum causæ cognitione facta esset Meno cons. 115. n 21. 124. n. 119. vbi idem in facta sine iudice. 320. n. 26. Bero. cons. 2. n. 34. lib. 2.

3. Sublim. si ante aditam hæreditatem facta sit Meno. cons. 115. n. 26. 124. n. 122.

322 Lim. vt licet diuidentes cum iuramento affirmassent in hæreditate tot debita vel bona remansisse, non tamen impediantur quominus probare possint alia remansisse Rot. dec. 604 nu. 3. part. 1. recentis. nisi taxatiuam addiderint. & dec. 322. par. 2. ex l. si non fuerint pro soc. & l. quæ pater. 1. famil. ercisc. non diuisa in diuisione hæreditatis communia remanere hæredum cuilibet pro rata hæreditatis.

323. Lim. nam si locator non alienare promiserit, & in casu alienationis damna & interesse promiserit, alias pœnam contentam & omnia & singula

obier-

obseruare cum iuramento sub pœna, quæ committi debeat rato manente pacto; secuta alienatione locator soluendo damna & interesse, vel pœnam conuentam liberatur, nec ad rem & patientiam præstandam præcise tenebitur Bero.cons.127.lib.1.nisi pactum non alienandi cum speciali hipotheca iunctum sit iuramentum non obligare præcise locatorem stari locationi Gratia.dec.99. sed dec. 119.in fi.add.pro vsu suo ob iuramentum contrauenire non posse.

324.Lim.nam si mulier hipotecæ sibi in bonis viri competenti cum iuramento renunciauerit, si propterea indotata remaneat, contractus iuramento non firmabitur Papien. in forma. lib.hipothe.glo. exceptionem n.29.Paris.cons.75.n. 13.& seq. lib. 3.idem fortius in hærede mulieris procedere subdens Carpa.super statut. Mediol. lib.2.c.500. n. 8. Rota.Rom.6. Iulij 1593. coram Arrigonio Vrsil. ad Affl. dec.311.n.4. Mars.cons. 125.n.36. Thes. dec.223.vbi quando saltem medietas dotis mulieri non remaneret n.13.vide supra.lim.105.& 106. n.1944.& seq.2182.Abb.cons.8.n.6.lib.2.Bero. cons.48.n.13. lib. 1.Seraph. priuil.iur. 25.nu. 12. Borg.de vsufr. n.135.Marescot. resol. 5. num. 19. lib.2.

Contrarium ex quo iuramentum seruari potest sine interitu salutis æternæ Bar. in §. & multo. nu. 10. 11.auth vt immob. secundum ius cano. Doc. in c. peruenit de emp. & vend.in cap. cum contingat. de iur.iur. & in cap.si vero eod.Cast.cons. 8.n. 2. 3.lib.2. Affl.dec.311.n.4 Boer.dec.23.nu.9.Rui. cons.41.n.2.lib.5.de communi Coua. in 2.part.relect. §.1.n.10. de pact. in 6.& Rol.cons.70.nu. 20. lib.2 & Thes. supra n.12.de magis communi Burs. cons.56. n.15.& Alcia. cons.127. n.6. Alex. cons. 83.n.6.lib.6.Rim. Iun.Add.ad cõs. Rim.Sen.420. Franc. dec 84.Crau. cons.613. n. 32. Cepol. caut. 174. Alba.cons.4.n.30. Bero.cons.36.n.13. lib. 2. Bonenc.in auth sacramenta puberum n.121. C.si aduers.vend. Bertaz.cons. ciu.26.num.18. Pedroc. cons.35 n.79.Lup.in c.per vestras §.11: pag.231. n.2.de don.inter vir. & vxo.Rot. decis.112. par.4. diuers. Surd.cons.513. nu. 8. Gutier. de iur. confir. contrac. par. 1. cap.1.nu.19.46. nu. 13.vbi de renunciatione tacitæ hipothecæ dolo vel metu cessante, ac minis, & reuerentia & Molin. de contract.disp.438. n. 15. de communi Villalob. lit. I. num. 129.& Bello.lit.A.col.4. vers. alienationem Bal. Nouel. de dote part.7. priuil.11.n.14.Barbos. in l. 1.par.1. n. 63. sol. matrim. priuilegijs dotis renunciare posse probat, quia principaliter sunt inducta priuato fauore, secundariò publico fauore, quia lex bonum publicum respicere debet quod oritur etiam ex commodo ciuium, & hoc secundarium dicitur nu seq.

1. Lim. 2.opi. non procedere si mulier vi,dolo,metu, minis, vel nimia reuerentia ad iurandum inducta fuisset, tunc enim non obligatur defectu consensus Bal.in l.etiam in fi.C.ad Velleia.Cast.cons.8. n. 2. vers.cum enim lib.2. Abb.cons.8.n.5.lib.2. vbi duo remedia tradit n.7.Paris.cons.75.n.19. lib. 3. vide supr.n.1971.

1.Sublim.non procedere nisi verbera & minæ præcecessérint, aut renunciatio facta sit, aut præstitus consensus instante persona austera,vel solita verberare, ex sola enim illius præsentia cui reuerentia debetur hoc non infertur Alex.cons.83.nu.7. lib. 6. Ias.cons.3.n.6.lib. 1. Crau. cons. 49. vbi etiam de probatione huius metus vide supra.n.820.

2. Lim.non procedere quando ex parte iurantis aliqua turpitudo subesset tunc enim iuramentum nõ haberet iudicium, iustitiam, & veritatem requisitos comites,nec ideo obligaret Abb.supra. nu.5. 6.

3.Lim. non procedere quando mulier prius iurasset non alienare, tunc enim secundum iuramentum nõ teneret glo fi.in c.licet.de iur.iur.in 6. Bal. in c. veniens.n.4 de iur. iur. Papien. in forma. rest. in int. glo.tunc iurauit n.14 vbi Masuer. in add. intelligit data scientia Cotta.in verbo iuramenti religio ad fi. post Bar in d. §.& multo. n. 12. Vital. de claus. pag.741.n.12.Fall.3. loquens in alienatione fundi dotalis Seraph. priuil iuram 95.n.7. Thes. dec. 223 n 19 vide supra n. 1962. Cepol. caut. 17.. de cõi.Couar.2.par relect.§.2.n.2.de pact.in 6.de magis cõi.Gutier d.c.1.n.79 Scrap.priuil iur.95.n.7.

4. Lim. non censeri renunciasse nisi quoad rem de qua actum fuit cum renunciatio stricti iuris sit, & ad contractum & personam restringitur pro qua facta fuit Bal.sing.27.Roma.cons. 132. n. 3. per l. iubemus.C.ad Velleia.& l si domus.de seru. verb. præd. Dec.cons.379.n.6.551. nu. 9. Cassan. cons. 69.n.11.Paris.cons.49.n.41.lib 3. Papien. d. glo. exceptionem.n.29.Tiraq.de retr.lig §.1. glo. 9. n. 163.Mandos.ad Rom.sup. Seraph. sup. nu. 7. Burs. cõs.32.n.40.post Bal.in d.l.iubemus in princ.Fräc. dec.477.n.2.10.Soc.cons 270 col. 1.vers.& primo lib.2.Rui.cons.210.n.3.4.lib.1. Ang. in d.l. iubemus n.3.Cast.n. 1.& alij Vital. de claus. pag. 733. n.4. & 6.Neguz.de pigno.3.membr.6 part. n. 14. ad fi. Rota.dec.472.n.2.& 3.par.1.diuers.21. par. 2.recentis & ad alia regredi potest de cõi. Bero. cons.33.n.38 lib.1.Franch.dec 477. Barbos. in l. 1. par.5.n.69.sol.matr. Meno.cons 319.n.18.Gratia.discep.292.n.10. Ond.cõs.48. lib.1 de cõi.Odd. de fideicom. Q.2.n.1.& in dubio contra eam iudicari.n.10.& rebus sic stantibus intelligi etiam iuratam num.14. & seq. & ad præsens restringitur etiam iurata de communi n.18. & seq nisi nullum ius de præsenti competeret nu. 28. & de communi Cras. in § fideicommissum Q. 63. n. 5. & Corb. de caus. priu. ob renunc. n.25. Fusar.de subst.Q.593. n.109.vel nisi repugnantia orietur. Ond. cons. 33. n.57.lib.1.Odd.supra.n.26 vel nisi verba futurum etiam continerent Boer.dec.147.n.13 Meno. lib. 3.præs.115.n 41.Marsil.dec 65. n.9.Rol.cons.34. n.92.lib.4.Odd.d. Q. 2.n. 23. & quod comprehensus in emphiteosi excludat incapacem patri, cuius in partem obuenerat Mona.dec.Flo 63.nu. 9. Meno.cons.974.n.6.distinguit Mant.de contr lib. 72. tit.18.n.36.& si vni venerit in diuisione,non censetur ei iuri emphiteotico renunciatum,vt in illius linea sẽper remaneat etiã masculis restantibus nisi alienandi potestas data sit à sciente feudum & emphiteosim Rot.decis.176.num.18.19 nouis. diuerso.

1. Amp. etiam si renunciatio generalissima sit ad

huc enim dotis fauore restringetur ad rem, contractum, & personas, quorum fauore emanauit Rui. cons. 210. n. 4. vers. cum ergo lib. 1.

Contrarium tenet Rui. cons. 41. n. 5. vers. & insuper. lib. 5.

2. Amp. vt si dos à patre soluta sit, ei tale pactum mulieris minime præiudicet l. 2. §. quod si in patris. vbi Bar. n. 1. Bal. n. 2. Cast. in princ. Ang. in prin. Rom. n. 61. Alex. n. 2. Ias. n. 7. Parpal. n. 50. & cæteri omnes sol. matr. Alex. in l. si socer. §. Lucius n. 3. in fi. sol. matr.

1. Sublim. quoad tertium causam habentem ab emptore à marito, eoue in cuius fauorem mulier renunciauit Cast. in d. l. iubemus. n. 1. Rui. cons. 210. n. 4. lib. 1. Franch. dec. 477. n. 4.

2. Sublim. quando mulier pro alio debito quam pro dotæ hipothecę renunciaret Rui. supra Franch. supra n. 6. & 16.

3. Sublim. quando præcium rei alienatæ cuius hipothecæ renunciauit mulier, ad eam peruenit in casu quo constante matrimonio dotis restitutio fieri potest, tunc renuncianti quoad omnes præiudicatur Cast. in d. l. iubemus n. 5. vers. sol. & tene mēti Vital supra n. 7. fol. 735. intelligens quando viri liberatio sequitur matrimonio constante.

4. Sublim. in antiphato, quia in eo de lucro mulier agit l. assiduis. C. qui pot. in pig. habeam Franch. d. dec. 477. n. 7.

5. Sublim. nam in huiusmodi renunciatione hipothecæ quoad quædam & vbi mulier non maneat indotata, nil aliud is, cuius fauore renunciauit mulier consequetur quam simplicem renūciationem, ex qua a bonis cui mulier renunciauit illum excludet, quo vero ad alios creditores qui post mulierē contraxerunt, & ante istum fauore cuius renunciatio facta fuit, hunc illi creditores excludēt glo. in l. Claudius. verba. doceret. vbi Doc. qui pot. in pig. habe. Franch. dec. 477. n. 15.

5. Lim. quando ex hac renunciatione donatio induceretur, tunc enim cum lex resistat iuramento nō firmabitur Papien. d. n. 29. Vital. supra. pag. 734. n. 4. in fi.

Contrarium tenet Affl. dec. 311. n. 3. & seq. Alcia. cōs. 127. n. 5.

6. Lim. non procedere in hæredibus mulieris quibus defunctæ iuramentum non oberit Cepol. caut. 138. Villalo. cōi. opi. lit. I n. 129.

7. Lim. quando ab alio bona possiderentur cuius fauore mulier non renunciasset Bal. in l. iubemus. n. 7. Cast. n. 1. Ang. n. 3. Albe. n. 3. C. ad Velleia. Vital. de claus. §. nunc videamus fol. 732. Neguz. de pig. par. 6 membr. 3. n. 13. Franc. dec. 477. n. 4.

8. Lim. nam si maritus soluendo non sit ad ius renūciatum regredi potest Affl. supra. n. 6. vbi etiam si rei venditæ præcium ad vxorem peruenisset nisi constāte matrimonio dos restitui potuisset. Franch. supra n. 11. nisi correos vel fideiussores dotis haberet n. 12. Rol. cons. 70. num. 20. (nisi iuramentū fuisset adhibitum lib. 2. & Affl. supra nu. 4. & Vital. supra. n. 4. Gutier. de iur. confir. contrac. par. 1. cap. 46. n. 13. vbi tamen intelligit metu inducta à viro minas exequi solito, & si foret enormiter læsa absolutionem petere posse Gratia. decisio. 165.) de communi Soarez. lit. M. n. 242. vbi tempore restitutionis inspecto Burs. cons. 32. n. 41.

1. Sublim. lim. 324. non procedere quando in loco extaret statutum quod mulier iuri hipotheceę quam in bonis viri habet renūciare possit, tunc enim etiā si alia bona maritus non habeat, renunciando sibi præiudicabit Castr. cons. 41. n. 1. in fi. lib. 1. Seraph. priuil. iuram. 95. in fi.

2. Sublim. nā si mulier promiserit vel se obligauerit cum decreto iudicis & ad hibitis statuti solemnitatibus contractum rescindere nequit, si super alijs bonis viri se cautam esse asseruerit, nisi concludenter probet alia viri bona non extare, idque inuentario bonorum viri defuncti non probatur cum vivens alia habere potuisset & alienasse, & excussio requiritur etiam fideiussorum Rot. dec. 546. par. 2. recentis.

3. Sublim. vt si vxori vsusfructus legatus sit à marito suorum bonorum cum onere quod repetere dotes nequeat, sed quāstata hæreditas censeatur, si legatū acceptet dotes remisisse censeatur Dec. cons. 259. num. 13. Borg. de vsufr. num. 135.

325. Lim. filium a patre habere præsumi quicquid habet, & quidē iure hęreditario, nisi alius titulus doceatur nec eius iuramento aliter credi Men. lib. 6. præs. 61. num. 10. Rot. dec. 545. coram Caualer. & 587. nu. 4. par. 1. recentis. nisi seorsum habitet, vel inuentarium fecerit Emil. cons. 34. n. 6. Mago. dec. Luc. 6. n. 46. Gargiare. patro. 8. nu. 3. 29. nu. 9. lib. 2. Silu. cons. 86. n. 8 Bertaz. cons. ciu. 119. num. 11. 16. Pereg. cons. 19. nu 3. lib. 4. vbi quando possideat ab ascendente possessa nisi nouum titulum ostendat. Becci cons. 113. Surd. dec. 339. qui secus tenet nisi de patris possessione per adminicula constaret, vel quod bona à patre prouenerint post Pereg. de fideicom. art. 44. n 21. Rot. dec. 538. coram Caualer. vbi idem de patre respectu iuri. 672. par. 1. recentis Peregr. dec. 2. Rot. dec. 47. n 7. nouiss. diuersio. 87. n. 13. 14. vbi etiā paulo post mortem patris acquisita ex pecunia hęreditaria præsumi nisi industriosus foret & dec. 258. par. 5. diuers.

326. Lim. non stari iuramento se notarium asserentis, licet credatur instrumentum a se scriptum vel publicatū si negetur. Alcia. regul. 3. præs. 13. n. 10.

327. Lim. non operari iuramentum in approbatione testamenti fideicommissum continentis & alienationis prohibitionem etiam pro dotibus constituēdis à filia interpositum quominus alijs bonis liberis non extātibus dotes ex fideicommisso deduci possint glo. in §. quamobrem. vers. si non. auth. de rest. & ea quæ parit. Cast. cons. 80. libr. 1. Guid. Pap. decis. 96. de eo enim descendentium dotes deduci possunt, non obstante testatoris expressa prohibitione ex causa dotis, quia non pendet a potestate testatoris sed legis Ias. in auth. res quæ in 13. limit. e. com. de ligat. Viui. decis. 18. de magis commun. Torniellus consil. 75. & Saul. de alie. reb. fideicomm. par. 2. num. 264. etiam in restitutione num. 250. & 257. & in cons. & Rota Bonon. dec 47. in nouiss. Boer. dec. 129. num. 5. Crass. in §. fideicommissum Q. 57. num. 3. Rota. dec. 641. coram Buratto. Facchin. contr. iur. lib. 4. cap. 48. & de restitutione dotis Surd. decis. 62. Fusar. Q. 531. nu. 71. Pereg. dec. 62.

82. etiam quoad nascituros & si totum fideicõmissum euacuetur. Rota, decis. 294. part. 1. recentis ex Castr. cons. 80. lib. 1. de magis communi Bero. Q. 110. n. 5. Marza. de fideicom. Q. 48. vers. contrariũ tamen & hanc vti magis communem tenet Meno. lib. 4. præs. 189. n. 116. & constituendas & restituendas deduci Rot. dec. 609. n. 2. non loquens facta prohibitione par. 2. recentis. & in restitutione non facta expræssa dotis prohibitione veriorem & communiorem probat Coua. infra citandus vers. quarto; & in filia si alia bona non extent de communiori Bero. Q. 110. n. 5. & Cras. in §. fideicõmissum Q. 57. n. 3. & Marza. de fideic. Q. 48. de magis communi Fusar. Q. 531. n. 71. in constitutione dotium filiarum secus probans in generali alienationis prohibitione. nu. 34. probat autem num. 63. & seq. iudicando fuisse vtramque opinionem obseruatam & de veriori tam in constituenda quam in restituenda & communiori Assis. dec. Luc. 28. n. 78. & seq. & Fusar. supra Q. 532. n. 21. 22. etiam dote post fideicommissum recepta Assis. supr. nu. 93. de communi Peregr. art. 42. n. 81. & seq qui idem ait in dote confessata si lapsa sint tempera opponendi exceptionem dotis non numeratæ & itacum Excellentissimis Dominis Io. Baptista Guidiccioni & Francisco Palma iudicaui in causa D. Sinibaldi cum DD. Iulia & Pamphilia Perugini 28. Decembris, 1634. ex actis egr. D. Laurentij Pieri Med. dec. 5. exam. 3. n. 105. & seq. vbi de communiori Saul. de alien. reb. fideic. part. 2. nu. 64. & seq. vbi pro constitutione dotis & donationis propter nuptias & dotis restitutione etiam post obitum fideicommittentis & quoad omnes descendentes etiam fœminas etiam natas mortuo testatore post Coua. var. lib. 3. cap. 6. & quoad omnes qui dotare tenentur, & etiam nuptas sine dote & moniales & etiam si pia causa substituta sit & filia spuria sit, vsque ad nu. 122. & omnia in dotem dare posse etiam si sit sterilis nu. seq. & pactum non alienandi non obesse nu. 265. nec fauorem piæ causæ n. 266. in restituẽda consumpta dote controuersum probat ex Alcia. cons. 555. Natta. cons. 62. Rol. cons. 85. in fi. lib. 1. Paris. cons. 45. lib. 2.

Contrarium nempe non posse de fideicommisso deduci dotes si testator expræssè hoc prohibuerit quia à voluntate testãtis pendet Rom. in l. filiusfamilias. §. Diui. n. 120. de verb. oblig. Alex. cons. 56. n. 3. lib. 1. Cur. Iun. in auth. res quæ. num. 36. C. com. de leg. Lup. in rubr. de donat. inter uir. & vxo. §. 16. n. 11. Soarez. in l. quoniam in prioribus lim. 2. ad l. Reg. col. 16. vers. vtrum autem. C. de inoff. testa. Viui. comm. opi. verbo. mater ex cõi & Cras. de off. hæred. lib. 2. Q. 33. n. 6. & §. fideicommissum Q. 57. de magis cõmuni Turret. cons. 81. n. 29. lib. 1. Meno. cons. 737. n. 29. 318. n. 35. 36. post Coua. var. lib. 3. c. 6. n. 10. vers. 3. vt & ratio est quia alienationis pro dote permissio, ex d. auth. res. quæ ex præsumpta testatoris voluntate procedit, & singulare ius est, quocirca vbi de contraria testatoris voluntate constat, cessat ea præsumptio Alex. & Coua. supra & est magis communis ratio vt per Molina. de primog. lib. 4. cap. 6. nu. 11. præsertim legitima filio relicta n. 12. vbi ratio Rol. cõs. 27. n. 5. lib. 4. de communi Burs. cons. 180. nu. 22. vbi tam de constituenda quam de restituenda dote de communi Pereg. de fideico. art. 42. n. 6. licet in generali alienationis prohibitione primam opi. magis cõmunem dicat de magis cõi. Meno. lib. 4. præs. 189. n. 96. & 116. & seq. præsertim si verba alienationis prohibitiua vniuersalia forent. & facta prohibitione ex causa dotis in contractu Viui. sup. Seraph. dec. 447. n. 1. siue per contractum siue per vltimam voluntatem sit prohibita ex causa dotis alienatio plures alios pro hac parte refert. Fusar. sup. nu. 67. Alcia. cons. 555. vbi de recepta à filio post fideicommissũ Soc. Iun. cons. 119. n. 7. lib. 2. Surd. de ali. tit. 8. priuil. 19. ex causa necessaria & pro alimẽtis liberorũ & nurus nisi filius legitimam consumpsisset & pro spurijs alendis etiam alienari posse nisi testator vetasset pro alimentis alienari.

Distingue vt secunda procedat in personis quibus pater non tenetur dotes constituere, prima autem vbi constituere tenetur Meno d. n. 116. & seq. vbi etiã subdit 1. opi. procedere si pater filiam instituisset, legitima ei relicta pro dote sufficiente & ab ea fideicommissum reliquit; primam vero si filius cui pater legitimam reliquit, eam cum Trebellianica consumpsit; hoc enim nepti ex filio non debet obesse si aliunde dotari nequeat & idem si omnia bona fideicommisso subiecerit prohibendo alienationẽ ex causa dotis, his enim casibus pater cõpelli posset dotẽ dare & tradit etiã an emphiteotica feudalia & maioratus bona seu primogenij possent pro dote alienari. & Q. 190 agit de alienatione pro dotis restitutione. & Cras. d. Q. 57. ex causa alimentorum alienari posse ex cõiori non autem ex causa studiorũ. & Pereg. d. art. 42. n. 86. & seq. vbi etiam alienari posse pro filij redemptione a latronib⁹ nõ pro liberatione a carcere ex causa æris alieni, vel pro maleficio nisi de vitæ periculo ageretur & Ias. in d. auth. res quæ. n. 20. & Pinel. in auth. nisi tricẽnale n. 36. ad fi. C. de bon. mat. & Soarez cõi. opi. lit. R. n. 82. ex cõi negant alienari posse pro se liberãdo à pena maleficij & circa dotẽ nurus patrem non posse cogi ad se obligandum probat Meno cõs. 33. n. 23. & seq. & n. 43. priuilegiũ d. auth. ad hæredes transire probat & Pereg. d. art. 42. n. 94. condito libera nõ extare, posse sine decreto fideicõmisso subiecta in casib⁹ permissis alienari quatenus autẽ limitationẽ tenentes se fundãt in donatione propter nuptias quam pater pro nuru filij vxore facere tenetur, & hipothecam bonorum pro dotis restitutione, intelligo vbi d. donatio in vsu est & respectu quantitatis legitimæ tãtum ac Trebellianicæ, alia enim bona sunt libera patris & de eis ad libitum disponere potest, nec ideo se obligare vltra legitimam & Trebellianicam tenetur Cur. Iun. in auth. res quæ n. 36. C. cum de lega. Meno. d. præs. 189. n. 103. & præs. 190. vbi etiam de restitutione quam in publico fauore fundatam probat & affirmatiuam pro restitutione amp. & lim. multis modis & Fusar. Q. 530. & seq. & Saul. de alien. reb. fideic. subiect. par. 2. per tot. Pereg. dec. 96. vbi pro dote alienata fideicommissarium non reuocare oblato prætio, sed filia sine filijs nupta dotem ad fideicõmissum reuerti & idem probat in restituta quod in

dote data licet si assecurata esset ob viri inopiã fideicõmissarius præcium offerre posset;idem etiam quod in dote in contradote ait & maritum lucrari dotem istam etiam pia causa etiam à patre dotante substituta Rot. dec. 128. nouis. diuerso. ex conuentionali detrahi probat. 134. pro restitutione dotis & ære alieno testatoris alienari posse fideicommisso subiecta.n 5.164. si aliunde sit congrue dotata,non posse deduci ex fideicomm.... Hipol. Maia.consult.27.par.1. ex causa dotis posse & non posse vetari alienationem & sic necessariam probat, idem probans in confessata si verisimilitudo concurrat promissionis partis solutæ, ex communi sed in subsidium tantum Rol. conf. 85. lib. 1. latè. Meno.lib.4.præf.189.190. Ratio autem publicæ vtilitatis ab iisdem considerata non refragatur negatiuæ opinioni, nam communiter omnes tradunt dotes earum, ac fundi etiam dotalis alienationes principaliter priuato fauore vetitas, publico autem secundario Imo.in cap cum contingat n.36. de communi Coua. in 2. part releƈt. §. 2. n. 5.pag. mihi.386. quo casu non potest suum cuipiã à Principe sine cgrua recompensatione auferri licet enim ex iusta causa suum alteri Princeps auferre possit l. Lucius.de euict.glo.& Ias. in l.si.n.2. C. si contra ius vel vtil. pub. Pinel. in prima part. rub. C. de rescin. vend. cap. 2. de communi Natt. conf.11.n.4.Gail obs. 56. 57. lib. 2. vbi de remissione damnorum belli causa illatorum Crau. conf. 264 n.10. vbi pro bono pacis & Capic.dec.69. & Meno.conf.701.n.87.hoc tamen non procedit in casibus infrascriptis post primam seq. sublim.positis & est contra expressa verba d.auth. res quæ. & auth.de restit. & ea quæ parit §. quamobrem vbi glo. in vers. si non sufficient. Saul.supra.n.

1.Sublim. primam non procedere nisi in subsidium nec in transuersalibus Affis.d.dec.28. nu. 89. Cast. conf.80.lib.1.Franc.dec.519.n.2.Soc.conf. 75. n. 4.lib.1.Surd. dec.62.n.4. Borg.dec.81.n.108. par. 3.Petr.Q.8. n.459.Pereg.art.42.n.66.& dec. 125. Meno. conf.318. in fi.& lib.4 præf. 190. nu. 45. Fusar. Q 532.n.33. de communi Odd. de prohib. alien. Q.45.n.45.Crass.d.Q.57.nu 3. 5. Marz. d. Q. 48.n.74 nec si in contraƈtu faƈta sit prohibitio Seraph.dec 447. Fusar. d. Q.531.n.8.Q.3.& seq. vbi intelligit & limitat ex Pereg. art. 42. nu. 60. & seq. Boer dec. 129.n.6. & seq. Med.dec. 5. exa. 3. n. 94. 105. & seq. secus dicens in filia extranei quam testans dotare non tenebatur, & distinguit inter necessitatem à testante venientem vt non obsit specialis prohibitio, secus si ab hærede. quæ tamen distinƈtio respeƈtu hæredis non est admittenda per d. §. quamobrẽ. & Cast.& alios in lim. citatos Saul. supra nu. 262. nec in filia hæretica. Surd. de ali. tit. 7. Q.2.n.10.Gall. de exc. suc.tit. 4. exc. 7. n.58. & seq. par. 2. ex communiori dotari debere ex fideicõmisso si filia aliunde non habeat, secus in extranea, vel libera non extent, vel in contraƈtu fideicommissum sit faƈtum, & procedere etiam in conceptis post mortem non post purificatam conditionem & exc. 10. n. 48. non deduci si vxor sciuit extare fideicommissum, vel dos esset confessata, uel a transuersali institutum esset Gall. de excep. suc. tit. 2. exc. 4.n.70.par. 3.vbi amp. & lim d. auth. resque, & Fusar. Q. 731. Pereg. dec. 125.Rot.dec. 143.coram Coccino.

1.In Principe superiorẽ recognoscente Feli.in c.quæ in Ecclesiarũ n.32.de cõst. Dec.n.24.vers.4. Rauẽ. sing.841.Thob.cons.55.n.11.Eug.conf. 50. n. 24.

2.Quando publica vtilitas secundario nõ principaliter versatur Ias.conf.233.in fine lib.2.Crau. conf. 412.n.13.Meno.conf.156.n.48.Rim.Iun.conf.18. n.118.199.n. 146.& seq.Thob.cõs.55.n.13.& seq. vbi etiã citari debere interesse habentẽ nec in dubio præsumi velle ius suũ cuiquã auferre.de cõi.Bero.conf.76.n.31.lib1. & n. seq. vbi de Imperatore vniuersale & particulare dominium in castro habente illud ob pacis bonum auferẽte de magis cõi. Viui. cõi. opi. verbo Princeps de plenitudine. & quod causa publicam vtilitatem principaliter respicere debeat si dominiũ esset iure gentiũ acquisitum; licet si iure ciuili, sat esset priuatam vtilitatem concernere Becci.conf.3.n.50. & seq. Peregr. de iur.fisc.lib.5.tit.2.n.49.Crau. conf.5. n. 4. Surd. conf.203.n.22. Imo. sufficere rationem naturalem Principem ad sic agendũ mouentẽ Bossi.de Princ. n.188.Pereg.sup.lib.1.tit.3.n.69. & secundariam non sufficere Torniol.conf.105.n.42.

Intellige si auferatur ius quæsitũ de iure gentiũ,secus si ciuili, hoc enim casu vel causa opus non est Natt. conf.471.n.4.Meno.cõs. 104.n.46.vel priuata sufficit Bello.conf.2.n.10.Becci.conf.3.n. 54. Medic. dec.41.n.21.loquẽs de restitutione banniti. & dec. 42. vbi bannitum esse incapacem successionis ex testamento faƈto secundum statuta loci & ab intestato, licet toleretur sine requi sitis vel simpliciter restituatur si impunè possit offẽdi licet succedat in bonis extra territorium sitis ex Decia.conf.86. nu. 31.& seq.lib.4. Burs.conf. 54. Fari. Q. 102. n. 96. Surd.conf.270.n.18.& seq.& Principem posse mãdare vt res iudicata reuideatur etiam sine eius derogatione Meno.de arb.cas.52. n. 4. & 54. Crau. conf.408 n 25.Burs.conf.305.n.8.Milan.dec. 2.n. 40.lib.1.Gall.de excep.succes.3.n. 103. & seq. non posse ius suum tertio auferre ex communiori si radicatum sit sine causa, secus si spe tantum competeret. Rot.dec.368. n. 16.par. 1.diuers.posse tamen Papam priuare beneficiatum ex certa scientia non citata parte Put.dec.116.lib.3.Gall.supra n. 146. & tit.4.excep.1.n.30.& seq.vbi si bannitus offendi non possit non priuari successione etiam delata à statuto; si possit offendi priuari a statuto non à iure cõi.delata etiam in territorio statuti nisi à Papa vel Imperatore banniti sint,quia iura cõia pendũt si vberrimen lesæ maiestatis Diuinæ vel humanæ cõdemnati sint,condẽnatus tamen ad mortem generis à iure vetiti licet eã mereatur nõ perdit successionem, nec si sententia notorie sit iniusta, vel quę cõfirmatione egeret ea nõ faƈta,nec si decedẽs appellauerit,nec si contumax ex statuto pro cõfesso habeatur per tot & tit. 3.exc.x.vbi etiã de. cõdemnato ob sodomiã, ad perpetuo remigandũ clericis exceptis,vel ad mortem naturalẽ vt non succedat, & in terris Ecclesię omnes banniti.succedit tamen substitutus si in gratiam redierit vel institutus cum capere poterit & interim administrationem

petet

petet, & vbi condemnatus ad mortem vel deportatus succedere nequeunt admitti ab intestato venientes ex cõiori post Cla. §. testamentum, Q.22.

3. Recompensatione congrua non data, quam Princeps alteri suum auferens dare tenetur. de communi Bero.in d.cap.quæ in Ecclesiarum n.166.& cõs. 177.nu. 63. lib. 2. vbi cõem de Episcopo non priuando Episcopatu Ias.supr.Burs.cons.200.nu.15.de cõi.Vasq.cootr.ill.lib.1.c.5.n.16.& Eug.cons.50. n.29.Marta.dec.1.n.16.& decis. 166. Pisa.& de aqua nata in sũdo priuati.174.Pereg.de iur.fisc. li. 1.c.2.n.67.Zuccard.cons.71.n.75.de cõi Rot. Auenio.dec.127.Meno.cons.156.n.49.Rol.cons.69. n.15.lib.2.idẽ n.seq. in causis feudalibus dicens, nisi ex causa legis generalis auferretur nu.44. & cons.71.lib.3.Natta.cons.11.n.5.intelligens si suo priuato non ab auferente concessum tollatur. 122. n.16.160.n.40.& seq. vbi si iure gentium, vel naturali competeret, secus si ciuili puta sententia, vel præscriptione 435.n.31.& latè.554.quod congrua compensatio de publico danda sit ab his qui commodum sentiunt pro rata loquens etiam de oppido alieni belli tempore munito Crau. cons. 276. n. 7.412.num. 12. 707.nu.12. 933 nu.7. Ceph.cons. 342. nu. 102.de communi Burla. cons. 54. nu 22. qui tamen nu. 27. ex magis communi inquit, sine causa ius suum tertio auferri non posse Meno.cons. 103. nu.29.250.n.98.264.n.35.721.nu.27.1156. n.40.Rim.Iun.cons.45.nu.88.199.n.169.ex communi. 601.ad fi. secus probans in præiudicio modico vel in consequentiá Rom. sing. 718. vbi quãdo aliena domus ob vtilitatem publicam destruetur. Rauen. sing. 841. Franc. Marc. decis. 336. par. 1. Meno.cons. 1206.nu.26.1283.n. 10. Moli. de primog. lib. 2. cap. 7.nu.28.ex communi. lib. 3. cap.2.nu.14. lib.4.cap. 3.n. 6. nisi pro maioratus, vel fideicommissi necessitate, vel vtilitate alienaretur, quia tunc non daretur cambium Rodolphin. de suprema seu absol.Princip.pot.cap.6.n.160. & seq.Surd. cons. 203.n. 17.Bero.cons.146.n.44. lib. 3. Ond. cons.86.n.6.lib.1. de communi Peregr. de fideico, art.52. num.128.& de iur. fisc.lib.5. tit. 2.num.49.Cabedo.dec. Lusit.18. num. 13. par. 2. Rodolphi. supra n. 162.& 164. vbi etiam quando Princeps facit fossata, vel viam per agrum alienum ex Ias. in l. Barbarius.nu. 38. de Offi. præto. & Feli.in d.cap.quæ in Ecclesiarum n. 28. Intrigl. de Feud.cent.2.art.1.nu.376.Bero.cons.76.nu. 77. lib.1.60.num.26.lib.3. Peregr. cons. 16.n.1.lib.1. Gutier. in l. nemo potest.n.73. de leg. primo etiam si causa ablationis iustissima foret ex communi nu. 74.Scarez. alleg. 10. non dari autem si iusta causa per viã legis reuocetur.Rot.dec.457.n. 15. par. 1. diuerso. vel si potestatis plenitudine vteretur Gail.d.obs.56.lib. 2. vbi etiam quando id præsumatur Surd.cons.210.n.64.& Crau.cons.135.n.41. & seq. vbi etiam quando causa præsumatur & assertioni Principis standum sit Meno. cons. 701. nu. 88.Moli.de primog.lib.3.cap.2.nu. 14. Alex. cons. 190.n.17.lib.2. Dec.in d.cap.quæ in Ecclesiarum. n.93 Goz.cons.5.n.21.Bossi.de Princ.nu. 201. Pereg.d.tit.2.n.52.intellige de lege generali non particulari Surd.cons.313.n.100.Meno.cons. 103. n. 28.& si auferat per viam legis & de potestatis plenitudine teneri dare recompensam Marta.dec.Pis. 37.n.82.Surd.de alim tit.8.priu.77.n.13. exceptis casibus per Meno.cõs.701.n.87 Mona.dec.Bono. 38. n. 17.nec reuocat priuilegium onerosum nec remuneratorium Gorz.reg.8.canc.glo. 28. n. 22.

4. Causæ cognitionæ non adhibita, hęc enim requiritur vbi alteri ius à Principe aufertur Meno. cons. 1.n.396.Surd.supra n.27.Rodolphi.sup. n. 161. & Gall.de excep.succes.3.n.166.

5. Quando causa ablationis dominij cessaret, res sua priori domino restitui deberet Rui.cons.3.nu. 13. lib.1.37.n.7. lib. 4. Mars. de banni. verf. cessante bãno n.35.Gab.de iur.quæsi.nõ tol. concl. 4. Affl. dec.361.n.29.30.Gutier.in l.nemo potest. n.72.de leg.1.Rodolti.supra.n.163.dixi.latius in effect. pactorum.cap.1.

Cessante autem prohibitione deducẽdi dotes ex fideicommisso, si filia non deduxerit possunt deducere eius hæredes Bal.in d.auth.res quæ.n.11.Cast.n.8. Ias.n.32.amp.8 & in restituenda etiam Cast. cons. 15.in fi.lib 1.Crot.in d.§.diui.n 171.Rol.cons. 85. n.33.lib.1.Crau.cons.291.in fi.Meno. cons. 33. n. 44.Fusar Q 532.n.18.de magis cõi.Odd.de fideic. ex prohi.alie.Q 40.n.161.& seq. vbi distinguit. licet quoad cessionarium sequatur Meno.infra citãdum etiam extraneos Crot.supr. Meno.sup. Rol.sup. & vxore mortua Fusar. Q 532.n.18. & in cessionario Cast.cons.15.lib. 1.Saul.d.par.2.n. 133.

Contrarium tenet Cur. Iun.in d.auth.res quæ nu. 22. Padil.n.71.Petra de fideicom. Q.8.nu. 447. & seq. Meno.lib.4.pr.es.189.nu. 154. vbi etiam nec cedi posse nisi in vtilitatem mulieris vbi de non nupta Peregr.de fideic.art.42 n.41.& seq.vbi in filios per filiam transmitti sed in alios secus & re vera Bal. supra quem cœteri sequuntur loquitur de dote filię (non nurus) cui vti legitima debetur, ita enim loquitur d.auth.res quæ Cast.n.8.Cor.n.6.Ias. n. 32. amp.8.& Rui.cons. 159. nu. 7. lib. 2. & Pereg. & Odd. supra & intelligũt siue dos filiæ sit constituta siue non sed cõstitui debeat sed idem in dote nurus probãt citati in prima opinione Surd.d.q.2.n. 110.

328. Lim non admitti positiones à procuratore factas nisi habeat mandatum ad asserẽdum esse veras & quidem speciosissimum, & indiuiduũ ad ponendum materias in actis specificatas, & de earũ veritate iurandum, nec sufficit speciale mandatum sed specialissimum requiritur ad sic ponendum, nã ponens fatetur, sed intellige parte opponente; & idẽ dicitur de procuratore ad positionibus respondendum constituto c.præsentium.de testi.in 6.glo. in l.1.verbo.soluere in fi.C. de confes. Neuiz. cons. 7.n.12.13.Rot.dec 217.par.2.recentis.

329. Lim. iuramentũ non vestire nudã alienationis prohibitionẽ à testatore factã Ripa. in l.filiusfam. §.diui.n.21.deleg.1.Odd.de prohib.alie. Q. 2. nu. 165.& seq.

330. Lim. iuramentũ non supplere causæ, & necessitatis defectũ Doc. cõiter. in c. breui. de iur. iur. de cõi.Odd.de prohib.alien.Q 32.n.160.Fusar. [illegible] fideic.Q.535.n.27.vbi tamen ex Turret. cons. 48. n.22.lib.1.alienatione in contractu prohibita ex causa necessitatis etiam vetari.

331. Lim. vt mandatum transigendi non extendatur ad donandum iuramento non obstante quia consensus deficit Rot. dec. 367. par. 2. recentis. vbi etiã absolutione opus non esse.

332. Lim. non operare iuramentum vt legitimæ renunciatum censeatur ex generali cessione vel renũciatione de magis cõi Rot. dec. 420. n. 5. par. 2. recentis, vide tract. legitimæ. tit. 17. n. 55. quæ etiam ascendentium est tertia totius Viui. dec. 405. n. 19. 20. & cum Trebellianica deducunt n. 16. ex cõi & quamuis eam mater ex pupillari non deducat, secus est ex fideicommissari, quæ coniecturis deducitur & si directo validare non possit, & idem de alijs ascendentibus probat; sed matri ac filijs exclusis ab intestato non deberi ex communiori Dec. cons. 299. n. 5. Rol. e cons. 62. n. 52. lib. 3. Maiza. cons. 29. n. 9. 30. n. 24. Ceph. cons. 5. n. 26. & 42. Goz. cons. 43. n. 21. Soarez. comm. opi. lit. L. n. 89. Surd. cons. 45. Assis. dec. Perus. 21. n. 41. Seraph. dec. 963. Decia. cons. 103. n. 21. lib ... Pereg. dec. 82. vbi tamẽ limitat si a patre testamento cognita sit, sed non sat esse dotem relictam, & dubium esse an possit supplementum petere nisi verba sint ad literam intelligenda, sed si iure legati relictum sit ita iubente statuto nec legitimam nec trebelianicam petere posse, quia institutionis titulum exigit & dec. 91. n. 20. dotem maternam & filiæ secundum tempus mortis testatoris & duas quartas deduci posse per fideicõmissũ conditionale grauatum. dec. 99. n. 4. de toto patrimonio vt ęs alienum deduci legitimam & postea legata solui ex communi maxime & specie legata non deducitur si alia bona sufficiant n. 5. & n. 20. ex communi ait fideicommissarium vniuersalẽ sine inuentario teneri vltra vires hæreditatis legata præstare. dec. 110. & 113. exclusæ à successione non deberi ex communi nec huius præteritione testamentum rumpi licet alias præteritione etiam neptis ex filijs nullum sit, & quando ex clausula codicillari sustineatur Cras. §. testamentum Q. 50. & seq. Fusar. Q. 569. & 570. Pereg. d. dec. 113. in fi. vbi exclusas statuto testamento institutas & fideicommisso vniuersali grauatas legitimam non deducere & dec. 138. n. 29. Nec ascendentibus debetur iure naturæ Alex. cons 3. n. 8. lib. 2. Thob. cons. 18. n. 19. Goz. cons. 45. n. 25. Seraph. dec. 1365. n. 5. Marta. dec. 23. nu. 8. Data filijs a patre simpliciter imputantur in legitimam Surd. de alim. tit. 6. Q. 6. n. 25. & seq. vbi etiam de libris datis studenti & tit. 9. Q. 34. alimenta data filio in vita non imputãtur sed legata imputari nisi vtrumq; relictum sit, idest alimenta & legitima vel nisi testator iusserit non imputari, vel nisi legatum repudiasset. Data autem filio vt sacros ordines suscipiat non imputantur Ceual. Q. 682. Gall de excep. suc. tit. 4. exc. 4. n. 27. & exc. 22. n. 30. & seq. filium fideicommisso grauatũ siue pure, in diem, vel sub conditione duas quartas deducere legitimam scilicet ac Trebellianicã etiam si legitima semis sit ex cõmuniori per Marza. Q. 15. n. 211. Thes. dec. 252. & Trebelliacã vltra dictum semisse pro legitima esse vnicam cũ dimidia & ascendentes etiam has duas quartas deducere si sub conditione grauati sint Ang. in l. si à milite de test. a. mil. Coua. in. c. Rainutius. §. 11. n. 6. de testã de cõi. Coras. in l. filium quẽ n. 44. C. famil. ercisc. de ueriori. Bereng. in l in quartã. nu. 333. ad l. Falc. & Gall d exc. 22. n. 30. & seq. vbi etiam ex cõi probat ascendentibus legitimam deberi, si filij seu liberi sine descendentibus moriantur, quæ licet aucta sit non tamen excedit tertiam. Coua. lib. 4. decret. par. 2. c. 8. §. 4. num. 20. de cõiori Vasq. de suc. creat. §. 20. n. 28. & Gall. supra. n. 36. Extranei autẽ grauati solam Trebellianicam detrahũt etiam ex testamento militis ex cõi. n. 37. 38. & Mant. de vlt. vol. lib. 6. tit. 1. n. 36. 37. Ceual. Q. 27. n. 6. 7. & Gall. de exce. suc. tit. 4. exc. 28. nu. 1. & seq. extraneo grauato solam Trebellianicam deberi quæ est quarta hæreditatis ex cõi & naturaliter etiã per fiscum & in testamento militis ex communiori & Ceual. Q. 27. subdentes ex communi pari passu Trebellianicã & Falcidiã procedere etiam si materia exorbitãs, & odiosa foret secus in correctoria pœnali; descendentes autem grauati legitimam & Trebellianicã detrahunt prout & ascendentes etiam si legitima semis sit ex cõiori Ceual. Q. 74. Thes. dec. 252. Cras. §. Trebellianica Q. 4. & Gall. supra. n. 15. & seq. subdentes quod si sint sex filij; quisq; habebit vnicam pro legitima & sesqui vnicam pro Trebellianica; in sex tamen casibus nec legitima nec Trebellianica debetur. primo si statuto sublata sint Ceual. Q. 112. Gall. supra n. 22. de quo dixi in tract. legitimæ & n. 23. ex cõi iure naturę deberi ait pro vt Trebellianica, quæ an omisso inuẽtario amittatur est hinc inde cõiore, nõ amitti tenẽt Cras. in §. Trebellianica Q. 22. Ceual. Q. 26. quia materia est correctoria sed tenendo amitti procedere etiam facto inuentario nulliter Gall. sup. n. 27. secunda Trebellianica non deducitur si non hæredi sed eius successoribus onus restituendi iniunctũ sit n. 38. & Durant. tit. 5. caut. 34. tertio sicũ grauatus non deduxit eius, hęres non deducet Durant. de subst. c. 28. ex cõi & Gall. sup. n. 39. quar. si grauatus fuerit institutus gratia alterius fideicõmissarij n. 40. & Durant. tit. 7. caut. 4. quin. si grauatus coactè adierit. l. quia poterat. & l. nõ ꝙ §. qui cõpulsus ad Treb. Gall. sup. n. 41. sexta si grauat⁹ Trebellianicę renũciarit Gall. sup. n. 42. sept. si non vt hęres grauatus sit, sed vt alius cõmodũ sentiens l. mulier. §. vt Trebelliano. ad Trebel. Gall. sup. n. 44. de restituendis pię causæ non detrahitur immediate vel mediate pure, in diẽ aut post mortẽ hærede restituere grauato, secus si sub cõditione, si sine liberis decesserit ex cõiori; nec detrahi etiã grauatis pię causę restituere filijs primi grad⁹, vel creditore testatoris dato recõpensatiuè si hęreditas cum credito ęqualis sit n. seq. nec de fideicõmisso in contractu constituto de cõi. n. 50. nec de institutione in re certa, nec de fideicõmisso pure relicto n. 53. & 54. ex cõi. nec Falcidia cũ legitima deducitur in pure relictis licet sec⁹ sit in cõditionalib⁹ ex cõi. n. 56. & seq. & Surd. dec. 251. n. 4. nec Trebellianica detrahitur si prohibita sit etiã filijs primi gradus ex cõiori & iudicando seruata Gall. sup. nu. 61. & seq. (vide tamen meũ tract. de Trebellianica) & exc. 29. n. 75. statutũ ex causa in totũ legitimam tollere posse ex Cras. in §. legitima. Q. 92. & Ceual. Q. 112. & Trebellianicam filijs primi gradus non posse vetari Pereg. dec. 2. n. 12. & dec. 92. donationem

nem ob nuptias filio in legitimam imputari nō, tamen nepotibus donatā nec dotem nepti legatam. 104. nec donationem validam vt iuratā inter patrem & filium, & de facta a matre filio vt matrimonium contrahat n. 2. & seq. & dec. 240. nu. 8. à patruo, vel auo nepti datam in legitimā imputari & donatā filio ad sacros ordines conferri, & imputari ex veriori Garzia. de benef. part. 2. cap. 2. n. 159.

Legitimam etiam petere non institutus repudiato residuo hęreditatis, quia in totum debet adiri non pro parte repudiari l. 1. de acq. hęred. Ceual. Q. 711. Gall supra exc. 2. tit. 2 par. 3 n. 65. intelligentes nisi cohęres adesset. Pereg. dec. 70. n. 6.

Legitima pro augenda non computari filias statuto exclusas dote reseruata Pereg. dec. 2. n. 13 quæ dos non ascendit ad legitimam si a patre data sit nec tempus mortis patris inspici licet, secus sit si à coniunctis detur. dec. 3.

Statuto legitima filiabus tolli potest si dos reseruetur & victus, quia hoc casu iure ciuili debetur non naturali de communi Soc. Iun. consl. 62. n. 9. & seq. lib. 3. & Peregr. dec. 7. n. 3. & seq. vbi etiam vt a legitima censeatur exclusa, sat esse successione exclusam dixi paulo supra.

Legitimatus rescripto vtramque quartam deducit non obstāte alienationis prohibitione etiam si pia causa sit substituta in casu incerto puta si sine liberis adhuc enim Trebellianicam deducet, licet eam non deducat purè, & immediatè grauatus, vel mediante laico Pereg. decis. 35. sed dec. 82. n. 6. si cum facultate capiendi quod pater ei reliquerit legitimatus sit, non potest agere ad supplementum legitimæ, sed retinere quartas potest, & de eis excipere.

Hipothecariam pro legitima non dari, sed condictionem ex lege nec pro supplemento, & si hæreditas sit soluendo contra hæredem insolidum agetur; alias reuocatoria pro rata contra legatarios vel possessores bonorum Peregr. dec. 37. & 95. n. 6. vbi idem de dote.

Alienatorum titulo oneroso sine fraude non debetur Bombi. consl. 54. n. 58. Cla. in §. donatio. Q. 24. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 8. n. 129. Crau. consl. 291. n. 1.

Legitimā, & Trebellianicam detrahit filius ex fideicommisso extraneo relicto à matre quæ ex statuto filijs dodrantem reseruare tenetur de quo non potest plus vni filiorum relinquere. Pereg. decis. 68. & dec. 79. non posse filios repudiare hæreditatem matris recepta sola legitima cum tres quartas iure hęreditario matris ex statuto habeant siue ex testamento vel ab intestato delata sit, & 110. in fi. eas ad hæredes transmittere si tamen hæres effectu agnouerit decis. 151. versic. secundùm transmitti etiam supplementum de communiori Gall. obser. 120. n. 13. lib. 2. si id petat Meno. consl. 77. n. 24. Mona. dec. Luc. 50. n. 10.

Legitima ascendentibus iure positiuo non naturali debita fructus imputant ex cōmuniori Pereg. dec. 84. vbi idem in Trebellianica Monac. dec. Luc. 65. n. 5. vbi etiam non deberi exclusis à successione per legem ex communiori præsertim ascendentibus, & Mona. decis. Flo. 50. n. 3. & seq. ex communiori exclusæ non deberi, & non reintegrari simpliciter exclusam sed temporaliter; sed in contractu masculis eas excludentibus mortuis admitti. Peregr. de fideic. art. 29. n. 18. Surd. decis. 95. n. 26. Rim. Iun. consl. 288. n. 5. Bursconsl. 80. n. 8. & seq. & fœmina succedens in totum succedit licet secus sit si reintegretur. Mona. dec. 55. Falcidia quę de legatis particularibus seu fideicommissis detrahitur de communi Manti. lib. 7. tit. 11. & Gall. de exce. succ. tit. 4. exc. 29. etiam pœnalibus si pœna non à iudice sed a testatore legata sit ob dilatam vel recusatam solutionem num. 9. ex communi, & Capr. reg. 110. & ex donatione causa mortis, eaue quæ debet testamento, vel codicillis confirmari Manti. lib. 9. tit. 13. n. 2. Gall. supra, & ex vsucapione causa mortis distinguendo vt per Cras. § Falcidia Q. 8 & ex legatis vniuersitatis puta peculij vel materna hæreditatis non ex legatis vniuersalibus hæreditatis Cras. supra Q. 3. n. 4. Gall supra. n. 12. & seq. etiam si testator legatum totum, vel integrum præstari iusserit, ac sine diminutione, hoc enim casu eam hęres detrahit ex alijs legatis Bar. in l qui quadringenta in fi. princ. ad leg Fal. Gall. supra n. 15. fideicommissarius etiam vniuersalis si hæres eam non detraxit in fideicommissarij gratiam vt in dubio præsumitur eam detrahit, etiam si hæres non detraxit, quia coactus adiuit, non tamen fideicommissarius eam detrahet ex legatis à se relictis Cras. de Falc. Q. 1. Gall. supra. n. 16. & seq. non tamen eam detrahet hæres omisso inuententario, etiam si rem vnā dolosè omiserit in inuentario ponere de communi Ceual. Q. 26. Gall. supra n. 19. & seq. 2. nec si legitimam detrahat hęres nisi sub conditione grauatus de communi Surd. dec. 251. Gall supra n. 22. 23. 3. nec hæres in certa institutus alio vniuersali hærede adeunte Cras. d. §. 1. n. 6. Manti. lib. 9. tit. 13. n. 10. Gall. supra n. 24. ex communi. 4. nec si hęres Falcidiæ renunciauerit Manti. supra n. 6. Gall. supra n. 25. 5. nec si ob delictum eam amiserit puta si cancellarit testamentum, vel hæreditariam rem negasset ac de mendacio conuictus esset glo. in c. Rainaldus. de testa. Gall. supra n. 26. 6. nec si testamentum approbasset, & sciens vires hæreditarias legata integra soluisset Surd. decis. 246. Gall. supra n. 27. 28. secus si errasset, & Surd. dec. 237. 7. nec si hęres coactus adierit n. 30. 8. nec si hæres intra annum legata integrè satisfecerit à die monitionis per iudicem factæ n. 31. Rol consl. 70. n. 61. & seq. lib. 3. 9. nec de pio legato etiam mediatè Tiraq. de priuil. piæ caus. 26. 27. Ceual. Q. 27. Gall. supra n. 34 & seq. vbi limitat: primo si Ecclesia hęres instituta sit ex Ceual. Q. 155. Pereg. art. 28. n. 85. 2. si testator de pijs etiam legatis detrahi iusserit de communi Gall. supra n. 38. & seq. 3. vbi legata patrimonij vires excederent, tunc enim non pia reduci debent ad mensuram patrimonij testatoris, de in grauatus de non pijs tātum Falcidiam detrahet Tiraq. d. priuil. 26. Vasq. de suc. progres. lib. 3. §. 26. Gall. supra n. 45. prius autē deducitur quod minus est in hęreditate & super eo quod adest calculatur. §. fi. Inst. de leg. Falc.

Nec detrahitur ex legato pro legitima facto de communi Vasq. d. §. 26. n. 3. & Gall. supra n. 46. l. sei-

l. scimus, C. de inof. test. vbi Doc.

Nec ex legato dotis filiæ l. cum dotem ad l. falc. nisi ex commodo repræsentationis, quia non statim soluenda sit, sed annua, bima, trina die de communi Bal. Nou. de dot. par. 8. priuil. 11. Gall. supra n. 49. vbi tamen verius esse ex commodo repræsentationis non deduci ex Costa in c. si pater. verbo. legauit n. 31. de testa. in 6.

Nec ex legato facto pro pauperibus virginibus maritandis de communi Boer. dec. 44. n. 2. & Gall. supra n. 51. secus si diuitibus.

Nec de legato dotis vxori restituendæ statim Cras. in §. falcidia Q. 7. sed idem si ex interuallo Costa in c. si pater verbo. legauit n. 31, de testa. in 6. Gall. supra n. 52.

Nec ex legato facto pro debito bonorum subsidio Capr. reg. 110. n. 7. Gall. de exc. 29. n. 53. d. l. scimus antea.

Nec ex legato facto pro redemptione captiuorum de communi Capr. supra n. 4. & Gall. supra n. 54.

Nec ex legato facto in donatione inter viuos Manti. lib. 8. tit. 1. n. 35. Gall. supra n. 55.

Nec ex legato instrumenti non recipientis commodam diuisionem Capr. d. reg. 110 Gall. supra n. 57.

Nec si à testatore prohibita sit ex communiori Manti. lib. 4. tit. 10. n. 28. & Gall. supra n. 58. Franc. dec. 11. siue expressè, siue tacitè si ex verbis vel coniecturis necessariò inferatur Mant. lib. 7. tit. 12. n. 10. Gall. supra n. 65. & seq. vbi etiam si alienatio legatarijs prohibita sit Mant. supra n. 19. Rot. dec. 313. par. 2. diuers. si tamen prohibita sit vt legatum perpetuò in successorem transeat Gall. supra n. 68. quæ etiam filijs primi gradus prohiberi potest ex communiori contra communiorem n. 70. & Viu. dec. 3. Rot. dec. 693. par. 1, 313. par. 2. diuers. Franc. dec. 11. n. 10. & in codicillis etiam prohiberi posse Gall. supra n. 73. sed si respectu vnius legati detrahi non possit ex alijs integra detrahetur Bar. in l. quadringenta ad leg. fal. Cast. n. 3. Rui. cons. 146. n. 5. lib. 3. Gall. supra n. 74.

Nec si statuto prohibita sit Gall. supra n. 75.

Nec nisi pro rata à quolibet legatario prout & legitima Cast. cons. 204. lib. 2. vbi distinguit Peregr. dec. 37. n. 19. æs alienum verò tã pia quã prophana legata extenuat dec. 85. & quæ de legatis pijs detrahi non potest, non detrahitur ex prophanis, sed hæredes onerantur, nisi aliquod legatum integrè testator solui debere cauisset, hoc enim casu alia legata prophana grauantur non hæres Alex. in l. ex esse n. 3. ad leg. fal. Pereg. dec. 85. n. 4. at si vni duo legata facta sint vnum de falcabile aliud non; defalcabile minuetur pro vtroque, si vero plures sint legatarij ex rebus indiuiduis in vna quarum legitima, & Falcidia deduci possit legatarij prius nominati præferentur ex communi, licet in diuiduis secus accidat.

3277 14. Consanguineorum minoris interuentus sine decreto & causæ cognitione contractum validum reddit Gratia. decis. 237. nu. 15. vbi tamen subdit causę cognitionem ex clausula omni meliori modo non suppleri si constet non interuenisse de quo dixi supra & decis. 130. n. 8. & seq. causas interuenisse consanguineorum interuentu probari, non tamen tollere l. 2. C. de rescind. vend. remedium. n. 22.

15. In inuentario tutoris non est opus decreto Simon. de decret. tit. 6. nu. 63. & seq. Gratia. discep. 767. n. 22.

16. Mandatum minoris ad lites sine decreto & solemnitatibus valeat Angeens. 317. in fine versic. item

item non posset Euer. loco argum. à contract. quasi contract. in fi. Put. decis. 161. nu. 2. & 3. lib. 1. Gratia. discep. 738. n. 37.

17. Licentia concessa quod Vniuersitas congregetur obtinet vim decreti Capic. dec. 4. n. 9. Tusc. verbo. Vniuersitas. concl. 259. n. 3. Ramon. cons. 87. n. 35.

18. Temporis antiquitate præsumitur decretum Surd. decis. 231. n. 19. Ramon. supra n. 39.

19. In alienatione quę ob negligentiam à iure inducitur vt in præscriptione decreto opus non est Bertaz. claus. 10. glo. 2. n. 15. vers. 3.

20. Patre alienante bona aduentitia filij minoris in casu à iure permisso decretum non requiri de communi Bertaz. supra vers. 4.

21. Spes fideicommissi rei immobilis sub conditione minori relicti remitti potest sine decreto l. de fideicommisso. in fi. vbi Bal. C. de transact. l. si pater puellæ C. de inof. testa. Ias. in l. 2. n. 7. de offi. cius. Bertaz supra.

22. Litigante tutore vel curatore in iudicio possunt immobilia minoris sine decreto obligare l. si. § defensionem vbi Bar. & alij C. de admi. tuto. Ias. in d. l. 2. n. 7. in fi Bertaz. supra.

23. Consuetudine extante vt sine decreto immobilia minorum alienari possint decretum non exigitur Bal. in cap. 1. per illum tex tit. per quos fiat inuest. n. 1. Ias. in d. l. 2. n. 8. lim. 4. Bertaz. supra.

24. Si ob benemerita fiat alienatio decreto opus non est Ias. supra n. 9. Bertaz. supra.

25. Sterili fundo existente ita vt nullam afferat vtilitatem sed expensam, & incommodum, in alienatione decreto opus non est, licet exigatur si nullam afferat vtilitatem Ias. supra n. 10.

Contrarium tenet Afft. dec. 87. & Bertaz. supra n. 15. vers. quinto. de communi Natt. cons. 631. n. 35.

26. Dotis receptione licet minor expresse sine decreto nequeat bona obligare; tacitè tamen obligatur ex dote per ipsum recepta Bal in l. fi. C. de legit. tut. Neguz. de pigno. 2. par. 4. memb. n. 78. de communi Bertaz. supra. n. 15. vers. minor.

27. Si copiam iudicis mulier habere non possit, sine decreto contrahere potest dummodo protestetur nisi iudex breui rediturus esset tunc enim expectari deberet nisi periculum esset in mora Lambert, de contr. mul. glo. 14. n. 57. & seq.

Iudex domicilij minoris vel furiosi decretum interponit in alienatione bonorum minoris vel furiosi, etiã alibi existentium ratione iurisdictionis quã habet in persona minoris, & furiosi Bar. in l. legitimos. in princ. de legit. tuto. Ias. in l. cunctos populos. in 2. lect. in fine C. de sum. Trin. & fide Cathol. Gomez. de contract. cap. 14. n. 17. Tiraq. de retr. lig. § 36. glo. 3. n. 24. de magis communi testantur Simon. de decret. tit. 1. n. 69. & Gratia. discep. 861. n. 18. Pic. ad stat. Vrb. lib. 1. cap. 151. glo. 21. vbi ex communi tam domicilij quam rei sitæ posse interponere ex Simon. supra, & Bertaz claus. 10. glo. 6.

Et in camera interponi potest, & in domo contrahentium Bal. in l. generaliter. § in omnibus C. de reb. cred. Castr. in l. ius pluribus. n. 8. de iust. & iur. Bertaz. claus. 10. glo. 7. Boccat. ad const. March. glo. 4. n. 35. Carpa. c. 324. n. 129. Pic. supra n. 5. Bertaz. claus. 10. glo. 7. in his quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, sed vbi decretum tribuit ius debet à iudice interponi vti pro tribunali sedente. glo. 8. in loco quem iudex elegit glo. 9. & idem si causæ cognitio exigatur Lamb. de contract. mul. glo. 14. n. 25.

Et die etiam in honorem Dei feriata l. actus. C. de fœr. vbi Bar. Castr. n. 2. Sali. n. 5. Surd. cons. 87. in fi.

Contrarium tenet Spec. de ferijs. § 2. in fi. Bal. & Albe. in d. l. actus Maran. part 6. actu. 10. nu 42. Bocca. supra n. 15. Rol. cons. 7 n. 23. lib. 3. Carpa. supra n. 131. de communi Lanfr. Balb. dec. 353. Rot. decis. 957. par. 3. lib. 3. Ceual. Q. 366. n. 3. Bertaz. claus. 1. glo. 5. n. 39. 40. ex communiori, & Pic. supra n. 7. ita in curia seruari inquit, & consuetudo loci seruanda est vt per eum vide supra n. 3258.

Eodem tempore quo fit alienatio præuia summaria cognitione interponi solet decretum Albe. in d. l. actus. Cast. in fi. Bertaz. claus. 10. glo. 2. n. 12. Bursa. cons. 283. n. 10. Achil. dec. 3. n. 3. de præsump. 155. n. 2. par. 1. diuers. & in Roma. de Gherardis. 16. Februarij 1601. coram Card. Seraphino, & in Romana societatis offic. 13. Februarij. 1606. corã Litta. Pic. supra n. 12. 13. vbi etiam in quacumque parte instrumenti interponi posse dummodo ad omnia referatur.

Cum clausula si de iure debeo à iudice interponi potest Bal in l. 1. n. 47. C. qui admit. Campeg. de dot. par. 5. Q. 85. Bertaz. supra glo. 11.

Duplex decretum si exigatur alterum de iure communi ob alienationem immobilium, & aliud ex statuto ob defectum propinqui vtriusque mentio facienda est Bertaz. supra glo. 12.

A iudice etiam interponi potest cui non subsunt contrahentes, & bona Lamb. supra n. 27.

Extra territorium à iudice interponi potest muliere loci iudicis contrahente Lamb. supra n. 29. & seq. licet ex communi non posset comes non subditum extra territorium legitimare.

3278 10. Subamp. vt decretum non tollat in integrũ restitutionem glo. fin. in l. eos. C. de his qui venia. ætat. impetra & in l. ait prætor. § permittitur. vbi omnes de minor. Gozad. cons. 44. n. 12. Paris. cons. 89. n. 60. lib. 1. Gomez. de emp. & vendit. cap. 2. de contract. n. 22. versic item adde, & cap. 14. de restitution. minor n. 4. Maurit. de restit. in integ. cap. 225 de communi Odd. de restitut in integ. Q. 22. art. 9. per l. si quidem. C. de præd. minor. l. 2. C. si aduers. donat. l. 2. C. de fideiuss. minor. de communi etiam, & vera Simonc. de decret. tit. 7. n. 3. vbi contraria reijcit, & de communi omnium si læsio probetur Odd. cons. 40. n. 35.

3279 1. Amp. etiam si in alienatione per minorem vel Ecclesiam facta solemnitates omnes requisitæ interuenerint, adhuc enim ob læsionem in integrum restituentur Albe. in l. magis puto. § pupillus. n. 8. de reb. cor. Odd. supra n. 55. & 56 d. Q. 22.

3280 1. Lim. to. subamp. non procedere nisi læsio concludentissimè probetur quia ex decreto nõ præsumitur. Grat. cons. 15. lib. 2. Simoncel. supra n. 4. versic. bene verum.

3281 2. Lim. non procedere prætio per iudicem taxato, tunc enim cessat restitutio, & tutor viliori pretio vendens excusatur nisi publica vicinæ fama extaret

extaret vel notorium de præcij iniustitia glo. & Bar. in d.§.permittitur. l.fin. vbi glo. & Bar. & Bal. in 6. not C.de magistr. conuen.Simonc.sup.n.5.& 6.Odd. supra n.58. 59.

3282 3.Lim. non procedere quando iuramentum adbibitum fuisset quod restitutionem in integrum cessare facit Doc. in authent.sacramenta puberum. C. si aduers.vend. Simonc.supra nu. 8. vide supra amp. 22. opinionis contrariæ primæ subampliationi ad auth. sacramenta puberum C. si aduers. vend.

3283 4.Lim.non procedere in datione libertatis contra quam minori non dabitur restitutio si iudicis decretum interuenerit l.pen.C.si aduers.libert. Simonc. supra n.9.Odd.sup.n.57.

3284 5. Lim. non procedere quando super ætate decretum fuisse interpositum, tunc enim non restituetur minor l.minor adito §. finali. de minor. vbi Bar.'5. & alij omnes. Simonc.sup.n.10.Odd.sup. n.63.

3285 1. Sublim. 5. limitationem non procedere si minor vellet plene & clarè probare se fuisset minorem quamuis per aspectum maior pronūciatus fuisset Alberi.in d.l. minor.adito in fine Ndd.sup.n. 54. & 55.

3286 2.Sublim.non procedere quando qui cum minore declarato maiore contraxere minorem esse sciebāt pro vt in coniunctis scientia præsumitur licet in alijs minor eorum scientiam probare teneretur d.l. minor aditio. vbi Docto.Odd.supra n.66.

3287 6. Lim. nam si solutioni factæ minori decretum fuerit interpositum restitutio cessabit si debitor fuerit protestatus soluere nolle nisi bona ex pecunia illa fuerint empta licet d. protestatione cessāte secus foret de cōmuni Odd. sup.n.69.per d.§. permittitur vbi omnes.

3288 1.Sublim.generaliter suprascriptas limitationes nō procedere nisi decretū cū causę cognitione fuerit interpositū Cor cons.98.n.2.lib.1.Odd.vbisup.n.62.

3289 2.Sublim. nam licet minor ipsam rem recuperet si ei vendere non expediebat per in integrum restitutionem l.si.quidē C.de præd. minor. vbi omnes. Rol. cons.59.n.4.lib.1.Simonc.d. tit. 7. n. 12. attamen si expediebat vendere sed in prætio læsus fuit, eliget emptor an præcium supplere, an bona empta malit restituere glo. Bar. & Bal. in d. C. si quidem. Cuma. cons.180. ad finem.Soc.cons. 57.n.47.lib.4. Gozad. cons.44.n.12.& 14.Rol.supra.n.7.Soarez. alleg. 21. n.5.Simonc supra.n.12. 13. vbi ex communi probat etiam emptorem pro rata pręcij fructus restituere nō teneri.vide supra n.3173.Natta.cons.371.vbi ex glo. in l.patri.§.prædiū.de minor.verbo oportebat inquit quod si minor sit deceptus quia contraxit restituitur & contractus rescindetur, sed si se læsum dicat ad iustum reducetur.

3290 Contra d.distinctionem tenent Cin. & Albe. in d. l.si quidem Cast.in l.non interest nu. 4. C. quod met. caus. Natta.cons.548.n.32.Couar. variar. resolutio. lib.1.c.3.n.11.vers. tertio hinc deducitur.Crau.cōs. 7.n.12.ver & si dicas Meno.de recup.rem.15. n.138. & seq. Pinel.in l 2.n.21.C.de resc.vend. volentes indistinctè minorem bona per restitutionem in integrū recuperare.

3291 Quod si minor nec in re nec in pretio læsus fuerit, sed præcium dissipauerit, tunc contra emptorem ad præcium repetendum restituetur, nisi emptoris culpa cessaret, quia cum omni solemnitate soluisset Bar. in l.fine. §. interposito ad finem. de administrat. tutor. Pinel.in d. l.2.n.28.ad finem Simonc.sup.n.15.16.

3292 11.Subamp.vt iudicis decretū non suppleat tutoris vel curatoris authoritatē eiusq; defectum glo. in l. vlt.verb.pręsidis de fideius.minor.Signor.cōs.214.n.5.

3293 Contrarium tenet Cor.cons.36.in princip. lib. 1.

3294 Distingue vt prima procedat vbi cum tutoris authoritate iudicis requiritur decretum vt in alienatione immobilium minoris; secunda autem vbi tutor solus vel curator sine decreto posset authorari Docto. in l.si curatorem habens.C.de in integrum restitutio. mino. de communi omnium Simonc.de decret. tit. 7. n.25.& seq.vbi tamen n.31.ex communi post Bar. in d.l.si curatorem quē cæteri sequūtur.hoc exprimi debere admonet quod scilicet iudex dicat sciens eū esse minorē,& prędicta facere sine tutoris vel curatoris authoritate ideo suum decretum & authoritatē interposuit.

3295 12. Subamp. vt licet statuto ætas 18. annorum maior censeatur, non tamen minor 25.annis immobilia possit sine decreto alienare Dec.cons.39. sub. n. 7.Rolan.cons.7.n.17.lib.3.de magis cōi & veriori. Simonc.de decret.tit.8.n.24.& seq. nisi aliud statuto expræsse caueatur de veriori & magis cōi Cabal.cōs. 144. n.138. par. 1.dixi in tit. qui possit pacisci in tractatu contractuum. prębsertim extra territorium existentia Rim.Iun.cons.5.n.207 & 208.vide infra.12. lim.vigesimæ octauæ amp. n.3483.

3296 13.Subamp. vt si minor etiā Doctor, sit nequeat sine decreto alienare Bologni. in haut. habita. num. 136.C.ne filius pro patre Simonc.d tit.8.num. 44.vbi etiam in integrum non restitui quando allegationes omisisset.n.46.

3297 14.Subamp. etiam si negligentia alienet adhuc enim sine decreto alienatio non subsistet. Simonc. d. tit.8.n.72.& seq.

3298 15.Subamp. vt decretum non noceat tertio sicut nec sententia Natta.cons.352. n. 8. Becci. cons. 52. n.115. Gratia.discept.479.n.74.

3299 16.Subamp.non sufficere cum decreto vtilitatē minoris concurrere nisi necessitas ęris alieni interuenit de communi Natt.cons 631.n.35.per l magis puto.§.si ęs alienum & l. si fundus sit sterilis de reb.cor.

3300 17.Subamp.decretum non operari quoad non enunciatas nec etiam quoad enunciata quæ non poterant interuenire.Maceraten.resol.31.n.26 & seq lib. 2.licet regulariter etiam quoad enunciata operetur Alex.cons.17.n.2.lib.3.Paris.cons. 97. nu.91. lib. 1. Rot.dec.316.n.17.par.2. diuers. Pic. ad statut. Vrb. lib.1.cap.151.n.18.& seq glo.21.

3301 18.Subamp. vt sine decreto non possit procuratorem ad immobilia alienandum constituere Ias. cons.48.n.2.lib.1.nec procuratorem sine solemnitate constituere potest ad actum requisita Put dec.161. lib.1.Manci.de iuram. part.4. eff. 38. nisi cum iuramento Guid.Pap. dec. 35. & 494. Aufr. ad Tholos. dec.45. Gram.cons.ciu.61.n.6.Manci supra.

3302 1.Amp.18.subamp. vt licet quando in mandato minoris ad contrahendum, aut alienandum decretū cum debitis solemnitatibus interuenit postmodū in contractu per procuratorē celebrando nomine minoris non requiratur alia solemnitas l.tutor rerū iun-

cta Bar. declaratione. de administrat. tutor. hoc tamē ita demum procedit si in mandato fuerit habita discussio, seu cognitio contractus certi super re certa per procuratorem gerendi, de modo, forma, vtilitate, & inutilitate; secus tamen est si procurator ad contrahendum & alienandum simpliciter fuisset cōstitutus, tunc enim contractus sine decreto celebrari minime poterit Soc in l 1.§. item acquirimus. n. 18. & seq. de acqui. pos. Borg. de tutor. n. 130. Simonc. de decret. tit. 5. n. 49. & 50.

3303 19. Subamp. vt minor non possit in iudicio stare, nec ad iudicialia procuratorem constituere ac proinde quasi contrahere, ne indefensus maneat l. in vniuersis. C. qui dar tuto. vel curat. pos. l. acta. §. contra de re iud. l cum & minores. C. si aduers. rem iud. sinc. authoritate tutoris vel curatoris. & l. neque vbi glo. verbo. interueniente. Bar. & alij C. de procurator. Natta. cons 197. n 1. Bursat. cons. 223. n. 1. & seq Simonc. de decret. tit. 6. n. 90. vbi litem mouere non posse, conueniri autem posse ostendit Guid. Pap. decis. 494. & acta contra minorem esse nulla de communi Rol cōs. 85. n. 28 lib. 2. Neuizan. cons. 17. n. 70. & per totū vbi etiā de infāte & n. 55. probat maiorē infante cōpelli posse ad petendū sibi curatorē quando in iudicio conuenitur quem si petere noluerit cogetur a Iudice captis pignoribus, & carceratione n. 75. Decian. cons. 91. n. 27. lib. 3. Viui. decis. 86. n. 3 lib. 1. Surd. decis. 108. n. 1. & seq. vbi declarat sed non resoluit an solus minor nullitatem alleget de communi Turret. cons. 59. n. 1. lib. 2. nec procuratorem etiam sine tutore vel curatore ad negocia poterit constituere. Amunel. sing. 208. & sine curatore acta & sententiam nullam inquit Giurba. dec. 109. n 5. Vant. de nullitat. ex de fect. manda n. 38. vbi quandocumque ab vtraque parte de nullitate processus opponi posse Eug. cons 80. n. 3. & seq. vbi in confectione inuentarij non sufficere citare pupillum sine tutore & Doctores qui dicunt solum pupillum citare sat esse intelligi debere vt scilicet legitimè compareat ex magis communi vt n. 17. & conueniri non posse Soarez. commun. opinio. lit. P. num. 361. Peregr. cons. 75. n. 1. & seq. praesertim statuto vetantes, idemque de procuratore a pupillo vel minore sine curatore constituto lib. 4. & de nullitate dicere potest, statuto non obstante exceptiones reijciēte n. 18. Cabal cons. 116. part. 1. vbi in iudicio stare non posse sine curatore Peregri. cons. 9. n. 3. subdens in integrum restitutione non egere lib. 2. & ideo vel tutor solus maxime pro infante, vel pupillus authoritate tutoris in iudicio stare debet Gutierez. de tut. part. 2. cap. 4. Galgan. de tutel. lib. 3. Q. 39. & minorem infantem citari debere secundum modum traditum à Neuiz. supra probauit Cacche. decis. pedem. 89. nec etiam in iudicio esse potest cum tutoris authoritate qui solemnia non fecerit (de quibus per Bar. in l. tutor qui de admini. tutor. ego dixi supra tit. 13. cap 1.) Cabal. cons. 176. par. 1. vbi etiā omnia acta minori praeiudicialia nulla esse probat & de minore qui pupillo successit quod non possit contra tutorem agere sine curatore est tex. in l. de ijs. 12. C. de admi. tuto. vide infra n. 4226.

3304 1. Amp. 19. subampliationē proximè praecedētem vt sententia contra minorē indefensum probata, ipso iure nulla sit Mar. Angus. cons. 1. n. 17. & cōs. 212. n. 8. & de infāte citato Rot Rom. dec. 319. par. 1. diuersor. Mattes. in l. 6. n. 7. vbi tam de interlocutor. quam de diffinitiua C. quomo, & quando iudex nisi defensor constitutus fuisset Crescent. dec. 9. defendent. vel tutor aut curator qui citatus comparuerit Add. ad Rot. Rom. dec. 43. coram Ludouis vel nisi notoriè constaret de non iure minoris vt ibi & acta etiā nulla esse nisi pupillus solus citatus postmodū defēdatur Laderch. cons. 175. n. 3. Gratia. dec. 134. n. 9. & idem in Cōmunitate Crau. cons. 265. n. 1. & seq. inquiēs indefensam Cōmunitatem censeri tametsi illegitimus procurator cōparuisset Rot. Rom. dec. 319 n. 9. par. 1 recentior. quae tamen valere inquit vbicumq; patre administratore legitimo citato sententia contra ipsū, & infantē prolata fuisset & dec. 53. part. 2. limitans si constaret minorē habuisse legitimas defēsiones, nec initio, medio, & fine, fuisse defensū, sed curatorē aliquando cōparuisse sat esse; quamuis nihil allegauerit & decis. 104. par. 4. diuerso. nullam sententiā decreuit quia infans citari non potuit vt in iudicio cōpareret, & ideo processum huiusmodi citationis vigore fabricatum, etiā post dationem curatoris illismet minoribus factam, nullū probat post Afflict. decis. 262. & Vant. de nullit. ex defect. inhabilita. n. 12. nec sufficere vnū ex pluribus tutoribus fuisse citatū ex Crau. cons. 225. n. 5. & si nullus tutor, vel curator datus cōparuerit, ideoq; minor indefensus fuerit sententiam nullam probat ex Cresc. sup. eadem Rot. d. dec. 104. n. 5 & dec 557. n. 5. par. 2. recentior. vbi quando curator non cōparuit & dec. 599. n. 4. d par. 2. inquit eū non dici indefensum qui pluries in iudicio comparuit & dec 43. corā Ludouis. vbi Add. inquit notorie constito minoris defensiones non cōpetere, validam sententiā esse; prout & si quandoque tutor comparuerit citans. Villalob cōi. opi. lit. S. n. 3 ex falsis testibus contra minorem prolatam ipso iure nullā probat, sed si contra maiorem, intra quadriennium restitutio peti debet Mastril. decis. 82. vbi sat esse patrem legitimū administratorem in iudicio comparuisse & dec. 101. nu. 27 & 35. limitat datis dilationibus & in causa appellationis Soc. iun. cons. 1. n. 80. lib. 4. Bero. cō. 62. n. 29 lib 3. la. in l. si is ad quē. n. 14. de acqui. hered. Gutierez. pract. QQ. lib. 2. Q. 22. n. 7. secus dicēs in lata fauore minoris, & nullam dicit etiam quando tutor vel curator noluit esse in iudicio de tutel. part. 2 cap. 4 n. 1 ex glo. in l. acta. §. fin. iuncto. verbo. non habentes. de re iud. Ferret. cons. 312. ad finem. indefensum dicens si circa probationes vel defensiones hoc euenerit Caccue. cons. 13. n. 10. vbi quando illegitimè comparuit & cons. 36. n. 25 & seq. Mar. Angus. cons 43. nu. 18. in defensum dicit si tutor comparuerit qui solemnia non fecisset. & quando sententia cōtra minorem lata fuit tutori termino assignato dic vt per Mastril. decis. 1. par. 2. & Ricci. collect. decis. 683. Rot dec. 319. part. 2. diuers. vbi de lata contra infantem Put. dec. 306. n. 7. lib. 2. vbi nullam esse etiam citato curatore initio medio & fine qui non comparuit. sed. dec. 307. stilum generalem ait inspiciendum.

3305 1. Subamp. vt non sufficiat minorem ex post cum curatore comparuisse si iudicij initium nullum fuerit Bar. in l. contra pupillum 54. de re iud. vbi quatuor casus constituit. Rol. cons. 85. num. 28. lib. 2.

3305

3306 2. Subamp. vt neque cum procuratore cum iuramento à minore constituto lis agi possit, parte reluctãte, sed curator ad litẽ dari debeat. Mastril. dec. 54.

3. Subamp. nequeat confirmari ex quo nullitas totum processum respicit Meno. cons. 270. n. 18. de cõi Ond. cons. 19. n. 32. lib. 1. Intrigl. sing 80. n. 117. lib. 3. & si nullitas defectus citationis ad sententiã opposita sit Rot. dec 240. n. 15. par. 1. diuerso. valet tamen si monitio iudicis ad sententiam præcesserit dec. 295. n. 2. par. 5. diuers.

4. Subamp. vt sententia inter maiores lata nulla sit citationis defectu quod amp. & lim. Gonzal. reg. 8. cancel. glo. 9. §. 1. tit. nullitat. & attenta. &c. n. 117. & seq.

3307 1. Lim. d. primam ampliationem 19. subampliationis & 19. subampliationem non procedere in possessorijs nisi proprietas mixta esset l. finali. vbi Castr. & alij D. qui legitim person. Natt. cons. 156 nu. 2. Mattes. supra vbi tam de primo quam de secundo decreto Afflict. dec. 283. n. 5. vbi de maiore 12. annis sine curatore in iudicio interueniente.

3308 2 Lim. non procedere nisi minor probet suũ bonum ius seque læsum fuisse Bar. in l. nam postea. §. si minor. n. 6. de iur. iur. de magis cõi Boer. dec. 79. n. 5. & quando nullas defensiones habebat Put. dec. 306. n. 4. lib. 2. dũ tamen aliquis comparuerit vt ibi in fine secũdę propositionis & initio litis. decis. 307. de cõi. Decia. cõs. 66. n. 7. lib. 4. & alij in ampliatione citati.

3309 3. Lim. non procedere quando minor procuratorem cum iuramento constituisset, Guid. Pap. decis. 35. & decis. 494. ad finem Neuiz cons. 70. n. 26 Natta. cons. 196. n. 3. Maran. de ord. iud. part 6. actu 2 n. 92. Gratia. decis. 73. n. 9. de cõi. Gutierez. in authent. sacramenta puberum n. 127. C. si aduers. vendition. Seraph. priuil. iuram. 133. n. 3. Boer. dec. 92. Balb. dec. 68. Ricci. collect. dec. 843.

3310 Contrarium tenuit Rot. Rom. decis. 729. part. 3. lib. 3. diuerso. & parte reluctante Mastril. decis. 54. vbi tunc ad litem curatorem dari debere probat.

3311 4. Lim. non procedere quando minor haberet legitimam personam in iudicio standi in casibus a iure sibi concessis, vt puta quando cum iuramento promisisset non contrauenire actibus iudicialibus, nec sententiæ, nec ratione minoris ætatis, nec quacumque alia causa Maticsil. supra. de communi Cur. Iun. in in auth. sacramenta puberũ n. 149. C. si aduersus venditio. vbi reijcit Castrensis limitationem & Cur. Iun. sequitur Gutierez. ibi. n. 128. & 129.

3312 5. Lim. non procedere nisi quoad processus nullitatem quatenus minori præiudicet, non enim a iudicio reijcitur minor nisi & ipse velit Bellame. decisio. 143 n. 8. Vant. de nullitat. ex defect. manda. nu. 36. Surd. dec. 108. n. 8. & per totã Ricci. collec. dec. 1820.

3313 6. Lim. nam valida est sententia minoris fauore prolata quamuis indefensi. glo. in l. acta. §. contra. de re iud. per l. non eo. C. de procurator. Aretin. in §. 1. n. 5. Institut. de autho. tutor. Vanti. de nullitat. ex defect. mandati. n. 36. Maran. de ord. iud. part. 4. distinctio. n. 16 n. 26. Caputaquen. decis. 147. part. 3. nisi infans esset Minsing. cent. 2. obseruatio. 36. Pute. dec. 157. lib. 2. Anan. cons. 93. sub nu. 1. de cõi. Viui. cõi. opi. 718. Rim. Iun. cons. 236. n. 69 Grat. cons. 165. n. 12. lib. 2. loquens in casu sententiæ latæ ad fauorem procuratoris minoris minus solemniter constituti. Rot. Rom. dec. 574. coram Ludouis. Montan de tutel. c. 30. n. 157. Veral. dec. 147. part. 3. Ricci. collect. dec. 683. Viui. dec. 51. & dec. 37. n. 21.

3314 Contrarium tenuit Rot. Rom. d. dec. 729. part. 3. lib. 3. diuerso. vbi quando minor constituit procuratorem tamquam maior cum iuramẽto sine curatore.

3315 1. Sublim. 6. limitationem non procedere quãdo aduersarius procuratori minoris ab initio opposuisset Menoch cons. 655. n. 15. & sequent. Rota. dec. 448. n. 8. par. 2. recentis ex Bal in c. 1. n. 15. vers. capio. de rescr. & Ias in l. eo minus, n. 1. in fi. C. de procur. vbi quando fuit opposita minoris exceptio & à iudice neglecta.

3316 7. Lim. non procedere vbi constaret bonum ius actoris, tunc etenim nullitas ex defectu citationis nõ attenderetur Vant. de nullitat. tit. quib. mod. sentent. nullæ. defend. n. 119. & seq. Magon. dec. lucan. 62. n. 28. intellige nisi pars opponeret Rot. Rom. dec. 714. n. 3. part. 4. diuerso. nec defectus citationis obest si illo loci stilo non requiratur vt in Hispantjs vbi sufficit cõclusio causæ, si ei tacite vel expresse renunciatum nõ sit Rot. dec 558. par. 2 recentis Zuccar dec. Luc. 12. sed si non sit seruata forma nulla captura confirmari nequit & præsertim si lex annullet Mona. dec. Bono. 26. & supra. n. 1416. 8. eff. ratifi. sed ex quocumque defectu nullam posse confirmari Vant. tit. qui. mo. sent nul. defen. n. 129. & seq. Mago. dec. Luc. 62. nu. 28. vbi vt actiones defectu.

3317 8. Lim. nam curator dari poterit minori maiore infante effecto, & reintegratis cum curatore actis vnico contextu omnibus repetitis, & restitutione in integrum etiam concessa ad probandum, si minor ius suum non docuerit condemnabitur Afflict. dec. 261. n. 7. 8. Gratian. dec 73 in fine, qui tamen multos tenere inquit sufficere maiorem infanti citari sine tutore & curatore quasi citatus teneatur legitimè comparere, & vt legitimè compareat citatus censeatur; sed magis cõmunis est opinio quod legitimè debeat cõparere, & ita intelligi debet citatio minoris simpliciter ac sine tutore & curatore facta vt testatur Eugen. cons. 80. n. 10. & per totum & a iudice cogi posse ad curatorẽ petẽdũ Intrigl de feud cẽt. 1. Q. 45. n. 115.

3318 9. Lim. nam si tutores incerti sint vel non extent amici & consanguinei minoris citari debent Crau. cons. 225. n. 1. de cõi. Eug. cons. 80. n. 3. ad hoc scilicet vt minori detur tutor vel curator ad cons. Neuiz. 70. & Cacchera. dec. Pedem. 89. per tot. vide infra tit. 19. cap. 31. de cõi Mins. cent. 2. obs. 35.

3319 10. Lim. nam sufficit adultum fuisse citatum, intelligitur enim ad hoc vt legitimè comparere teneatur Bar. in l. qui habet. § pupillus n. 7. quãdo extraneus citat. de tutel. & in l. 1. §. sufficit. de administrat. tutor. Alex. in l. si ex legati causa n. 8. vbi secus de infãte & pupillo de verb. oblig. de magis cõi Natta. cõs 542. n. 21. Dec. cons. 449. n. 11. 12. Decian. cons. 26. n. 27. lib. 5. Aluis. de Alber sing 168. vbi ex Bar. in d. § sufficit etiam infantẽ citari posse ait quia intelligitur vt legitimè cõparere debeat; sed ei tutorem dari peti debere probat Cacchera dec. 89. per tot & Feg. sup Meno. cons. 100. n. 143. & 144. Affl. sup. Put. dec. 95. in epitome. li. 3. & sufficere citari ad legitimè cõparendũ Grat. dec. 73. & adultum in iudicio ciuili, & criminali accusatione excepta stare posse Port. in §. 1. n. 8. Instit.

3338 17. Lim. non procedere quando ageretur sine figura iudicij Neuizan. cons. 18. n. 11.

3339 18. Lim. nam valida est sententia licet initio tutor non interuenerit, tempore latæ sententia ad fuit Gulielm. de Ludo. sing. 93. & fortius si tutor comparuerit & minorem nulliter citatum defenderit Meno. cons. 270. n. 15.

3340 19. Lim. non procedere quando à iudice minori vel absenti curator datus fuisset Put. decis. 95. lib. 3. in epitom.

3341 20. Lim. non procedere quando compareret pro parentum & ascendentium defensione Trigon. sing. 9. vel lis à suo authore cœpta esset Cres. decis. 11. de sent. & re iud. Ricci. collect. decis. 683.

3342 21. Lim. nam si tutor solemnia non fecerit; peti à iudice debet vt minorem cogat ad curatorem sibi petendum, quo cum iudicium peragatur, cum illoque gesta subsistent. Affl. decis 256 Neuiza. cons. 17. n. 56. & in fine Maran. de ord. iud. part 4. distinct. 16. n. 36. vbi tamen infanti tutorem dari debere inquit. & Bero. cons. 103. lib. 3 probat executionem sententiæ contra pupillum prolatæ eiusque tutorem illegitimum, qui obtulit se liti in bonis pupilli fieri debere, eique regressum dari contra tutorem etiam pro expensis, & interesse quanti plurimi. licet alioquin si tutor & curator solemnia non impleuerint processus corruat. Ricci. collect. decis. 1820. idem dicens non citata parte.

3343 22. Lim. non procedere quando constaret nullas pupillo defensiones competere; & hoc notorium foret Rot. Rom. decis 485. n. 6. & 7. coram Ludouis.

3344 23. Lim. non procedere quando de pupilli fauore ageretur Natra. cons. 513. n. 9. Eugen. cons. 80. n. 13. Maran. de ord. iud. distinct. 16. n. 32. dixi supra Viui. dec. 51. Ricci. collect. dec. 683. & sententiam fauore minoris latam valere si tamen infante sit maior Maran. supra n. 26. & 31.

3345 24. Lim. non procedere quando non ageretur de minoris contumacia, sed de illius negligentia interrumpenda præscriptione Put. decis. 95. lib. 3.

3346 25. Lim. nam potest cum patris legitimi administratoris interuentu in iudicio stare, & acta eius authoritate facta valida erunt. Mastril. decis. 82. qui tamen secus in feudalibus inquit.

3347 26. Lim. & generaliter declara, nam infans citari non potest, pupillus autem potest & intelligitur vt legitime compareat l. 1. §. sufficit vbi Bar. de administrat. tutor. Afflict. decis. 262. n. 2. & 4. sed secundum communem pupillus & tutor citari debet glo. in l. 4. verbo. infantes de in ius vocan. quam Doc. communiter sequuntur. de communi Gutierez. de tutel. part. 2 cap. 4. n. 6. & statuta circa hoc disponentia seruari debent. & si minor infante maior citatus non cõpareat, debet ei ad litem curator dari, alias acta nulla essent tam in ciuilibus quam in criminalibus Rol. cons. 51. n. 9. & cons. 51. n. 34. lib. 1. Becci. cons. 59. n. 11. Gomez. de delict. n. 64. & 65. Gutier. supra n. 9. & quoad criminalia dixi supra lim. 14. & supra sub amp. 19. in ciuilibus probaui qualiter maior infante citari debeat; infans vero si tutore careat citabitur cum matre & auia si habeat, id est mater & auia citabuntur vt si velint tutelam compareant, aliiq; attinẽtes, quibus non extantibus vicini & amici citabuntur per generale proclama & in uicinia infãtis quod tali die & hora compareant in loco iuris ad suscipiendam infantis defensionem, cum comminatione quod alias procedetur ad dationem tutoris, & curatoris & alia remedia oportuna prout iuris fuerit; & si in tempore compareant dabitur tutor infanti, prælato testamentario si adsit, alias ad legitimum veniendo, & tandẽ ad datiuum; non potest tamen dari curator etiam ad litem infanti, sed maiori infante Neuiza cons. 17. n. 29. & Cacchera. decis. 89. in fine. & his interuenientibus etiam cum infãte iudicium procedet vt per eos. Vant. de nullitat. tit. 11. n. 49. ex communi inquit. infantiæ proximum idest annum decimum cum dimidio agentem ad iudicium sine tutore, vel coniunctis si eo careat vocari non posse alioquin processum nullum dicit post Pinel. in l. 1. part. 2. n. 67. C. de bon. mater. Minsing. cent. 2. obs. 35. ex communi probat pupillum cum tutore citari debere. nec infanti sine tutore notificari potest nec interpellari, nec in iudicio esse de communi Montan. de tut. c. 5. nu. 29. & 51. sufficeret tamen tutorem ante litem contestatam cõparuisse Pinel. d. n. 67. in fi. Monta. supra n. 50. Mins. supra. & potest etiam minor citari vt ei detur ad litẽ curator. Tiraq. de retr. lig. §. 1. glo. 13. n. 19. in fine & Montan. supra. n. 50. Mins cent 2. obs. 35. vbi ex cõi tutorem citari debere eoque cessante coniunctos pupilli, & si infans citatus sit ac tutor comparuerit processum valere probat. & Gail. obs. 107. n. 7. lib. 2. vbi etiam curatorem liti à iudice posse dari in subsidium ne pereant bona minorum & matrem pupilli etiam non tutricem citari posse, agnatos, & affines. l. hæc autem. ex quib. caus. in posses. ear. Crau. cons. 225. n. 6. Gratia. discep. 957. n. 6. Mandos. de cõmis. form. 4 vers. ad ligitime. subdens esse bonam cautelam citare pupillũ vt legitimè compareat prout & adultus siue curatorem habeat siue non & Gratia. decis. 73. subdens curatorem illeg[illegible] non esse citandum & pronunciationem idoneitatis requiri. Carpa. cap. 34 vbi latè qualiter infans citetur & solum in denũcia litis ob euictionem citari posse si tutore careat Caldas. de rest. in int. in princ. n. 14. & seq. ex communi solum pupillum sine tutore citari non posse & si eo careat vt detur cauere debet Ias. in l. 2. in fi. princip. de in ius. voca. vbi pupillum citari posse vt legitimè compareat. Natta. cons. 542. n. 21 adultum citare sat esse ait qui intelligitur vt legitimè compareat & sibi curatorem petat, alias procedi contra eum posse vti contumacem. Achil. de Gras. dec. 133. ex communiori citatione minoris nullam esse sine tutore. vbi limitat ad effectum reg. de triẽnali & sicitans ex causa necessaria de iure suo conseruando tractet Mona. dec. bono. 10. n. 4. 5. non posse citari minorem nisi vt legitimè compareat cum curatore si habeat, alias vt dari petat.

3348 20. Subamp. vt ille qui à minore emit vel aliter acquisiuit non seruatis solemnitatibus bona acquisita pro melioramentis in eis factis retinere minimè possit ex quo ad eum cum vitio peruenere Capic. decis. 119. n. 5. Borgni. de tutor. n. 165. Menoch. de recuperand. posses. remed. 15. n. 537. Simoncel. de decret. tit. 7. n. 23. vbi idem si expensæ necessariæ fuissent.

3349 21. Subamp. vt minor non possit etiam vtilia sibi facere absq; solemnitatibus Din. sing. 212. de cõi.

Loazes. in l. filiusfam. §. Ricci.n.152.nisi secuta ratificatione de leg. primo Rim.Iun.cons.5.nu.175. & seq.Simoncel.de decret.tit.8.nu.125.de cõi. Meno. cons.813.n.14.& cons.1199.n.6.& 7.Mastril. decis. 121.n.1.& seq.& cõmunem testatur Gutierez. mox citandus.nec bona immobilia alienare etiam vtiliter posse nisi æris alieni necessaria causa subsit de cõi. Natta cons 631.n 35.Ceph.cons.207.n.29. per tex. in l.ob æs alienum tantum C.de præd.minor.l.lex quę tutores.C.de administrat.tutor. l.magis puto. §. æs alienum de reb.eor.vide supra limitationem secundã sextæ subampliationis & infra n.3475.

3350 Contrariam opinionem quod minor possit vtilia sibi gerere ex l. si pupillus de acqui. rer. domin. & l. si curatorem habens. C.de in integr. restitutio. Bonac. de contract.disput.3.Q.1.puncto. 5. intelligens si cũ maiore contrahat. Gutier pract. QQ.lib.2.Q.22.nu. 9. saltem si minor nullitatem non alleget subdès maiorem petere posse vt minor declaret num. velit contractui stare & de tutel. part.2.c.4.n.23. Surd. cons. 9.n.8.& 16. loquẽs de societate cõtracta Luneburg. de pact. cap 3. n.20.per l. contra iuris.de part. & ibi Doc.idem probans de infante.secus si deteriorẽ faceret suã conditionem tunc enim sine tutore non posset.

3351 22. Subamp.vt mulier minor sine decreto nequeat ex causa dotis immobilia alienare seu obligare; nec eius frater minor qui sororem dotare non tenebatur, licet si dotare teneretur secus esset; prout si in mobilibus dotaret Menoch. cons. 814. n. 1.& seq. vbi etiã quod minor adulta curatore carens potest dotem viro in pecunia quam haberet in arca constituere, vel quãtitatem promittere quamuis sola immobilia possideret sine expræssa immobilium hipotheca,quia tacita datur expræssa verò promissionem nullam reddit vt per eum & vide supra amp. 10. sextę subampliationis.28. ampliationis principalis. Pacif. de Saluian. interdict.inspect.3.cap.2. n. 143.& seq. Montan. de tute.c 33.n.418. vbi probat in immobilibus non posse dotem constituere si extet statutum de lucro dotis Rot. Rom.decis.177.n.11.part.1.recentior.secus dicens in maiore dotante & in donatione sororis Menoch cons. 813. n.7.Peregrin.cons. 71.n. 26. lib. 3. vbi non posse censum constituere pro dotanda sorore sine decreto & supra amp.13. sextæ subampliationis Lambert. de contract.mul glo.21.n.11. Carpa.super stat. Mediol.cap. 328. n 95.& seq. vbi limitat non procedere in dote data primo viro, & quando mater filiam dotaret, & quando adulta matrimonium cum pari contraheret vide supra. n3034.nec propter nuptias.l.8.C.de præd.minor. Bal. Nouel.de dot. part. 6. priuil.58.59. vbi de vtroque & mincrem non posse immobilia in dotem dare nisi inæstimata Surd. decis. 287.n.19.& seq.& sic intelligi debet Intrig.sing. 89. n.77 lib.3 dum bona minoris ex causa dons alit alienari posse & Fabia.de emp.& uend. Q.5.n.97.

3352 23. Subamp. ut solemnitas statuti requiratur, quod si consensum duorum propinquorum ex parte partis exigat, ac duorũ ex parte matris & unus utrinque tantum extet sufficiet. Cors. sing. uerbo. statutũ. 21.& 22.idem pleribus adhibitis probans quam statuto requiratur.Rot.Rom.decis.114.par. 2. recentior. & requiri solemnitates statutorũ ut puta propinquorum consensum Maceraten.resolut. 31.nu.23. & seq. lib.2.Cabal cons.144. n.47.& seq.vbi gesta nulla esse quamuis statutum clausulam irritantẽ non contineat part.1.& iuris communis & statuti solemnitates seruari debere Dec.cons.11c.n.1.Tiraq.de legi. connub.glo.8.n.49. Rot. Rom.dec.245.n.3 par.2.recẽt.

3353 24. Subamp.procedere etiam si minor cum alio minore vel patre contraxisset, nam si læsus fuisset non teneretur contractui stare Rot.Rom.dec.153. n. 6.part.1.recentior.& n.8.nec etiam pro patre à carceribus liberando sine statuti solemnitate contrahere ac se obligare permittitur dec.177.vbi n. 2. etiam si cum patre contraheret statuti solemnitates requiri probat secundum magis cõem & d.decis. 114. tenuit de nullitate dicere posse si ipse de damno, alter autem minor certaret de lucro captando & decis. 164. corã Ludouis. 334. ex magis cõi cum patre contrahere posse, quamuis donatio insinuationem requirat. sed Add.vbi testatur de magis cõi de contrarium & solemnitates requiri siue cum maiore minor vel cum minore contrahat Bero.cons.179.n.3.lib.1.& quando cum communitate contraxit. Rot. Rom. decis. 218. n.6.part.2. recentior.

3354 Contrariũ inter minores tenuit Laderth. cõs.66. n.2.Bonacci.de contract.disp.3.Q.1.puncto.5.n.5.& quãdo minor qui recepit consumpsit qui conuenitur eius conditio potior est vtroq; de damno vitando tractãte Lambert. de contract. in fine n. 122. licet de damno citando agens de lucro tractanti præferatur n. 125.

3355 25. Subamp.vt minor sine solemnitatibus contrahens, nec naturaliter obligetur ita vt solutum repetere possit Rot.Rom.decis.177. ad finem part.1.recẽt. & decis. 289.n.32. vbi saltim naturalis effectum impediri & conditionẽ indebiti competere & Montan. de tute.cap.30. n. 302.vbi agi posse conditione sine causa vel ad exhibendum; quod si minor locupletior fuerit effectus naturaliter obligari probat. n. 301 & in pupillum actio ex naturali obligatione datur si fuerit effectus locupletior l.pupillus de authori. tutor l.3.comm. ex rescripto Diui Pij quæ non directa sed vtilis est; in quo distinguendum est inter infantem,& pupillum, ac adultum minorem 25. annis & maiorẽ. Infans enim & infantiæ proximus nec ciuiliter, neq; naturaliter obligatur l. 1.§.penult.de action.& oblig. §.pupillus. versic. sed quod diximus Institut.de inutil. stipulat. in infantibus enim materia deest ex qua obligatio oritur hoc est consensus l. cum amplius.§. is natura debet.de reg.iur. l. pupillum & l. Stichum. §.naturalis de solution.Pupillus autem pubertati proximus aut suo tutori promittit, & tunc nec ciuiliter, nec naturaliter obligatur d.l. pupillus quia lex resistit actui huic, quocirca vtriusque actionis ortus impeditur.l.cum lex. de fideiussor.l.si nõ fortem de condi̇tio. indeb. iniquum etenim visum fuit vt pupillus tutori obligetur, qui ne alteri pupillus obligetur præcauere tenetur quod si alteri quam tutori promittat; & tunc si sine tutore,naturaliter tantum obligabitur l.in fine de nouatio. si autem cum tutoris authoritate,naturaliter & ciuiliter obligabitur; leges autẽ restituetur,in integrũ tot.tit.de minor sed si pupillus ex cõtractu locupletior fact⁹ fuerit ciuiliter & naturaliter tenebitur d.l.pupillus.& d.l.3.si autẽ cõtract⁹ super re nõ alienabili fieret nullus esset sine decreto etiã tutore authore celebrat⁹ l.si quidẽ & l.si prędũ.C.de pręd.mino. Port. in §.

in §.1.n.5. Instit.de autho.toto,suppl.& fine iusta causa quæ cum decreto requiritur vt supra dixi. Pubes autem minor 25. annis si curatorem non habeat naturaliter, & ciuiliter obligatur sed læsus restituetur l.nã & postea §.si minor de iur.iuran. sed habens curatorem si absque illo promittat naturaliter obligatur; maior 25. annis naturaliter obligatur nec læsus restituitur Port.supra.nisi enormissimè læderetur vt supra dixi...... secutus est Montan supra num.sequent. quam Port.& Monta.faciunt fuit glo.in l.pupillus de reg.iur.quam Bar.singularẽ inquit sing.59. Bonacci. de contract disputat.3.Q.1.punct.5 n.6.vbi intelligit si lex non resistat.de magis cõmuni Sanch.de matrim. lib.6.disputat.38.latius dixi in tract.executor.vltima volunt.tit.2 cap.19.ampliatione.9.

3356 Cõtrarium regulariter vt scilicet naturaliter obligetur nisi cum tutore contrahat infans sit aut infantiæ proximus Bar.in l.1.n.7. de nouat. post glo.ibi Lambert de contract glo.16.n.12.

3357 26.Subamp vt minor ad Reipublicæ administrationem Decurionatumque non possit admitti Dosto. in l.de pupillo.de oper.nou.nunciatio.Laderch.conf. 176. nec annus cœptus pro perfecto habeatur distinguendo vt per eum, sed non haberi pro perfecto in obligationibus,& contractibus minorum latè probat Surd.dec.178.n.6.& sequent, & bene distinguit Rot. Rom.decis.75.par.2.diuerso.dixi in interpretationibus pactorum seu contractuum.verbo annus,& Rota. decis.175.n.7. par.1. recentior. probat quod quando in lege vel constitutione de anno mentio fieret,de perfecto dierum 365.inteiligi debere, & decis.208. n.3. inquit non sufficere esse cœptum in materia odiosa puta præscriptionis.

3358 28.Subamp.vt minor qui potest solutum repetere, promissa implere,& soluere nõ teneatur cum namque ei actio detur ad repetendum indebitè soluta fortius exceptio,& retentio de magis cõi Bonacci supra n.8. Montan.d.c.30.n.96.& seq. vbi rem venditã etiã tradere nõ teneri, præcium autem receptum debere restituere si ex eo locupletior effectus sit per l.Iulianus.§.si quid a pupillo de actio.emp. secus si non probaretur effectus locupletior de communi Rol.conf.7.n.28.lib. 3. & quatenus locupletior est effectus minor quod teneatur Roma.conf.453.n.3. Petr.de Vbald.de duob. fratri.par.3.cap.5. Felicia de societa cap.3.n.104. alioquin secus Rot.Rom.decis.177.n.3.par.1.recent. Cabal.conf.144.n.68.par.1.

3359 28.Subamp.vt licet per viam vltimæ voluntatis si minor 25.annis alienationem bonorum immobilium testamento fieri iusserit, sine decreto exequi possit ac fieri, secus tamen est si hoc iuberet in executionem contractus Bal.in l.prædium C.quando decre.opus nõ est Guliel.de Bened.in cap.Rainutius.verbo.adiectæ. n.90.de testam.

3360 29.Subamp. vt cum pupillo contrahens pupillo obligetur non è contra pupillus secum contrahenti in contractibus ex quibus mutua oritur obligatio quia fauore minoris, & Ecclesiæ contractus claudicare potest l.obligari de autor.tuto.l Iulianus.§.si quis à pupillo de actio.emp.§.1. Instit.de autho tut.Bal.Nouel. de dot.par.7.priuileg.primo.n.6.Ias.in l.cum ij.§.cũ transactionem n.2.versic. limita tamen de transact. Purpur. conf.557. n.6. de communi Borgni.decis.46. de communi Borgni decis.45.n 70.lib.1. Ond. conf. 18.n.71.lib.1.Rim.Iun.in §.final n.3. Institut.quib. alie.licet.Surd. conf.431.nu 44. & seq. & decis.173. n.14. vbi tamen in auocatione bonorum ob pacta nõ seruata ab Ecclesia minori non comprarari inquit n.16.Granuc.theorem.8 n.6.vbi de magis communi testatur Bertaz.clausu.17.glo.1.Cepha.conf.674.n.58. Menoch.conf 655. n.2. & seq. vbi fauore Ecclesiæ, minoris,& Vniuersitatis Rim.Iun.conf.318.n.10.vbi fauore minoris,& mulieris pro dote,& cõf.776.n.57. Add.ad Matthes.sing.155.n.2.Bello.com.opinio.col. 10. lit.C. versic. contractus claudicare vbi etiam de sponsalibus Manti de contract.lib.5. tit.10.n.8. Gutier.de tut par.2.cap 4 n.23.& 24. vbi idem de societat.Montan.supra n.96.& seq. vbi nec in commodato d.cap.30 n.166.& seq.quamuis si ex contractu minor agat præcium restituere teneatur per l.si id quod. de rescind.vend.& supra 27.subamp. Rol.conf.54 n 27. & sequen.lib.2. Galgan.de tut lib.2.tit.22 n.4.Tusc. lit.C. concl.287. Gargiare. patr.ei.§.0.n.. lib.1. & patro.78. n.4.lib.2. Manti. de contract. lib.2. tit.4. n.86. Sanch. de matrimo. lib.1. disputatio.5.1.n.19. Surd.conf.9.n.8.& seq & n.16.Franc.conf.116.n.39. inter conf.vltima voluntat Surd.dec.178.n.22.& fauore Ecclesiæ claudicare Garzia de benef.par.2.c.1. n.74.si solennitates adhiberi iuret.n.75.

3361 1.Lim.non procedere in casibus sublimitationum primæ limitationis 48. ampliationis præcedentis n. 3158.& seq.

3362 2.Lim non procedere quando tutor nomine pupilli cum se ipso contraxit, tunc enim non sustinebitur contractus Surd.conf.9. n 45.

3363 3.Lim.non posse minorem aut Ecclesiam contractum in parte tantum approbare sed totum, & cum suis qualitatibus approbare tenentur, fauore enim minoris vel Ecclesiæ contractus quoad hoc duntaxat claudicat, an velint, nolint, ei stare, non autem vt in parte, vel sine qualitatibus appositis valeant approbare Rot. Rom. decis.185.nu.3. par.2. recentior. & decis.467.n.5 coram Ludouis.vbi Add.tenetur etiam minor si velit obseruare contractum illum ratum habere quoad promissa per ipsum minorem Ruin. conf. 129.n.9.lib.5.Laderch conf.126 n 6.in fine,& idem dicit Ruin. de Prælato, & potest minor etiam factus maior velle adhibere solemnitates,& stare contractui Mattes. sing.155. Titaq. de retract. conu.ad fin. tit. n.152. in fi.& cogi potest Ecclesia vt solemniter declaret an velit stare contractui Garzia supra n.75.

3364 4.Lim. non procedere quando cum alio minore contraheret minor.vt supra dixi subamp.24.

3365 5.Lim.non procedere in lesionem minorum l.non eo.C.de procurator. Franch. conf. 116. n.39. inter conf vltim.voluntat.

3366 6 Lim. non procedere quando minor cum fisco contraheret Gozad.cõf.15.n.10.Meno.ad adipiscen. remed.3.n.76.Galgan.d n 4.

3367 30.Subamp. vt lucrata in ludo per minores debeant per eos restitui,nisi puberes sint,& curatore careant,tunc enim lucrans non tenetur restituere quousque iudex declarat restitui debere petenti, vel nisi soluere,& non repetere iurauerit in ludo amissa; si verò impubes sit,& sine curatoris authoritate aut sine tutore contrahat aut in ludo amittat, cum d. impubere puber-

pubertati proximo ludens lucrans vel aliter contrahens, non tenetur restituere nisi per minorem restitutione in integrum obtenta iudex restitui mandauerit in casibus quibus minor naturaliter obligatur,& interim lucrans,aut aliter cum minore contrahens in cōscientia tutus est,Molina,tom.1.de iust.& iur.tract.2. disputat.224.ad finem.§ ex dictis infero & tom.2.disputat.519.§.quod dictum est, Sanchez.de matrimo. lib.6.disputation.38.n.30.

3368 31.Subamp. vt immobilia à minore habens quocumque titulo sine curatore, restituere illa teneatur, quoniam immobilibus alienatis nec ciuiliter, nec naturaliter sine tutore vel curatore minor obligatur Sanchez supra n.31.

3369 32.Subamp. vt non possit tutor minori per procuratorem authorari §.tutor, Institut.de authorit.tutor. Gutierez.de tutel. par.1.cap.4.

3370 33 Subamp. vt infans nec etiam cum tutoris authoritate contrahere vel in iudicio esse possit sed ea solus tutor gerat Vant. de nullitat.tit.11.n.10. & seq. de cōmuni Montan.de tut.cap.5.n.19. Tiraq.de retr. lig.§.1 glo.13. n.20. Gomez. de restitut.minor.n.1. §.pupillus. Inst.de inut.stip.Luneburg.de pac.c.3.n.2. Felicia.de societa.cap.3.n.12.& seq.vbi idem de proximo infantiæ.

3371 34.Subamp.impuberem in potestate patre authore non obligari § pupillus. Institut. de inutil. stipul.l. fin.§.1.de verbo.oblig.Montan.de tut.cap.30.n.105. vbi nec soluere,nec restituere, nec ei rectè solui, nec si cum patre contrahat solemnitates omittere posse, vbi euidens minoris damnum appareat Rot.Rom. decis. 218.n.8.par.2.recentior.

3372 35.Subamp vt tutor, & minor alienantes contrauenire possint Tiraq. de retract. lig.§.26.glo.2.n.11. Galgan.supra n.44. Bar. in l.si minori. n.3. C.de iur. fisc.lib.10.Cast.in l.iubemus.§.sanè.n.5.C.de sacr.san. Eccle.Redoa.de reb. Eccle non alienan.§.22.n.5.etiam si iuramento contractus firmatus sit Bero. in c.si quis. n.18.& seq.de reb.Eccle.non alien.Scrad.de feud. par.10.sect.20.n.210.& 211. & quando Ecclesiæ vel pupillo præiudiciale esset etiam iuratus actus Bero. cons.32.n.41.lib.2.& Q.27.& 28.Pinel in l.1.par.3. n.73.C.de bon.mat.Fanuc.de inu.par.7.n.171. Surd. dec.284.n.10. & seq. idem de filio dicentes bona cuius nulliter fuere administrata.

3373 1.Lim. non procedere quando tutor minori successisset, tunc enim alienationem quam tutor nulliter fecit reuocare minimè posset Bar. in l.cum vir. n.10. & sequent.de vsucapio.Borg.de tutor.n.175.Galgan. supra n.4.Mastril.dec.287.n.37.& seq.Cran.in Q.de indem.mulier.n.20.vbi etiam si non se obligarit proprio nomine tutor aut curator;nam si proprio nomine se obligassent tunc enim iure actionis de euictione sūt obstricti vide infra n.4369.& seq.

2.Lim. quando sine decreta à iudice administratione alienasset l.2 de eo qui pro tuto.c.monemus 12.Q.2. Scrad.supra n.212.vbi tamen subdit quod si pars non opponat, poterit ad commodum minoris iudicium allegare nullum.

3374 36.Subamp. vt etiam forensis in loco extero contrahens loci contractus statuta,& eorum solemnitates seruare teneatur Veral. dec 206. & 215. par.2. Cæs. de Gras.decis.2.n.16.de donation. Rota. Rom.decis. 218.n.5.par.2.recentior.Surd.cons.257.intelligendo quando statutum res principaliter concerneret non autem si personam principaliter obstringeret, nec nō & iudicij ordinatoria non etiam decisoria Scain.dec. Bono.32. vbi ordinatoria esse etiam dicit si appellatio sit ab interlocutoria vetita quæ negocium non perimat nec vim diffinitiuæ habeat prout,& instrumenti executio alibi facti, idem de iudæis dicens.Gall.de exc.suc.tit.4 exc.12.n.3.par.2.idem ex communi probans si merita causæ concernant, & litis decisionem si ex contractu oriantur, secus respectu effectus vt ibi Rot.dec.552.n.8.par.1.recentis. vbi decisoria respicere si appellationem tollat,secus si limitet vel vnum casum tollat,& 529.par.2.recentior.vbi forenses non gaudere statuto reijciente appellationem qui decisoria respicit.

3375 37.Subamp.non posse etiam vt propinquum consentire in contractibus aliorum propinquorum Rota Rom. decis.619. n.7.par.2. recentior. quamuis si haberet ingenium,& discretionem sine difficultate non transire subdat.

si contractus nullus sit emptor præciũ & melloramenta perdit, intelligendo si sit nullus defectu iustæ causæ tunc enim emptor perdit præcium quoad Ecclesiam, sed recuperat à venditore; si autem iusta adsit causa, sed solemnitates desint, tunc præcium ab Ecclesia recuperabit n.47.vbi ratio sed tribus tantum casibus esse probandam in mutuo, deposito, & venditione pro debitis Ecclesiæ Bal.in auth. hoc ius porrectum n. 7. vbi etiam confessione Prælati cum coniecturis probari & Rot.dec.611.n.6.part.1.recentis.coniecturis etiã in minore probari ex communi vbi coniecturas ponit & Meno. cons. 375. & de arb. cas. 432. Mase. concl. 1165.& seq. Odd.de rest. in int.Q.51.Felicia. & de societ. c 31.n.29.Pacif. de Saluia. c. 2. nu. 588. emens autem ab executore non tenetur versionem probare de communi Molin.de primog.lib.4.cap.4.n.21. 22. nec si sindicus haberet speciale mandatum Gail.d. c. 9.n.6.Manti de contractib.lib 8.tit.13.nec alij casib. vt ibi & Mansu.de execut. amp. 3. nec in voluntaria alienatione vt Rota pluries resoluit Mangil.de euict. Q.43.n.10.& Q.130. in re Ecclesiæ versionem non esse probandam maxime facto deposito nisi in causa necessitatis, & æris alieni dispositi, mutui vel contractui inito à particulari de Ecclesia a non habente administrationem vel mandatum; & versionem nõ probari sola assertione Prelati sed cũ illa cõiunctis coniecturis & de ære alieno soluendo pacto stari, & in Ecclesia excepto mutuo & alijs, sufficit depositum de cõi. Manti.supra lib.4.tit.7.n.25.

3626 36.Amp. vt nõ possint tutor & curator possessionem transferre per constitum, præcarium, vel aliter ficte bonorum minoris Bal.cons.130. nu.3.lib.3. Soc. cons.239.n.9.lib.2.Add ad Mattes. sing. 166. Natta. cons.18.n.19.Ripa.in l.possessio.n.168. de acquirẽd. posses.Tiraq.de iure constitut.part.3. lim.15. Magõ. dec.Lucan.20.n 20.

1.Lim. nam pupillus cum tutoris authoritate, & adultus eam transferunt prout & curator nisi ad litem datus sit quia hic non non habet administrationem, illi habent Rot.dec.93.part.2.diuers.282.n.3.part.1.recentis.

3627 2.Lim. non procedere quando illud faceret in cõsequentiam actus permissi requisitis solemnitatib⁹ adhibitis Tiraq.supra Magon.sup.

3628 37.Amp. vt emere volens à tutore cauere debeat vt habeat copiam tutelæ & curæ vt an validæ sint videre possit, & de illegitima tutela opponere si inualidę fuerint Arct.in §.actionum.n.50.Inst.de action. Hercul.in tract. quis teneat probare negatiu.n.88. & non emere etiam si minor citetur Corgn. de tuto.nu.28.& 29.subdens n.32. in dolo censeri à tutore falso ementem vel in solitum recipientem ac in litem iurari, fructusque restituere teneri.

38.Amp. vendere non posse contra formam à testatore traditam l.7.vbi Sali.C.de admini.tutor.

39.Amp. tutorem, & minorem sine tutore & curatore primogenituram constituere non posse per contractũ, nec etiam donationis causa mortis, licet adultus testando possit Molina.de primog.lib.2. cap.9. nu. 21. Caldas.de rest.in int.versic.hunc cõtractum num.22. Gutier.cano.QQ.lib.2.Q.21.n.6.39.n.4.vbi nec per damnatum ad mortem post Moli.lib.4.c.11.num.21. Milan.dec.8.& 9.lib.1.vbi patruum præferri nepoti probat.

40. Amp. non posse minorem pactum de non petendo facere id quod sibi debetur, licet enim meliorem suã conditionem facere possit, deteriorem tamen facere nequit l.contra iuris.de pact.Io.Bapt. de arb. lib. 2. c. 13.n.2.versic.ratio est.Lunemburg.de pact.cap. 3. n. 20.Cur.Iun.cons.146.n.6.qui secus de tutore inquie Rol.cons.54.n.29.& seq. vbi nec per curatorem nec cum decreto iudicis si de immobilibus & annuis redditibus agatur donare posse lib.2. Meno.cons. 460. n. 14.vbi nec per curatorem, nec per procuratorẽ; Eug. cons.1.n.42.& seq. vbi contrahere non posse pupillũ nec compromittere sine tutore, & laudum eius fauore latum corruere. & suam conditionem alienando deteriorem efficere non posse, meliorem posse Rim. Iun.in §.2.n.1.& seq. Inst. quib.alie. licet. & post ius maximè quæsitum non posse sibi præiudicare si ex onere apposito lædatur Rot. Rom.dec.579.n.9.& seq. pract.3.lib.3.diuerso. & acquirere posse non autem obligari Bertaz.claus.17.glo.1.Moz. de contract. in princ. tit.quomo.contract.deficiat.art.7.n.3.& circa compromissum distingue vt per Bal.cons.96. lib.5.& necessarium facere posse sine curatore probat Meno. cons.100.n.153.Benin.dec.20.nu.11.& seq. de communi etiam sine solemnitatibus Viui comm.opi. 505. licet arbiter esse non possit ex communi contra communem, potest tamen tutor cum creditoribus hæreditatis pacisci de certa portione soluenda quod pactum tutor etiam debet obseruare l.cum hæreditas. 60. vbi Bar.de admi.tut.& posse tutorem ex necessitate statuti litẽ & causam pupilli compromittere Put. dec. 105. n.4.lib.1.

41. Amp. vt pupillus impubes nisi doli capax existat matrimonium contrahere nequeat l.minorem. de ritu.nup. cap.nobis.cap. puberes.cap. fin. de desponsat. impub.Ias.in l.properandum §.1.n.2.C. de iud. Cott. in verbo pupillus.Manti.de vlt.volunt.lib.5.tit.12. n. 3.Surd.cons.200.n.14.pubes autem potest & obligatur, in spiritualibus etiam dicitur legitimæ ætatis Seraph.priuil.iuram.83.n.38.

42. Amp. non posse alienari ius ad immobilia minoris per quod ius sibi quæritur quasi rei vendicatio l. 3. §. si ius de reb.eor.

43. Amp. fundum sterilem in fructuosum saxosum & pestilentem alienari non posse l.si fundus.13.de reb.eor. vbi glo.secus probat in Ecclesia & transactione super alimentis. & amp. communem ait Bertaz. claus. 10. glo.2.n.5.nisi sumptum non lucrum afferret, & cuius venditio notorie vtilis esset & sterilia alienari nõ posse nisi sterilitas perpetua sit.

44. Amp. non valere consuetudinem quod bona minorum sine solemnitatibus alienari possint Paris. cons. 85.n.51.lib.3.

3629 1.Lim. non teneri emptorem bonorum immobilium minoris fructus pro rata soluti præcij perceptos restituere pręsertim si fuerit bonę fidei possessor secũdum communem Docto sententiam de qua testantur Pinel.in l.2.part.2.cap.vlt. n.1.C.de rescindend. venditio. & Soarez.commun.opinio.lit.F.n.343. Borgn. de tutor.n.145.

3630 1.Sublim. non procedere quando solemnitates nõ fuere seruatæ vbicumque lex alienationi seu acquisitioni bonorum minoris resisteret, vel etiam Ecclesiæ, quamuis debeat emptori cum interesse præcium restitui,

stitui,

stitui, si hoc emptor apponat. Caccheta. dec. 159. n. 13.& seq. & decis. 160.n. 17.Galganet.de tutel. lib.3. Q.41.idem subdens in subhastatione nulliter facta.

3631 2.Sublim. non procedere quando emptor ageret vt contractum resolueret Soarez.supra.n.354.

3632 3.Sublim. non procedere quando emptor rei valorem sciuisset, vel ex fructibus locupletior effectus esset, fructusue extarent, his etenim casibus eos restituere teneretur Borgni.sup.

3633 2. Lim. non vendicare minorem à tutore vendita sine decreto præcio in vtilitatem minoris conuerso minime restituto vna cum fructibus seu interesse Roland.cons. 123.n.65. inter eons. vltim.volunt. l. pen. §.fi.de reb eor. vbi quando vendidit pro ęre alieno patris soluendo si ex alijs solui non potuisset. vide supra n.3511.

3634 3.Lim. restitutionem in integrum minori non cõpetere vbicumque iudicis officium vel realem actionẽ intentare posset, neque contra bonæ fidei possessorem nisi in subsidium Borgni.de tutor.n.153.& 154.Rim. cons.356.n.27 vide supra amp.31.

3635 1. Sublim. nam in subsidium dabitur primo emptore non soluendo existente; & si esset malæ fidei emptor rem cum fructibus restituere teneretur; quod si primus emptor soluendo fuerit, secundus emptor autem bonæ fidei extiterit, secundus hic non tenebitur Borg.d.n.154.

3636 2. Sublim. & declara vt requisita tutoris authoritas ad actum validandum in integrum restitutionem adhibita neutiquam impediat Odd.de restitutio. in integr.Q.25.n.8.

3637 4.Lim. non procedere quando alienatio à tutore etiam illegitimo facta minori vtilis esset, potest enim minor ei stare si velit Add.ad Bar. in Leum lex.in fine de fideiussor.Borgni.de tutor.n.170,Surd.dec. 69. nu. 24.& sequent. Galganet.de tutel.lib.3. Q.45.n. 5. & sequẽt.& sufficit alterum ex tutoribus verum esse Bertaz.cla.10.glo.2.n.10.

3638 5. Lim. vt licet minor alienationi per tutorẽ nulliter factæ contrauenire possit,& ipsemet tutor minori nomine minoris; secus tamen est quando tutor minori successisset, Borgni.de tutor. n.175.& in patre Pinel. in l.1.part.3.n.73.C.de bon.matern.dixi supra & infra n.3660.

3639 6. Lim. non procedere si alienatio facta esset in executionem licentiæ à testatore concessæ, tunc enim sine decreto valeret l.1.l.fi.de reb. cor. l. 3. vbi Sali. C. quando decre. opus non est. de communi Gomez. de vulg.n.32.vers.quinto facit, si tamen pro mero facto defuncti fieri iusserit Rot.dec.40.n. 5. par. 1. recentis Rol.cons.99.n.46 lib.1.non.tamen sufficeret testantem ea vendere voluisse d.l.1.§.pen.& ex stipulatione testatoris debita non etiam pupilli præstari potest. l. magis puto.§.si pupillus.de reb.eor.vbi Bar.

3640 7. Lim. nam alienatione sine lęsione solemniter facta, emptor tutus erit, licet ex contractu constaret præcium solutum ex confessione, non ex vera numeratione, fructusque tunc emptor velut bonæ fidei possessor, lucrabitur Borg.de tuto.n. 176. Petr. Vnzol.de art.notar.rubr.pubes maior.n.7.

3641 1.Amp. sat esse iuris communis solemnitatem adhibitam in alienatione bonorum minoris, tametsi statutaria fuerit omissa Ceph. cons.316.n.35.sicut venditor pupilli bona sibi hipotecata distrahere volens non tenetur solemnitatem necessariam, vbi pupillus venderet,obseruare l.si pupillorum.§. si pupillus venderet obseruare l. si pupillorum. §. si pupillus. de reb. eor. Ceph.supra n.36. vide supra hoc cap.7. amp. 22. n.214.sed statuti solemnitatem omnino seruandam, siue tutor, minor, vel minoris procurator & mater contrahat Paris.cons.98.lib.1.

3642 2.Amp. vt diuturnitas temporis sufficiat pro solemnitate præsumenda Ceph. cons.316.n.37.& certa 30.annorum iuncta obseruantia solemnitatem præsumi, extrinsecum consensus, beneplacitum & dispensationem etiam super matrimonio Gab. conf. 82. nu. 30.lib.2.Rot.dec.179.par.2.diuerf. 354. coram Ludouis.117.par.2.recentis. vbi etiam extraiudicialem præsumi, etiam non enunciatam nu. 7. & 119. vbi de gratia translatæ pensionis Surd.cons.28.n.15. vbi de alienatione rerum vniuersitatis patientia, & scientia eius interueniente n.99. & 82. vbi requisita ponit in d.alienatione vt solemnitas cursu temporis præsumatur Rot.dec.177.n.8. par. 2. recentis. vbi de vnione obseruantia 90.annis quod a Papa confirmata præsumatur Surd.dec. 231. vbi & si scriptura requireretur. Rot.dec.407.n.2.par.2.recentis. vbi in solitis locari, non requiri beneplacitum subdit Seraph. dec. 1174. vbi etiam solitam locari ait vnica locatione solemni vel duab. cum 40. annorum cursu ex communi Rot. dec.367.n.19.par.5.diuerf.161.n.5.par.2.diuers. Viui.dec.534.n.34.& Pereg.cons.8.n.10.lib.3. de communi Manti.de contract.lib.22.tit.7.n. 17. & in solitis locari non requiri solemnitates, & cursu temporis præsumi vbi requiruntur Rot.dec.463.n.7.d. part. 2. si tamen reseruatum sit cum claus. & non aliter, alias nec alio modo,& requiritur etiam vbi necessarium non esset dec.545. Dec.cons.419. n. 6. vbi licet contra istam præsumptionem admittatur probatio, certa tamen esse debet Affl.dec. 107.n.6. Seraph. priuil. iuram.13.n.10.& cessat præsumptio talis, si extet aduersa Seraphi dec. 671. n 8. vel de contrario constet Afflict.dec.107. n. 5. Rota. in Lucana terrarum 16. Decembris 1613.coram Vbaldo aut desit substantia, vel materia Natt. conf.162.n.27.& coniecturis percipi an de mensa facta sit vt solemnitatib. indigeat Viui. dec.534. Marta dec. Pisa. 81. solita alienari non requirere solemnia, sed substantialia alterari non posse, nec pręsumi cursu temporis de iure cano.nec in pręiudicium tertij non habentis causam ab alienante, & quando instrumento non legitur n. 21. & in ea cui partes renunciare nequeunt Surd.de alim.tit.8.priui. 56.n.112.vide supra lim. 41. subamp. 53. ampliationis 28.sub nu. 3393.cessat etiam præsumptio ex temporis antiquitate oriens si ex instrumento constet illegitime adhibitam Goz.cons.73.n.20.Dec.cons. 409. n.11.Garz.d.c.2.n. 188. præterquam in immemorabili, tunc enim alius titulus præsumitur & allegari potest Cotta.dec.342. in miscella. Garz.de benef.par. 5.cap.1.n.577.in fi. sed si titulus nullus allegetur, immemorabilis non iuuat.29. nu.131. Gonzal.super 8. reg.cancel.glo.18.n.48.& seq. Triuis. dec.55. nu. 69. lib.2.vbi fatius inquit titulum non produci Rot. dec. 175.par.5.diuerf.sed substantialia nõ præsumi Ofasc. dec.173.n.4.Mona.dec.Flo. 21. n. 17. & 23. & Surd. dec.231.n.8.& 21. & extrinsecas nõ enunciatas non præ-

præsumi Mona.dec.Flo.60.solitum tamen nequit alterari Rot.dict.dec.367.

3643 3.Amp.quod si nulliter à tutore alienatio facta sit ab eo ratificari valeat si ex causa necessaria facta sit etiam omissis statuti solemnitatibus & præcij receptione ratificata censebitur Rot.dec.345.n.7. par. 2. recentior.tenuit ratificationem non induci per matrē tutorio nomine agentem sed pro suo interesse, & talē requirit actum qui absque ratificatione fieri nequeat, nec valere nisi cum parte fiat quæ ius ex ratificatione prætendit & iusta causa excludi & dec. 492.nu. 11. d. par. 1.alienationem immobilium non posse ratificari tradit; prout nec censuum nulliter factam ex causa voluntaria per tutorem, nec à matre etiam tutrice ex proprio iure; & dec.678.n.4.d.par. 1. sine solemnitatibus requisitis pro minorib. ac mulierib. se obligantibus cum minore obligationem corruere firmauit.

3644 8. Lim. nā si tutor iusta causa solemniterque viliori præcio vendiderit, estimatione iudicis præcedētia excusatur Rom.sing.80.Meno.cons.387.n.27. Simon.de decret.tit.7.n. 7. nisi manifeste iniusta esset, vel ex publica fama l. fi. vbi glo. & Bar. ad fin. C. de mag.conuen.Simon.d.n.7.

3645 9. Lim. non procedere in his quæ seruando seruari non possunt vt vestes attritæ vel superfluæ, vinum frumentum, & fructus qui triennio consumuntur, dūmodo tutor non minorem quam in rebus proprijs diligentiam adhibuerit Bal.cons.24.n.9. inter cons. vlti. volunt.secus probans si possent seruando seruari Redoan.de reb.Eccle.non alien. rubr.de alienat.rer.quæ seruando seru.non pos.pag. 59.n. 5. & pag. 240. n. 3. Papo.in consuetud.Borbon.§. 183.& de fructibus modò minorem quam in rebus suis non adhibeat diligētiam Ceph.cons.674.n. 6. 7. & 38. post Bal. supra. & cons.163.lib. 5 & Abb.cons.10.n.2.lib.2.Borgni. de tutor.n. 117. vbi probat fructus in publico foro, ac præcio iusto vēdi debere nisi a Iudice taxatum fuisset, & n.226. extantes teneri restituere, triennio autem consumptorum æstimationem præstare sine interesse quantiplurimi; si verò fuerint ante sine culpa consumpti, non tenebitur tutor, secus si eius culpa interueniente tunc enim ad interesse quantiplurimi tenebitur tutor, num. 235. & de fructibus sine decreto distrahendis Gratian. disceptation. forens. 243. num. 62. Nepos à Monte Albano. de exception. artic. 11. num. 15. Petr. Vnzola. de arte. notariat. rubr. pubes maior. num. 7. probans absque solemnitatibus alienari posse, minoremque minime restitui nisi fuerit læsus, vel nisi tutor amicis suis gratum facere voluerit Mantua.sing.569. Lambert. de contract. in fi. n.222.

3646 10. Lim. non procedere quando pupillo vendere necessarium foret vt puta propter æs alienum Afflict. in tit.de pro hibi. feud. alienatio.per Federi.n. 12. Q. 16.pag.304.Rim. Iun. Institut.quibus. alie. licet. §. 1. n.101.& in necessaria non requiri authoritatem tutoris vel curatoris Pereg.de iur. fisci.lib.6.tit.4.nu. 5. veluti pro alimentis Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 45.Galganet.de tut.lib.3.Q.44.n. 6. 7. dummodo decretum interueniat, si dilationem necessitas admittat vt per eos & ex necessitate etiam rei iudicatæ alienationem permitti l.3.§.item quæri de reb.cor.

3647 1.Amp. hoc tutori permitti sine consensu pupilli hæreditatis aditione excepta Ceph.cons.316.n.31. dixi supra.

3648 1. Sublim. vt in alienatione immobilis rei, vel mobilis præciosæ decretum requiratur & aliæ solemnitates Rim.Iun.d.§.1.n.102. Simonc. de decret. tit. 1.Ond.cons.23.n.33.lib.2. & citati in 10. limitatione & supra amp.22. Rot. dec. 40. part. 1. recentis vbi etiam creditores pro solutione instare opus esse.

3649 2. Sublim. non procedere quando tutor illegitimus fuisset Rol.cons.76.n.4.lib.1.Borgni.de tutor. n. 102.Ond.cons.23.n.34.lib.1.

3650 3. Sublim. non posse domum paternam minoris vendere etiam pro ære alieno soluendo Natta. cons. 162.n.10.Rot.Rom.decis.372.n.5.par.1.recent. dixi supra.......

3651 11.Lim. non procedere quando à pupillo venderentur authore tutore §.pupillus Inst.de inutil.stipulatio.l.fin.§ pupillus.de verbo.oblig. Montan. de tutel. cap.31.ast.1.n.18.intellige causa & decreto interuenientibus vt supra. n.......

3652 12. Lim.non procedere in immobilibus periculo subiectis, hoc enim pro iusta causa sufficit quod periculo subiaceant adhuc tamen decreto opos est nisi pater vti legitimus administrator alienaret Pincl.in l. 1. part.3.n.28.& 29.C.de bon.matern.

3653 13. Lim.non procedere quando pro litis exercitio immobilia obligaret l.finali.§.defensionem.C. de administrat.tutor.Simoncel.de decret.tit.6.n.88.

3654 14. Lim. non teneri seruare statuti solemnitates quando tutor contraxit Ceph.cons.315.n. 36. & cōs. 316.n.35.si pro minore vtiliter contrahat Rot.Rom. decis.47.n.3.part.2.recent. vel necessaria sit alienatio & bonam fidem agnoscat dec.545.n.7. 8.d. part. 2. & decis. 31. coram Ludouis. quam vtilitatem probari inquit si pecuniæ fuerint expensæ in rebus minoris aut monasterij pro victu, fructuum recollectione, & huiusmodi quod si puta quatuor coniuncti vltra tutorem exigantur tutor non potest pro eorum altero inseruire Paris.cons.98.n.71 lib.1. Granuc. theo.25. n.4.vbi latè agit de consensu propinqui ex statuto requisito.

3655 15. Lim. nam ratificatio facta per minorem præcium recipiendo quod in sui vtilitatem conuersum fuit,excludit dolum præsumptum tutoris qui solemnitates requisitas omisit Meno. cons. 387. n.30.31.

3656 1. Amp. vt gesta per tutorem in totum non pro parte tantum ratificanda, sint per minorem l.cū quęritur.de admi.tut.vbi glo.& Doc.Rot.Rom.dec.467. n.5.coram Ludouis. & quando amico præcio res plures venditæ fuere Bal.cons.32. & 34. lib. 2. Tiraq. de retract.lig.§.23.glo.1.n.2.in fine.Lamberteng.de cōtract.in fine n.213.nisi præsentia partis necessaria foret quia tunc valeret vt nouus actus & suo fauori censebitur renunciasse qui ratificat in parte.

3657 16. Lim. minorem alienantis hæredem non posse alienationi contrauenire l.cum a matre C.de rei vendicat. Lambert. de contract.in fine n. 262. dixi plenè in tract. de pactis seu contractibus in tit.de pactis realibus passiuis.

17. Lim. nam pupillus alienare potest bona in præiudicium sibi pupillariter substituti, nec tenetur cautionē substituto præstare l.1.§.sed non nullus de tut. & rat. distrah.

distrah.de communi Ias.in l.si à substituto.n.3.de leg. 1.Imo.in l.Marcellus.§.res quæ.n.10.Alex.n.11.Ias. n.8. Soc.n.7.Claud.n.10.ex communi ad trebel.Gail. obs.137. nu.13. lib.2. Intrigl. de subst. cent.1.Q.89. n.27.de communi Fusar.de subst.Q.154.subdit tamen substitutum posse reuocare alienationem cum decreto iudicis sine iusta causa factam Gul.de Bened. in c. Rainutius.in tract. pupillar. n.85.de testa. Intrigl.supra n.30.Fusar.supra n.3.

18.Lim. nam bona fide,& legitimè alienata ex eo non retractantur etiam si tutor non fuerit soluendo l.cum plures.§.1.vbi Bar.de admi.tuto.

19.Lim.in creditore cui pater pupilli bona hipothecauit qui iure creditoris pignus alienare potest. l.1.§.si communis. de reb.cor.

20.Lim.quando immobilia,& annuos redditus adultus curatore carens in præsentia Principis alienaret Rol. cons.54. n.12. lib.2. coram eo vti domino, & iudice contrahentium contractus initus sit n.40.

Venditione autem à tutore validè facta si pecunia domi reperta sit erranter dimissa pupillo restitui debet; si vero vt thesaurus domi esset, dimidia domini domus esset, & alia dimidia inuentoris l.à tutore.67. de rei vendicat.l.numquam.§.thesaurus. de acq. rer. domi. & vtrobique glo.& §.thesauros. Inst.de rer. diuis. est autem thesaurus quædam vetus pecuniæ depositio cuius nō extat memoria vt iam dominum habeat, sic enim eius fit qui inuenit, vt alterius non sit, alioquin si quis aliquid lucri, metus, vel custodiæ causa sub terra condiderit, non est thesaurus, cuius etiam furtum fit. d. §. thesaurus. Couar. in reg. peccatum. de reg.iur.in 6. 3.par. relect. §.2. nu.1.fol.721. & cum in bonis nullius sit, occupantis fit Gutier. de tutel. par.3. cap.26. inferentes quod si reconditi memoria extet, thesaurus non dicatur, nec medietatem inuentor lucretur, & Garzi.de expens. cap.22. n.56. versic. postremò, & inuentorem teneri probare hominum memoriam non extare Barbos. in l.diuortio. §.si fundum n.26. sol.matr.Gutier.supra n.6. sed in proprio fundo inuentum totum inuētoris esse Bonae.de restit. disp.1. Q.3. punto.6. in alieno, dimidium inuentoris casu,non si data opera §.thesauros. Inst. de rer. diuis. sed Rot.decis.359.crim.per Farin.domini esse probat etiam data opera, secus si ab alio inueniretur Ferro. de pręcedent.Eccle.Q.51.

1.Lim. nam arte magica Inuentus etiam in proprio fundo fisci seu Cęsaris est, licet sine ea in proprio fundo totus sit inuenientis; si in alieno data opera domini fundi sit, si casu fortuito inuentor æqualiter cum fundi domino diuidet de communi Couar. supra n.2.& inuentus in loco sacro,vel religioso dimidia inuenientis,& pro alia parte prælati loci erit n.3. ad fi. at si statuto vel consuetudine aliud caueatur statutum seruari debet n.4.de communi Bonacci.supra. in alieno fundo domini consensu inuentum per ignorantem inuentoris in totum, si scienter domini fundi esse probat.

Conductor fundi inuētor medietatem lucratur,& aliam dominus medietatem habebit Nauar.cap.17.n.172. Coua.& Bona.supra n.8.

Dotali fundo inuentus viri inuentoris dimidiam esse vxor aliam dimidiam habebit Burs. cons.209. nu.9. Pacif. de Salui. interd. insp.3.c.4.n.53.& seq. 2.edit. quamuis maritus matrimonio constante totum potiatur vt per eos, & Barbos.in l.diuortio. §.in fundum. n.24.sol.matr.Gutier.d.c.26.n.19. Bonac.supra n.9. sed maritū soluto matrimonio restituere teneri Ferro. d. Q.51. n.8. quem intelligo excepta medietate ad maritum inuentorem spectante.

Vsufructuario pro medietate tantum spectat Bonac. supra n.8.

Contra vt ad vsumfructuarium nil pertineat Pereg. de iur.fisc.lib.4.tit.2.n.14.Ferro.de pręced.Eccle.Q.51. n.8.sed nu.9.respectu inuenientis stat cum prima opinione.

Maioratus possessori vti fundi domino pro medietate debetur ab alio eius fundo inuentus Moli. de primog. lib.1.c.23.n.3.& seq. Garz.d.c.22.n.50.Barbos.in d. §.si fundum n.30.Gutier.d.c.26.n.11.

Feudali vel emphiteotico fundo repertus inter directum, & vtilem dominum diuidetur Bonac.supra n.10. sed ex communiori totum emphiteotæ etiam data opera inuenientis esse Rot.dec.359.crim per Farin.

Ementis fundum in eo thesauram esse scientis thesaurus erit D.Thom.2.2.Q.66. art.5. Nauar. c.17. nu.175. Bonac.supra n.7.

Si cum thesauro singrapha extet vel instrumentum nomen continens abscondentis non fiet emptoris,sed hęredum abscondentis erit, nulla præscriptione obstante,quibus non extantibus veluti rem vacantem capiet fiscus l.1. & pen. C. de bon.vacan.lib.10. Gutier.supra n.4.

Prælatus ratione inuentionis dimidiam consequitur, & aliam dimidiam in terris Ecclesię inuentam vt administrator retinet pro Ecclesia Ferro.supra.

Creditor etiā immissus in possessione impetrato iure dominij ob inuētionem dimidiam lucratur Ferro.d.n.8.

TIT. XIX. CAP. VIII. DE EVICTIONE.

3658 Tutor finita tutela non tenetur de euictione à se vti tutore venditorum dummodo se fuisse tuturē ostendat legitimè constitutum Boer.decis.80. Alb.cons.12. n.9.Borgni.de tutor.n.172.Spino.de testamen.glo.29. n.62. Gutierez. de tutel. par.2.cap.13.n.1.& sequen. amplians in quolibet alieno nomine vendente,ac ratione officij, non expræsso etiam nomine tutorio si de pupilli rebus agatur Montan. de tutel. cap.31. effect. 5. n.4.& infra cap.63. Marcabr. cons.93. nu.17.& Monta. supra. cap.33.n.99.& sequent. & posse tutorem si vtiliter contrahat nomine pupilli de euictione promittere iudicatum refert Ricci.collect.dec.2399. ex Thes.Q.forens.14.lib.3.& idem in curatore,etiam si promiserint simpliciter de euictione Alberi. d. n.9. Phanu.de inuent.par.7.n.168.Marcabr.cōs.93.n.17. Crau.de indem.mul.n.14.& seq. Thes.Q.14.n.3.lib. 3.l.1. in fi.l.post mortem.§.1. C. quand.ex facto tuto. nec minor qui cum inuentario adiuit de euictione tenetur si tutor vendat pro debitis hæreditarijs soluendis, ac de euictione promisit Thes.supra qui dicit ita iudicatum Mangil. de euict.Q.188.vbi idem de alijs nomine alieno contrahentibus.

3659 1.Lim. nō procedere quādo sua bona tutor principalter ac proprio nomine obligasset,vel curator,tunc enim valet obligatio pignoris à tutore vel curatore

facta

facta licet principalis contractus inualidus eſſet l. & ſi is §.pignora C.de præd.minor. vbi Bal. Alberi. Salic. & cæteri.Car.in l.ſi ita ſtipulatus 12. oppoſit. de verbo.oblig.Dec.in l.cum principalis. vbi Cagnol. ſub n. 9.in fine.de reg.iur. Imola. in cap.cum contingat ſub n.18.de iur.iuran.Alex.cons.66.ad finem. lib. 4. Soc. cons.2.lib.2.eſt 154.n.6.lib.2.Cor.cons.6.nu.6.lib.2. Patis.cons.16.n.112.& cons.17.n.22. lib. 2. Neguz. de pignor. primo membt.3.part.princip. n.42. Campeg.de dote in tit.de pact. dotal.quæſit.17.n. 2. Crau. de indemnitat.mulier.n.19.& ſeq & n.39.Borg. d. n. 172.Boer.dec.80.& 273.Tiraq. de retract. lignag. §. 1.glo.13.n.59.Simone. de decret.tit.5.n.28.Crau.cóſ. 583.n.14.Meno.de arbitrar.iud.cas.171.n.77.& cóſ. 58.n.68.Lamberti.de iure patronat.lib.1.pag.118.n. 1.Lambett.de conttact.glo.10.n.47.Spino.ſupra Gutierez.ſupra Montan.d.cap.33.n.107.Simon.de Pret. cons.71.n.6.cons.77.n.16.38.& ſeq.idem ſubdens ſi ſuum officium fuiſſet egreſſus; vel ſe ſuosque hæredes obligaſſet Galgan.de tutel.lib.2.tit.21.n.45. Natta. cons.641.n.1.2.& 10.de communi Afſis.cons.31.verſ. & procurator non tenetur Marcabr. cons. 93. nu. 15. Mangil.d.Q.188.n.10.

3660 1.Amp.d. primam limitationem procedere etiā ſi iſte tutor vel curator minori ſucceſſerit,etenim licet minor alienationi à tutore vel curatore factæ contrauenire potuiſſet,hoc tamen non permittetur tutori vel curatori, qui ei ſucceſſit, cum ex parte alienātis etiam nomine alieno valeat alienatio,ita vt hic alienans dominus effectus cōtrauenire minime poterit cum ex facto ſuo alienatio valida fuerit, quocirca ne ſuam turpitudinem alleget, exceptione ſubmouebitur Bar. in l.cum vir.de vſucapio.Bal. in d. l. & ſi is. Crau de indemnita.mulier.n.14 & ſeq. & n. 21. Borg. de tutor. ſub n.175.Simone.d.tit.5.n.30.vide ſupra n.3638. & hoc caſu iure actionis de euictione non tenetur ſed exceptionis, niſi proprio nomine promiſiſſet tunc enim iure actionis de euictione teneretur Crau. ſuper. Q. de indem.mul.n.20.& ſeq.vbi latè agit & cōtraria tollit.

1. Sublim. non tamen obeſſe minori vel principali adminiſtratoris obligationem propriam ſi cōtractus reſpectu principalis nullus exiſtat glo.communiter recepta in d.l.& ſi is verbo ſanè.in 3.ſol. de cōmuni Alex. cons.66.in fi.lib.4.& in l. 1. in fi. C. de fideius. minor. Nati.ad Alex.d.cons.66.n.2.

2. Sublim.vt infra n.4419.

3661 2.Lim.non procedere in alienatione non neceſſaria, tuncque tenetur tutor præciū reſtituere niſi in vtilitatem minoris conuerſum probet l. prædiorum vbi glo. & docto. C. de præd. minor. Simon.de Pret.cons. 77.n.16.Montan.d.c.33.n.109.& ſi ſine iuſta cauſa & ſolemnitatibus facta ſit Mangil.ſup. n. 12.

3662 3.Lim. non procedere quādo tutor legitimus alienauit, ſed in alienatione non interuenere ſolemnia, nam ſi tunc minor ſua bona alienata vēdicet tametſi tutor qui ſua bona non obligauerit de euictione non teneatur ſecus tamen erit, ſi etiam ſua bona obligaſſet, quod ſi tutor illegitimus foret tenebitur, quamuis præcium in vtilitatem minorum fuerit conuerſum vt probat Borg.ſup.n.172.& 173. licet ipſe diſſentiat, & emptorem ad ſolius præcij reſtitutionem teneri dicat. Rol.cons.60.n.38.lib.4.& Gutierez.ſupra n.3. ſolemnitatibus non adhibitis, & neceſſitate ceſſante teneri probant pro quo in minoris vtilitatem conuerſum non fuerit.Simon.de Pret.cons.77.n.16. Monta. ſup. n.109.Boer.dec.80.n.4. Lamberteng.ſupra Lamberti. de iure patro.17.art.1.Q.princ.2.part.1. lib. illegitimum ex dolo teneri probantes.cum Borg.tamē diſſentit Simone.ſupra.n.32.Mang.ſupra.

3663 4. Lim. non procedere in protutore Simon. de Pret.cons.71.n.7.ſubdens expenſas non recuperare. & quando tutor non eſset. cons.77. n. 37. & 38. Mangil.ſup.n.22.

5. Lim. quando id promitteret quod tutori & curatori minimè conueniret, tunc enim proprio nomine teneretur Alba.cons.12.n.9.

Si verò cauſa agatur pupilli debet ei cum tutore denunciari l.ſi dictum.56.§. pupillo. de euictio. Mangil. de euictio.Q.4.n.15.

Et in dubio tutor nomine pupilli fuiſse cenſetur id ad quod tenebatur pro pupillo vel minore tutor & curator, licet ſuo nomine fecerit, etiam officij nomine ſuppreſso, & de pecunia pupilli emiſse præſumitur Mangil.ſup.n.13.& ſeq.

TIT. XIX. CAP. IX.
DE PACTIS POENALIBVS.

3664 Pœnalia pacta non poteſt tutor apponere in contractibus pro minore initis Bal.in l. pactum curatoris circa finem & ibi Salic.ſub n.2.verſ.ex hoc inferunt C. de pact. Thob.cons.15x.n 11.Cur.Iun.cons. 189. nu. 15.16.Simonc.de decret.tit.6.n.163.& de communi teſtatur Matte.Cunno.de pact.lib.1.cap.20. n. 24. & ſeq. poſt Kircho.commun.opinio.cent.5.conclus. 73. dicam infra cap.24.

3665 Contrariam opinionem cōmunem dicit Villalo. comm.opi. lit.T.n.126.ſed citat Cur. Iun. cons. 148. n.5. qui id non probat Aduocat.cur March. cōs.150. n.33.lib.1.cons.crim.in magnis.Cur. Inn. cons. 146. n.4.& ſeq. ſecus in minore probans.

3666 1. Lim. primam opinionem non procedere quando pacta apponi etiam pœnalia ſolita eſsent Cur. Iun. d.conſ.189.n.18.19.

3667 Contrarium probat Matt.Cunno.ſupra nu. 26. & ſequent.

TIT. XIX. CAP. X.
DE SOLVTIS ILLEGITIMO TVTORI AC ETIAM LEGITIMO.

3668 Tutori illegitimo qui vendidit ſolui poteſt, & talis ſoluens non poteſt à pupillo moleſtari ſi decretum interuenerit Anch.cons.223.n.1.Afflict.decis.147. Borgni.de tutor. n.272.Anch. Q.31. lib.2. vbi de reſtitutione depoſiti Burſat.cons. 113. n.31. pro vt etiam liberatur ſi legitimo tutore cum præſentia coniunctorū pupilli & iudicis decreto ſolutio facta fuerit l. Lucius 2. §. tutelæ & §. final. de adminiſtratio. tutor. l. 1. C. ſi aduers.ſolut.Rot.Roma.decis.659.n.2.part.1.recentior.Ricci.collect.decis.2278. & idem ſi tutori Surd. dec.229.ſecus in ficta ſolutione probans; & liberatur ſoluens & tutor ſoluendo ſit Thes.Q.39. lib. 3. Ricci. ſupra & quando publice tutor cenſebatur Rot. dec. 714. part.1.recentis.322. par. 2. & idem ſi curatori ſolutio facta ſit Surd.dec. 229. n. 7. ſiue talis eſset vel con-

contraxiſſet, licet is qui ſoluit ſciret pecunias ad aliū pertineri, & patri legitimo adminiſtratori tutori curatori ac prælato rectè ſolui Natt.conſ.543.Rim.Iun. conſ.506 n.22.507.n.33. Guid Pap. dec 173. vbi de canone ſoluto ei qui generalis procurator cenſebatur domino ſciente Mattef. ſing. 30. vbi de procuratore cum libera non tamen marito Din. ſing. 172. Rot. deciſ.253.n.7.par.1. recentior. vbi de procuratore, & ſolutioni adiecto 292.par.2. vbi de dote ſocero ſoluta, & de facta ei qui tutor cenſebatur 639.par.1. t 39.coram Caualer. vbi non poſſe ſolui procuratori ad lites ſed generali ad vendendum vel locandum Rot. deciſ. 180.par.2.recentis. vbi de facta exactori etiam ſi poſtea ei furto auferatur ex Dec. conſ.473.n.9. Pereg. ob iure.fiſci.lib.6.tit.7.n.20.ſed patri non poſſe ſolui. Guid.Pap.dec.526. & ſing.314. Medic.esam.42. & & dec.68. coniuncto ſolui non poſſe niſi eſſet adminiſtrator vt pater in aduentitijs,vel niſi contractus cum eo celebratus eſſet, & falſo tutori rectè ſolui maximè ſi ſe gerebat publicè vt tutor;adiecto autem,& creditori creditoris, & tutori ſolui poſſe, & debitor liberatur ſi pecunia non ſit amiſſa, vel pupillus non ſit damnificatus alias in integrum reſtituitur, & conſtare debet de ſolutione, nec ſufficit tutoris confeſſio de recepto maximè proprio nomine facta, ſi autem eum decreto vel iudicis iuſſu ſoluerit pleniſſimè liberabitur, per tot. ſed tutori ſolui poſſe etiam finita tutela ſi cum eo contractum ſit,& ſoluendo ſit Theſ.A.39. lib. 3. & ei cum quo contraxit ac deponenti rectè ſolui niſi iudiciale eſſet quia tunc iudicis licentia opus. Rot.dec.2.coram Buratto.

3669 1.Lim. vel potius ſecus eſſe dicas in tutore illegitimo cum quo ſoluens minimè contraxit, tunc enim ſoluens minimè liberabitur. l. vero pro curatori, & l. quod ſi fortè,de ſolutio. Burſ.conſ.113.n.31. non obſtante interlocutoria iudicis quod aſſertus tutor creditor ſit non cōcurrentibus his de quibus per Garrat. conſ.89. n.15. & ſeq. Inter conſ.vlt.vol.niſi ratum habiturum pronunciaſſet vt ibi.

3670 2.Lim. non procedere quando à tutore emens, & ſoluens tutorem illegitimum eſſe non ignorabat,tunc enim non liberabitur Bar. in l.cum quis.de ſolution.& in l.quod ſeruus.de poſit.Borgni.de tutor.n.272 circa medium Bertaz clauſ.41.glo.2 n 2.

Contrarium tenet Aneh.Q 31.n.9.lib 2.

3671 3.Lim.quando tutori curator ſubſtitutus fuit tunc enim tutori etiam legitimè cōſtituto ſolui non poteſt cap.is qui.de procurator. in 6. Tenni cant.209.nu.2. quamuis non requiratur conſenſus ſubſtituti hæredis Bal.conſ.197 lib.1.

3672 4.Lim. non procedere quando pecunia non fuiſſet in vtilitatem pupilli conuerſa l.debitores. de ſolution. Rota.Rom.deciſ.535.n.7.par.1.recentior.Surd. dec.229.vbi quando curatori ſolutio facta eſſet n.34.

3673 5.Lim. nam tutori,& curatori etiam legitimo ſoluens non liberatur pleniſſimè niſi cum decreto iudicis ſolutio facta ſit, vel niſi ſolutum extet,vel minor locupletior effectus ſit; & vbi iuſſus iudicis præcedit, proteſtatio partis requiritur cum cōtradictione quodque præcium in ſtabilibus conuertatur Gomez. variar.reſolutio. tom 2 cap.14 n.4.Cenci.de cenſi.par.2.cap.2. Q.2.artic.3. n.10.& ſequent. Soc. Iun conſ.81. lib.2. ſi autem non eſſet tutor ſolutio etiam ſpeciei ſoluentem minimè liberaret vt per eum eſtque conſilium deciſiuum Cabal. conſ.26 n.1. & 2. par.1 qui probat actori a tutore conſtituto non rectè ſolui, & minorem agere poſſe contra tutorem ceſſa actione tutori, minori etiam factam ſolutionem non liberare ſoluentem, niſi iudicis iuſſu facta ſit, quo etiam caſu ſi ſciat, vel ſcire debeat ſoluens minori ſoluere appellare tenetur; ſecus ſi id ignoraret. Ang. in l 2. n.11. de appellatio recipien. Guid. Pap.ſing.95. Iacob. a Canib. de executor de vltima.voluntat. par 2. nu.5. & Soc. Iun.conſ.116.n.11.lib.2. qui dicunt ſoluentem pupillo cum tutoris authoritate, & iudicis decreto pleniſſimè liberari, alioquin ſecus niſi pecunia extet penes minorem quæ per ſoluentem repeti queat,tunc enim dabitur exceptio doli; & minori reſtitutio denegabitur ſi res alias emenda ex pecunia ſoluta minori empta ſit, quamuis perierit, ſicque ſoluens plenè liberatur; plenius autem ſi minori ſoluat tutoris vel curatoris authoritate ſed reſtituetur minor ſi pecunia de perdita ſit, vel conſumpta facilitate vel culpa ipſorum; pleniſſimè quando iudicis præcepto ſoluitur nec in integrum reſtitutio concedetur de communi teſtatur Gutier de tutel. par.2.cap.22. quamuis ipſe cum Vaſq. & Molina. contra communem teneat ſoluentem minori cum tutoris authoritate pleniſſimè liberari etiam ſine iudicis præcepto, nec reſtitui præſertim in ſolutione fructuum, ſeu affictuum, niſi ſolutio facta ſit minus re, loco, tempore, aut cauſa, vel male aliter, aut veriſimiliter conſumpturo citò. poſt Odd de reſtitution.in integrum. Q.52. Sanchez. de matrimon. lib.6. diſputat.38.num.31. Rot.Rom. deciſ.722. n.1.& ſequent par.1. diuerſo. quæ probat ſolutionem tutori factam non operari pleniſſimam liberationem niſi præcio iudicis præcepto in iudicio contradictorio. aliàs perdita pecunia minor in integrum reſtituetur idem dicens ſi pecunia ſit perdita facilitate minoris, ſiue culpa curatoris, & ſiue pecunia ſit perdita vel difficilis exactionis cum difficultas, & impoſſibilitas æquiparentur n.6 & deciſ.715.n 1. cad. par.1. ſoluentem tutori liberari firmauit indubium dicens. vide infra cap.64. Munnoz de ratiocin. cap 40. vbi tutorem ſoluentem reliqua minori ſine curatore plenè liberari ope exceptionis ſi in vtilitatem minoris conuerſio facta ſit; & pleniorem ſi authoritate curatoris ſoluerit; pleniſſimam ſi iudicis authoritate ſoluerit qui in ſcriptis quietationes fieri debere ſubdit, & ſi factæ non ſint, minores ad eas faciendas poſſe compelli, imo ſi eam facere detrectent à iudice fieri poſſe Papien. in form. lib. ad redd. rat. tut. glo. & curatores. nu.11. ſoluentes tutori non liberari perfectè ſine iudice ſecundum diſtinctionem l.1.C. ſi aduerſ. ſol. ſed quo ad affictus ſoluentes tutori liberari ex l. ſancimus, & l.conſtitutionem C. de admin. tutor. Fab. de Anna. conſil.49. vbi de plena pleniori, & pleniſſima vt ſupra præſertim ſi a tutore vel curatore recepiſſet qui ei ſoluit; idem dicens de ſolutione facta curatori mente capti Bal conſ.45. lib.4. errore vel dolo ceſſante generaliter liberatos ita vt nequeant vlterius conueniri plenè liberatos cenſeri ait. eſt tex. in §.at ex contrario Inſt. quib. alie. licet. decidens debitorem ſoluentem pupillo cum tutoris, & iudicis authoritate pleniſſimè liberari, ſi ſine eis ope exceptionis ſi pecunia ſalua ſit, vel pupillus

num. 361. posset enim ad pinguiorem furtunam deuenire ideo non est expræssa facienda remissio.

3692 9. Lim. non procedere quando liberatio à tutore facta fuisset animo nouandi, habet enim administrationem cum libera Ias.in d. l. pactum curatoris, n. 4. in fine. Cuno.sup.n. 10.

3693 10. Lim. procedere quando tutor haberet donandi potestatem vt in pluribus casibus de quibus Alex. in d.l. pactum curatoris, n. 3. Cur. Sen. nu. 5. Rimin. n. 2. Gail. obseruation. 72. n. 8. lib. 2. Cuno. supra. n. 13. 14.

3694 11. Lim. non procedere quando tutor pro minore de rato cauisset, tunc etenim ratum non habente minore, tutor ad interesse tenebitur Cuno. supra. nu. 15.

3695 12. Lim. non procedere in reciproca remissione l. de fideicommisso. C. de transact. Montan. supra n. 356.

3696 13. Lim. non procedere quando tutor canonem reciperet ab emphiteota, tunc enim caducitatem in causam remittere censeretur Modern. in consuetud. Parisien. §. 14. Monta. supra. num. 376. quod non censeo verum quia continet remissionem iuris minori quæsiti ex lege vel pacto.

14. Lim. nam tutor potest debitum liquidum remittere vbi debitor esset pauper & pupillus totum perdendi pericul ? subiaceret nisi tutor componeret Alex. ad Bar. in l. id ab vna. C. de anno. & tribu. lib. 11. & Paris. ad Bar. in l. pactum curatoris C. de pact. Cancer. var. resol. tom. 1. c. 7. n. 119.

TIT. XIX. CAP. XII. DE INITIO TESTAMENTARIÆ TVTELÆ.

3697 Testamentaria tutela à die aditæ hæreditatis etiã ab vno ex pluribus hæredibus exordium sumit l. si nemo. de testament. tutel Gutierez. de tutel. part. 1. cap. 5. num. 14. ad. quam adeundam dabitur tutor. num. 15. & statim cum se tutorem vel curatorem datum agnouit Scrad. de feud. part. 10. sect. 20. num. 1. & sequent. vbi amp. & lim. vide supra tit. 3. c. 1.

3698 1. Amp. & declara vt suitate sicut aditione tutelæ datio confirmetur filij namque commodum concernit Bar. in l. filius. num. 6. de vulga. de communi testantur Alex. num. 23. Soc. num. 29. Ias. num. 19. & Gutierez. supra. n. 14. quando tamen in persona eius suitas remanet, cui tutela datur ex communi post Ang. de suitat. Q. 9. n. 17.

3699 2. Amp. vt agnatus proximior intra quatuor menses à Iudice petere debeat se in tutorem, & curatorem admitti, alioquin dicto tempore elapso non admittieretur. auth. præsbiteros. secunda vbi Bar. & Salic. C. de Episcop. & Cler. Alex. cons. 140. num. 5. lib. 1. Dec. cons. 16. n. 7. Borgni. de tutor. nu. 200. Gutierez. d. part. 1. cap 8. n. 63.

3700 1. Lim. nam sub conditione datus non nisi conditione purificata incipit esse tutor & tunc potest excusationem proponere Bar. in l. si cui. num. 19. de legat. primo. Piag. de tutor. Q. 14. num. 2. Gutierez. supra. n. 19.

3701 2. Lim. non procedere in matre in qua requiritur monitio Ferret. cons. 312. n. 10. 11.

3702 Contrarium vt intra quatuor menses à die scientiæ tutelam & curam petere debeant, alioquin non admittantur Borgni. de tutor. num. 200. Gutierez. d. cap. 8. num. 63. vide infra. tit. 25. de excusation. tutor.

TIT. XIX. CAP. XIII. DE MATRIMONIO AC DOTE PVPILLI.

3703 Matrimonio collocare pupilli tutor ac dotare tenetur competenter Io. And. ad Specul. de iudici. §. generaliter. n. 32. lit. F. Alberi. Bal. & Ang. in l. qui sine de nego. gest. Lap. in cap. per vestras §. 3. n. 22. de donation. inter vir. & vxor. Marcabrun. cons 97. nu. 54. Rebuf. de congrua. portion. num. 64. Plot. de in lit. iuran. §. 5. num. 24. Borgni de tutor. num. 275. Gutierez. de tutel. part. 2. cap. 11. Galganet. de tutel. lib. 3. Q. 50. n. 1.

3704 1. Amp. vt pupillam in vxorem digno dare debeat alioquin ad interesse teneatur pupillæ soluendum Rebuf. in concord. pag. 725. Gutierez. sup. n. 11. Galg. sup. n. 9.

3705 2. Amp. vt si pater filiæ dotem legauerit, eam tutor statim ab hæreditate separare queat l. Titio §. fin. de conditio. & demonstrat. Laurent de Palat. de succes. part. 3. n. 29. ex mente Reuard. de Malumbr.

3706 1. Lim. non tamen teneri tutorem totum patrimonium in dotem dare Gutierez. supra Galganet. supra. n. 2. sed inspecta loci consuetudine, qualitate pupillæ, & quantitate bonorum. l. quæso. de iur. dot. Moli. de primog. lib. 2. cap. 15. n. 39. 40. Munnoz. de ratioci. c. 22. n. 60. & minor. si se dotando circumuenta restituetur & eius hæres. l. 1. C. si aduers. dot.

3707 2. Lim. vt si plus quam foret in bonis pupillæ extraneus in dotem, non dolosè, ac scienter nec se proprio nomine obligando, promiserit, de proprio minimè teneatur l. cũ post mortem. §. 1. de administratin. tutor. & ibi communiter. Docto. vbi idem de curatore quãuis ascendens de suo supplere teneatur etenim naturali ratione donasse censetur. Lup. in rubric. de donation inter vir & vxor. §. 66. n. 16. 17. Galganet. supra subdens rem communem in totum dedisse videri. quod si minor dederit vel promiserit vltra vires patrimonij, quod excedit non valet Bul. Nouel. de dot. pact. 6. priuil. 41. Intrig. sing. 89. n. 68. lib. 3. & non valere etiam si dolo decepta sit n. 67. & Bal. Nou. supra priuil. 40. sed si vltra competentem à patre dotem relictam tutor dederit de proprio tenebitur quod plus promisit l. cum post de admi. tuto. Cast. in l. procurator qui pro euictione n. 4. ad fi. de procur. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 7. n. 130.

3708 3. Lim. vt munuscula ex liberalitate facta, dataque tutori non sint restituenda pupillæ quamuis illud ei restituendum sit quod ex pacto traditum fuisset. Gulielm. de Ludo. sing. 41. Borgn. de tutor n. 277. Gutierez. supra n. 10. Galganet. supra n. 9. post Lup. in cap. per vestras. §. 3. n. 22. de donat. inter vir. & vxo. pag. 317.

3709 4. Lim. nam si impuberem matrimonio collocauerit, contra tutorem iniuriarum actio detur, & in loco tuto pupilla debeat collocari Franc. Marc. dec. 70. & 71. part. 1. Galganet. supra. n. 10.

3710 5.Lim. non posse vltra dotem tutorem alia donare nisi prout consuetudine seruaretur Bar. in l.tutor. §.final. de administratio. tuto. nisi iussu iudicis sing. 70. Borg. de tutor. n.276.

3711 6.Lim. non posse dotem in immobilibus tutorem sine decreto constituere, quamuis eam testator legasset, præsertim vbi extaret statutum de lucro dotis Bal. Nouel. in l.1. nu.385. solut. matrimon. Surd. decis.278. Gratian. discep.367. Mago. decis. Flo.34. n.1. vbi de mobilibus, & immobilibus Rot. dec.586. par.2. recentis. vbi sublimitat quando ratificatio mulieris sequeretur puta contracto matrimonio, nec ipsa puella dotem sine decreto, & curatoris authoritate si minor sit in immobilibus maximè constituere potest Manti. de contract. lib.12. tit.13. n.15.

Amp. nec minorem eam in immobilibus constituere posse sine decreto stante statuto de lucro dotis Monta. de tut. c.35. n.418. Gall. de execp. suce. tit.4. execp. 11. n.118.

3712 7.Lim. nam si pupilla matrimonio collocetur, cōsensus propinquorum adhiberi debet, quibus discordantibus, quid sit pupillæ vtilius iudex arbitrabitur, tametsi puellam suam voluntatem declararet, si autem adulta sit, ac mobilis ætatis, & suam voluntatem exprimat, tunc consensus tutorum non curatur, nec etiam consanguineorum l.1. l. in copulandis. C. de nupt. Marcabr. cons.97. nu.52. & sequent. quod est cons. decisiuum Colleg. Ferrar. nisi ad tutores, curatores, aut propinquos se remitteret, quia eis tunc esset standum, iudici verò illis discordantibus nu.60. & sequent. & si nutrix relicta sit vsque ad maritationem dictio vsque stabit inclusiuè n.70. & sequent. & cons. 96. per totum, & si tutoris, & consanguinei consensus ex statuto exigatur sufficit absente altero præsentem consentire Soarez. tit. delas deudas. nu.18. & si discordent iudex quod vtilius erit eligere debet n.22.

3713 8.Lim. non posse dotem etiam in pecunia, & cum decreto puellæ constituere, quam pupillus dotare minimè tenebatur Bal. Nouel. in d.l.1. n.385. vt puta sorori ex alio patre natæ etiam si aliter nubere minimè posset Roma. cons.425. n.1. versic. tertio.

3714 9.Lim. & declara. nam dos per tutorem data in dubio ex bonis pupilli per ipsum administratis data censebitur nisi de contrario constet Rota. Roma. dec. 722. n.7.8. par.1. diuerso. ex glo. & omnibus in l.final. C. de dot. promis. & in patre filiam dotante Mascar. conclus.1155. vbi amp. & sublim. multifariam Medic. exam.34. n.36. & 37. & 50. vbi idem in fratre tutore, secus tamen est in patre.

3715 10.Lim. nō posse dotem sorori pupilli ex alio patre natæ dare quamuis aliter nubere non posset l.cum plures. §.cum tutor vbi glo. verbo. pupilli. de administratio. tutor. Montan. de tutel. cap.32. reg.9. n.160.

TIT. IX. CAP. XIV.
DE PVPILLO GERENTE AVTHORE TVTORE.

3716 Pupillus tutore authore gerere potest, gestaque valida erunt l.Imperatores. de authorit. tutor. Montan. de tutel. cap.30. n.1. & sequent. qui si maior infante sit in contractu tutoris interuenire debet. l. obligari. de authori. tuto. l. pupillus. si Pari. de acqui. hered. Pereg. cons.74. n.4. lib.3. post Soc. cons.24. n.45. lib.1. vide infra cap.77.

3717 1.Amp. vt possit debitorem delegare non tamen tutori l.potest. de authorita. tutor. Montan. supra n.3.

3718 2.Amp. vt alter tutorum pupillo cum tutore alio contrahenti authorari queat nisi vnius authoritas non sufficeret l.quod diximus. §.si duo. de authorita. tutor Montan. supra n.4.

3719 3.Amp. vt si pupillus mutus esset, ac taceret, ab eo gesta authore tutore valeant l.impuberes. de authorita. tutor. l.muto. de tut. Monta. supra. n.5. etiam si tutor secus esset l.etiam. 16. de autho. tuto.

3720 4.Amp. etiam si tutor instrumentum minimè subscripserit l.inter pupillos. de authorita. tutor. Montan. d.cap.30. n.5.

3721 5.Amp. etiam si cum absente pupillus contraheret authoritatem non exaudiente l.obligari. §. final. de authorita. tutor. Montan. d.n.5.

3722 6.Amp. vt in causa graui minor authore tutore procuratorem constituere possit. l. neque tutores. C. de procurator. Petr. Stella. in l.nequicquam. §. vbi decretum n.13. de offic. procons. Monta. supra n.6.

3723 7.Amp. vt infans qui fari possit, vel si fari nequeat illud non ætatis defectu procedat, sed aliquo vitio, ea tutore authore gerere possit, quæ & muti possunt. l. seruo inuito. §. si pupillo, ad Trebel. Montan. supra nu.8.

3724 1.Subamp. vt etiam sine tutore, & curatore modicæ rei possessionem naturalem acquirat ad quam intellectum vel affectionem habeat. l. donatarum vbi Doc. C. de acq. possess. Montan. supra n.10.

3725 2.Subamp. vt infans qui nihil intelligit, si fari possit, negocium omne gerat authore tutore l.in negocijs. de reg. iur. l.1. §. furiosum. de actio. & oblig. l.pupillus. de acqui. hæred. Montan. supra n.11.12.

3726 8.Amp. vt etiam in iudicio cum tutore esse possit, est enim in tutoris electione per sè solum, vel authorando, pupillum defendere l.1. §.sufficit. de administratio. tutor Mōtan. supra n.13. & 14. vbi etiam prætorias stipulationes, nec non & extraiudiciales facere posse, quamuis infans nisi maior septennio stipulari neutiquam possit nu. sequent. per l.seruum, rem pupil. saluam fore.

3727 9.Amp. vt sine tutore suam conditionem pupillus meliorem facere possit; deteriorem vero secus nisi authore tutore Instit. de authorita. tutor. in princip. & l.obligari. §.pupillus. eod. tit. Montan. supra n.96. & sequent. nec nauem exercere potest l.1. §.exercitorem. de exercitor. actio. Montan. supra. n.106 nec hæreditatem adire ex communi. n.107. & sequent. subdens post Port. in §.1. n.7. Inst. de authorita. tutor. & Bellon. cons.24. nu.16. de communi testantes non posse etiam opulentam hæreditatem adire, nec etiam tutorem absque pupillo infante maiore, nec posse tutorem opulentam hæreditatem sine decreto repudiare §. neque. Inst. de autho. tuto. Bal. in l. bonorum. 7. nu.5. C. qui admitti Tiraq. de retract. lignag. §.1. glo.7. n.83. dicam infra cap.32 nec solus pupillus bonorum possessionem agnoscere potest l.more. de acquiren. hæred. §. neque Instit. de authorita. tutor. quamuis soli tutori permittatur Aret. in §. 1. num.7. Institut. de authoritat. tuto. de com-

de communi testatur Mōtan.supra.n.122.& sequenti. vide infra n.43.44. & maiorem infante vel infantiæ proximum posse alium sibi obligare etiam sine tutore; sed alij nisi pubertati proximus sit,& tutoris adhibita authoritate nō obligari, filij familias verò etiam cum patris consensu si impuberes sint non obligantur § pupillus vbi Aret.& alij Inst.de inut.stipul. Soarez. tit. de las deudas. nu.29. dicens ingressu possessionis per tutorem,& pupillum infante maiorem aditionem fieri legitimè,& n.30.31. Pereg.dec.100.n.4.

3728 1.Lim.9.ampliationem quod attinet ad pupillum non procedere quando obligatus non maneret, vt quia alteri restituere debeat, tunc enim solus pupillus adire posset Alex. cons.234.lib.6.Soc.cons.80. n.10. lib.4. Dec. cons.331. & in l.bonorum 7. n.10. C. qui admitti. Corset.sing.verbo.pupillus. Monta. de tute. cap.30 n.125.

Manutentio posessori ex locatione cum receptione pẽsionum præsertim titulato datur, non etiam præcario Rot. dec. 27. par. 5. diuers. nec datur ex quasi possessione iuris patronatus defuncti quæ in successorem non transit actualis enim præsentatio requiritur effectuata dec. 35. vbi etiam non posse testatorem suo constituto pessesionem transferre nisi hæres eam appræhendat, nec posse iudicem sine actuali appræhẽsione eam transferre, licet statutum posit, quia lex fingere potest nu. 21. & sequent. nec etiam datur ei cui ius resistit, si tamen resistentia sit vehemens & ineuitabilis decis. 53. nu. 7. 265. n. 38. & à Papa prouisus non impeditur per prouisum ab ordinario decis. 66. d. part. 5. vbi etiam de vacante apud sedem, licet ab ordinario prouisus si sit in posesione audiatur in posesorio nu. 8. & datur in statu quo reperitur tempore motæ litis & si probetur 10. pro residuo 300. soluta datur pro 300. annuæ pensionis decis. 76. data a Iudice rite & rectè manutenetur, & ciuilem habens si in naturali turbetur decis. 79. & in precedentijs consuetudo attenditur & si iuri repugnet, quia posesio licet contra ius sit attenditur, & manutenetur si considerabilis temporis sit, nec non & iure familiaritatis & facultatiua si sit multorum actuum, ac multi temporis, & ordinarius præcidit controuersias in procesionibus incidẽdi datur autem appellatio deuolutiua in cuius gradu manutentio datur. decis. 85. d. part. 5. & solam ciuilem quæ animo retinetur manuteneri, ac posesionem expulsione probari, & locationibus cum adminiculis, qua non priuat executor nisi ritè ac rectè procedat citato posessore tam ciuili quam naturali dec. 91. renuncians etiã titulo si posesioni incumbat manutenetur & detentionem talis qualis sit superueniente nouo titulo bonam posesionem fieri decis. 108. n. 7. 9. d. part. 5. instrumentalis etiam manutenetur alio non existente in posesione, & antiquior non iunior, nec manutenetur immissus à Iudice qui rite & rectè non procesit, sed contra sic immissum manutentio datur, eique qui ob reuerentiam literarum Apostolicarum alium posidere pasus fuit & metu censurarum si ita expresse declarauerit ac protestatus sit, retinet enim ciuilẽ animo quæ sufficit ad effectum manutentionis decis. 110. d. part. 5. non tamen manutenetur à iudice non bene procedente spoliatus si se pro spoliato habeat quod tamen non præsumitur. decis. 115. n. 1. & 263. nu. 3. 284. nu. 14. d. part. 5. & si se non habuerit pro spoliato manuteneri probant. & ad effectum manutentionis vnica sufficit exactio, & prædo etiam & spoliator manuteneri debet, & de facto posesio sufficit vt ad statum manuteneatur nu. 9. & sequent. ratificatio mandato comparatur & sufficit ad acquirendam posesionem manutenibilem Rot. deis. 630. nu. 7. coram Caualer. & decis. 187. part. 1. recentis. manuteneri probat spoliatum à Iudice minus rite minusque rectè procidiente si se non habuerit pro spoliato quod ex contradictoribus præsumi ait & decis. 113. coram Coccino. vbi ciuilem manuteneri contra naturalem occupantem & 239.

Manutentionis mandatum anteriori posesori datur etiam si possesio instrumentalis sit alio in posesione existente, & sufficit posesionem Ecclesiæ adeptam vt eius bonorum acquisita censeatur; & iunior posesor antiquiori non obest vitiosa enim & clandestina præsumitur nisi probetur antiquior, & capta vigore sententiæ nullæ puta post Rotalem inhibitionem non manutenetur præsertim si in ea quis declaretur intrusus & appellarit protestans se nolle haberi pro spoliato ex quo non censetur sua posesione priuatus Rot. decis. 14. coram Coccino. & decis. 30. & decis. 51. instrumentalem prouisi Apostolici contra posidentem infecta posesione ex directo irritanti manuteneri & 113. 239. & 185. vbi subdit posesionem ad effectum manutentionis continuatam præsumi vsque ad tempus motæ litis, nec sententiam non executam, vel à qua sit appellatum manutentionem impedire & decis. 212. vbi etiam posesionem in cathedrali vel collegiata capitulariter capi debere. & canonicatus. sed sufficit capta aliter, fecisse actus canonicales sciente capitulo decis. 235. nu. 11. & à procuratore capta sufficit speciale mandatum habente in beneficialib. decis. 325. & 486. intrusus tamen lite pendente licet anterior non manutenetur. & decis. 490. actus posesoris capitularis etiam non effectuosus per canonicum, in posesione constituere quo ad eos per quos fuit admisus, per actus autem particulares iure familiaritatis non acquirit vniuersalem. dec. 497.

Datur etiam existenti Episcopo in quasi possessione exercendi iurisdictionem criminalem in monacos Rot. dec. 26. coram Coccino. & causas criminales & matrimoniales. dec. 471.

Successori etiam datur ob possessionē antecessoris Rot. decis. 86. & 380. coram Coccino. & 125. vbi subdit possidentem manuteneri etiam post sententiam contra latam si ab ea appellarit & clausulam saluo iure consequendi residuum præseruare iura ad effectum manutentionis, & clausulam dummodo remaneant centum pro rectore non esse iustificandam à pensionario in summarijssimo. successor autem possessoris defuncti non agit recuperanda decis. 309. 452. 490.

Manutenenda possessorio datur pensionario contra eum qui pensioni consensit, & contra successorem non consentientem constito de litteris reseruatorijs & de quasi possessione exigendi pensionem siue pura siue conditionalis sit reseruatio, nec opus est ostendere literas espeditas, sed sat est reseruationem per supplicationem Garz. de benef. par. 1. cap. 5. num. 442. & 454. & sequent. Rot. decis. 287. num. 1. part. 5 diuerso. At si actor in possessione exigendi non existat, & pensio sit conditionalis & possessorio contra eum agatur qui reseruationi consenserat, conditionis implementum probare debet, sed in petitorio contra eum qui pensioni non consensit actor pensionis reseruationem pure vel conditionalis concessæ iustificare debet; & idem quod conditio; efficit claus. vt asserit. Rot. dict. decis. 287. & decis. 359. directo. domino manutenendam ob ciuilem datur pro naturalis recuperatione contra hæredes emphiteutæ linea finita, vel vsufructu extincto si clara sit deuolutio, secus si dubium sit an linea sit finita, hoc enim casu hæredi qui possessionem cœpit manutentio datur, & Ecclesiæ directæ dominæ probari dominium inquit inuestitura iunctis adminiculis canonis diutius soluti & si vltra 30. annos etiam contra tertium, & locationis enunciatæ instrumento inuestituræ, ex enunciatione per emphiteotam facta in locatione bonorum, ex confessione vltimi emphiteotæ quod bona sint emphiteotica; finis lineæ probatur confessione hæredis, nec præsumitur existere alios descendentes d. part 5. & in casu lineæ finitæ authoritate propria possessionem capere posse de communi Lepid. decis. Luc. 17. & 84 vbi de communi Gamma. decis. Lusit. 333 num. 2. Manti. decis. 241. Rot. decis. 572. 582. coram Ludouis. Assis. decis. Perusin. 17. num. 8. Pereg. decis. 127. quicquid dicat contra ex communiori Marta. decis. Pisa. 185. in fi. Rot. decis. 31. 261. coram Coccino. esistenti in quasi possessione exigendi dari quæ probatur ex quictantijs & vnico teste, & probata contra vnum sufficit contra successorem; intellige si constet sciente titulari ex eius pecunijs esse factam solutionem decis. 253. num. 3. par. 1. recentis. & non sit facta solutio metu censurarum Seraph. decis 1017. num. 6. & Cocci. d. decis. 261. quictantias etiam factas lite mota de facto præcedenti adminiculatas possessionem probare ait & decis. 286. ex verbis notarij recepit incontantis in pecunia numerata sine verbo numerauit actualem numerationem probari ac traditionem.

Saluianum hæredi competit per restitutionem dotis sicut matri constito de credito & hipoteca licet de possessione matris tempore obitus non constet Rot. decis. 372. num. 3. part. 5. diuerso. cum credito tamen & hipotheca probari debet possessio debitoris anterior temporis contractus vel postea ac rei conuenti posterior 407. num. 1. d. part. 5. sed sublata hipotheca decennio cessat nisi intra decennium creditor agere non potuisset nec sequent. & decis. 328. vbi tacitam sufficere etiam contra tertios possessores & possessionem litis sustentatione probari.

Immissio non impeditur ob dotes vel aliàs detractiones faciendas si filiæ tot bona habeant quæ pro detractionibus sufficiant, vel tot fructus perceperint qui ad legitimam ascendunt. Rot. decis. 391. n. 5. 6. par. 5. diuerso.

Fideicommissarius in possessionem immittitur constito de fideicommisso parificato; & bona de quibus agitur in bonis fideicommittentis fuisse, & eorum identitate probata Rota. decis. 408. num. 7. par. 5. diuers. etiam contra tertios possessores à grauato causam habentes. n. 8.

Quasi possessio autem quæ vnico actu acquiritur quoad omnes actus iurisdictionales si eo animo fiat. & operatur extensionem præscriptionis sine possessione alio non possidente Dec. cons. 271. num. 2. Lanar. cons. 32. & in incorporalibus quæ concedi non solent ratione amicitiæ vel familiaritatis vnico actu acquiri & actibus contrarijs amitti, nec manuteneri eum qui non sit in possessione tempore motæ litis, & licet decennium pro amissione requiratur, animo tamen amittitur ex scientia, & patientia iam possidentis, & circa aliquos actus in incorporalibus sufficit, & patientia vnius monasterij pro amissione sufficit absque eo quod consensus totius religionis interuenerit Rot. decis. 52. coram Coccino. tria vero necessaria sunt pro acquirenda quasi possessione incorporalium Rebuf. in tract. de mater. posses. nu. 126. & sequēt. vbi lim. & n. 145. limitat stante titulo quem Rot. secuta est dec. 156. coram Coccino. de quo tamen inquit in summarijssimo non cognosci. & quasi possessionem vniuersalem non extendi ad locum vbi quis habet possessionem particularem cum titulo; quamuis capta possessione Ecclesiæ vel capellæ dicatur etiam capta omnium earum bonorum decis. 240. coram Caualer. 14. coram Coccino. nec vniuersalis prodest si constet de speciali 222. num. 12. part. 1. recentis existenti in quasi possessione præsentandi si præsentationis actus effectuati sint manutētio datur Rot. decis. 5. nouis. diuers. part. 5. & præsentatio de beneficio per resignationem facta idem operatur ac si esset facta de vacanti per obitum quoad effectum quasi possessionis præsentandi. decis. 174. num. 3. & decis. 392. coram Coccino. vnica præsentatione quasi possessio præsentandi acquiritur vt præsentatus ab existente in quasi possessione instituatur & manutenētib. requisitis à Calderi. cons. 12 de iurepatr. & ad hocne præsentatus ab eo instituatur opus est de eius non iure constare per rem iudicatam, vel confessionem partis. decis. 245. coram Coccino. & á quasi possidente præsentatur præferri nisi à proprietario præsentatus ante institutionem proprietatem probet vt Rot. pluries iudicasse ait Garz. de benef. par. 5. cap. 5. nu. 45. & sequent. Rot. decis. 287. coram Coccino.

Coccino. sufficere præsentatam ab existente in quasi possessione & dec.461. inquit vt licet sola quasi possessio non sufficiat ex Conc. Trid. sess.25. c.9. de reforma. secus si sit vltra centũ annos, & constet de fundatione & dotatione cum præsentationib. cõtinuatis & effectuatis. & dec.469. dũ reuidetur ex Concil. existens in possessione manutenetur, licet secus si ius patro. ex priuilegio vacet in mense reseruato. dec.469.

Vltimus status qui vnica collatione beneficij effectũ sortita acquiritur Rot. dec. 178. corã Coccin. attenditur Gonz. reg.8. cancel. glo.45. §.2. n.14. & seq. Rot. decis. 547. corã Caual. 179. n.2. par. 1. recentis nisi cõstet de veritate in contrarium dec.716. n.3. d. part. 1. Franc. decis. 85. & infra in appendice piæ causæ lim.7. generali.

Iure familiaritatis possessio quæ dicitur quãdo possidens non habet titulum, vel constat de titulo alterius Rot. dec. 180. n.5. corã Coccin. & dec. 472. nu.6. vbi nullius esse considerationis Surd. cons. 6. n.10. Rot. dec. 239. corã Coccino. vbi amicitiæ vel cõsanguinitatis ratione possedit n.6. dec.92. corã Ludouis. ex titulo præcedẽti etiam nullo ius familiaritatis excludi & 572. vbi Add. 241. etiã si locasset & fructus percepisset iure familiaritatis possidens nõ possidere 244. n.10. alterius possessioni non obesse, nisi ex causa superuenienti possessionẽ mutasset & 245. iure familiaritatis possidere quando ad alium dominium pertinet & Theb. cons. 66. sed ius familiaritatis ex titulo etiam inualido excludi Macerat. resol.40. n.19. li.3. Cocci. dec.472. vbi propterea Parrochum posse de Ecclesia confraternitatem repellere prout & ipsa recedere, sed pro titulo sententia seruit. dec.474. sed si plures actus facti sint & longo tempore ius familiaritatis excluditur & manutentio datur etiam si ius resistat Rot. dec. 85. n.6. & seq. par.5. diuerso.

Possessio autem vt manuteneatur requiratur tempore motæ litis, hoc tamen verificatur si constet de præcedenti quia continuata præsumitur Rota. dec. 286. coram Coccino, & dec. 354. & ille etiã manutenetur quamuis sententiam contra se reportarit appellatione pendente dec.425. nec impeditur iudicio criminali præiudiciali ciuili. 434. & cõtinuatam præsumi dec. 452. 490.

Prouisus ab ordinario si sit in possessione non sit contra eum executio per prouisum à Papa sed ordinarie agetur & is obtinebit quia potiora iura habere probabit Cocci. dec.431. vbi etiã subrogationem gratiosam nõ intrare vt executiue contra possessorem agi posst ab ordinario processum, nisi beneficium sit litigiosum per citationem executam, & si eadem die vterque sit prouisus præfertur ab ordinario prouisus si possessionem accepit etiam postea Gomez. dec.32. lib.1.

Antiquior possessor obtinet etiam sine titulo quamuis iunior titulum habeat in retinenda Lat. Vnd. cons. 20. n.21. & seq. lib.1. vide tract. præcedentiæ. n. 329. lim.9.

Manutentio alijs etiam conceditur; alijsque denegatur vt per Rot. Rom. apud Burat. in argumentis, verbo. manutentio.

TIT. XIX. CAP. LXX.
DE NOVATIONE PER TVTORES FACIENDA.

4477 Tutor & curator ex quo administrationem cum libera à lege habent cum decreto iudicis nouare possunt Bar. Cast. & alij in l. cui rectè. de nouat. l. nouare. eod. tit. l. tutor. 23. de admi. tuto. vbi ad vtilitatem pupilli Ang. in l. non ideo de nouat. Bal. cons. 23. lib. 5. Medic. de nouat. part. 1. Q. 3. n.2. Rota. dec. 149. n. 4. par. 1. recentior. Lambert. de contract. mul. glo. 1. n. 44. & 51. & si facta fuerit nouationis ratificatio à maiore effecto; tutelæ actio extincta manebit l. si pupillus. 9. de nouat. Galgan. de tutel. lib. 2. tit. 14. lib. 3. Q. 60. Rot. Rom. in contraria opinione citanda, subdẽs iure suo vtentem nouare posse. Alba. cons. 205. n. 41. Matt. Cunno de pact. lib. 1. cap. 21. n. 10. 11.

4478 Contrarium quod tutor & curator licet solutionem recipere possint, pacisci tamen ac nouare minime queant, ex quo in hac materia, cui quod plus est permittitur, quod minus est neutiquam conceditur; l. nouare. §. pupillus. vbi glo. & Doct. de nouat. tenuit. Ias. in l. si vnus. in princ. nu. 3. de pact. Franc. dec. 281. n. 3. 4. non tamen à priori sententia communiter recepta recedere fas est ob d. l. cui rectè, vbi tamen excipitur solutioni adiectus; quem bene excludunt. Ias. & Franc. à potestate nouandi, licet solutionem recipere valeat, & prout eum excludit Rot. dec. 194. n. 4. par. 1. recentior. quæ simplicem etiam procuratorem, non autem cum libera constitutum nouare posse negat. de quo dixi in tractatu nouationis. & super immobilibus per d. §. pupillus. & ibi Doc. Cancer. var. resol. tom. 1. cap. 7. n. 120. sine decreto non posse nouare vt per Bar. ibi.

1. Lim. primam in immobilibus super quibus sine decreto tutor nouare non potest Bar. & alij in d. § pupillus. Cancer. supra idem probans in annuis redditibus perpetuis & ad longum tempus n. 121.

2. Lim. vel potius secus esse dicas in pupillo qui sine tutore nouare nequit nisi suam conditionem meliorem faciat vel dubium sit an pupillo expediat glo. & Bar. in d. §. pupillus. vbi etiam tutorẽ posse obligationem nouare si pupillo expediat.

3. Lim. nam si sit facta cessio iuriũ alteri ad exigẽdum vt exactione facta sibi satisfiat de suo credito, non operatur liberationem & periculũ cedentis manet non secuta exactione non cessionarij nec ita fit nouatio; licet si nomen debitoris vendatur, detur insolutum, vel delegetur, cessio vim solutionis habeat & liberatio procedat ac nouatio Rota dec. 392. n. 23. & seq. par. 5. diuersor. & n. 33. & seq. probat quod dum debitor cessus non soluit prima actio remanet & solũ obligatio additur obligationi etiam si soluere promiserit nisi nouationem fieri expressum sit aut ex coniecturis nouandi animus colligatur necessariò.

TIT. XIX. CAP. LXXI.
DE TVTORE ET CVRATORE PRINCIPIS.

4479 Tutor & curator Principis nomine Principis authoritate tutoris vel curatoris gerit. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 12. n. 23. vide supra tit. 10. cap. 1. amp. 4.

4480 1. Lim. non tamen posse contra iura dispensare Natta. conf. 631. n. 28.

TIT. XIX. CAP. LXXII.
DE PLVRIBVS TVTORIBVS VEL CVRATORIBVS CONSTITVTIS.

4481 Pluribus cõstitutis tutoribus vnius sufficit authoritas vbi non fuit diuisa administratio l. veterem. 5. C. de authorita. præstan. l. 2. & l. 23. §. fin. de administratio. tutor. l. 2. §. final. de curato. furio. l. 1. C. si ex plur. tutor. Galgan. de tutel. lib. 2. tit. 23. n. 16. vide supra tit. 11. cap. 6. & hoc tit. cap. 38.

4482 1. Lim. non procedere quãdo de tutela dissoluenda ageretur, tunc enim omnium authoritas requiretur l. veterem. §. sed hæc omnia de authorita. præstãd. vbi Bal. & Salic. Galganet. d. n. 16.

4483 2. Lim. non procedere quando alter præsens prohiberet, quoniam melior est conditio prohibentis, nec alteri tutori soluens liberabitur; nec emens vsucapiet l. consuetudo. 7. §. eam dementis in fine de curator. furios. Galganet. d. n. 16.

4484 3. Lim. non procedere quando ita plures tutores dati fuere vt neuter quicquam sine alio gerat l. Titiũ. 48. vbi glo. & Bar. de administrat. tutor. Galganet. d. n. 16. vide supra tit. 14. Crau. cons. 690. nu. 2. & 8. Gratian. discept. 830. n. 29.

4485 4. Lim. non procedere quando authoritatem interponenti tutela decreta nondum fuisset, vel fuisset à tutela remotus l. 4. de authorita. tutor. vbi glo. & Bar. Galganet. d. n. 16. in fine.

4486 5. Lim. non procedere quando authoritatem inponens inutiliter, aut falsò tutor datus, vel constitutus fuisset, nisi cum falso verus etiam authoritatem interposuerit l. qui neque vbi glo. de reb. cor. l. 1. §. sed Pomponius. vbi glos. versic. non ne valebit. quod falso tutor. Galganet. supra. nu. 17. 18. Lamb. glo. 11. nu. 70.

4487 6. Lim. non procedere in protutore, vel pro curatore gerentibus l. 2. vbi glo. de eo qui pro tuto. Galganet. supra n. 18.

4488 7. Lim non procedere quando non satisdedisset rem pupilli saluam fore l. consuetudo. 7. §. 1. & §. cum dementis de curato furios. l. 1. C. de tuto. qui non satis de. l. 3. & 5. l. eod. nisi propterea pupillus locupletior factus esset d. §. 1. & d. §. cum demẽtis Galganet. d. n. 18.

4489 8. Lim. vt licet tutor cœcus authorari posit l. etiam. 16. de authorita. tutor. secus est si furiosus fuerit effectus l. 1. §. 1. quod falso tutor. vel aliarum rerũ, vel loci aut regionis diuersę tutor esset d. §. 1. & l. veterem 5. C. de authorita. præstand. Galganet. supra. n. 19.

4490 9. Lim. non procedere in curatore impuberi dato ad ea quæ solemnitatem iuris desiderant, curator enim datur ad agendum non ad authorandum l. curatorem. 19. vbi glo. & Bar. de autho. tuto. Galganet. supra n. 20.

4491 10. Lim vt licet si duo sint rei stipulandi, & alter me authore à pupillo stipuletur valeat stipulatio, si tutoris vnius authoritas sufficiat; secus tamen est si non sufficeret l. quod dicimus. 7. §. si duo. vbi Bar. de authorita. tutor. Galganet. d. tit. 23. n. 21.

4492 11. Lim. non procedere quando tutor falsus esset vide infra tit. 27.

4493 12. Lim. non procedere alijs casibus quibus supra cap. 38. & quæ sunt agenda cum persona pertinent ad tutorem regionis vnde persona est; si in rebus ad tutorem loci vbi res est l. tutores 40. §. hæres. vbi Bar. de admi. tuto. vnius tamen prouinciæ tutor petit curatorem dari ad causam quę in alia prouincia agitur. §. rerum vbi Bar.

TIT. XIX. CAP. LXXIII.
DE AVTHORARI NEGANTE.

4494 Authoritatem pupillo præstare tutore nolente, nisi ex iusta causa se defendat licet à Prætore nequeat compelli, tenetur pupillo iacturam istam reficere in redditione rationum l. 10. 11. & 17. de authorita. tutor. nisi pupillo non expediret, tunc enim eam præstare minime tenebitur Galgan. de tutel. lib. 2. tit. 22. n. 15.

TIT. XIX. CAP. LXXIV.
DE CONSENTIENTE VTI CONIVNCTO EX STATVTO.

4495 Quamuis tamquam tutor authoritatem contractui præstans suis iuribus non præiudicet vt supra hoc tit. cap. 63. secus tamen est si tamquam coniunctus ex statuto consentiat vt ibi dixi.

TIT. XIX. CAP. LXXV.
DE CONTRACTIBVS INTER PVPILLVM AC TVTOREM CVRATOREMQVE.

4496 Tutor & curator cum pupillo, & minore contrahere non possunt Roma. cons. 413. n. 15. Soc. cõs. 160. n. 15. lib. 2. post Castr. cons. 352. n. 3. lib. 1. & Duen. reg. 31. Surd. cons. 9. num. 5. 6. & 34. vide supra. cap. 15.

4497 1. Lim. non procedere quando palam & bona fide contraheret prout scilicet cum extraneis minores contrahere possunt cum tutoris authoritate, & curatoris pro minore; ac iudicis decreto vtroque casu Menoch. de arbitr. iudicum casu 459. de magis communi Surd. cons. 9. n. 7. & 39. Galganet. de tutel. lib. 3. Q. 55. n. 2. & 5. Soc. d. n. 15.

4498 2. Lim. non procedere quando iam deposita tutela rationes reddidisset l. tutores. de authorita. tutor. Soc. Iun. cons. 48. n. 15. lib. 1. Galgan. supra. n. 6.

4499 3. Lim. non procedere quando minor iurasset, stare contractui cum tutore inito, licet absolutione, petita recedere poset si læsus fuisset Galgan. supra. num. 7.

4500 1. Sublim. 3. lim. non procedere in donatione ad quam minor dolo inductus censetur, & iuramentum relaxari debet Ripa. responso. 138. Galganet. supra. n. 8. & sequenti dixi supra cap. 5.

TIT. XIX. CAP. LXXVI.
DE CONTRACTIBVS TVTORVM A MINORE SERVANDIS.

4501 Contrauenire non potest pupillus contractib. per tutorem,

tutorem, vel eo authore à pupillo initis si decretum, & iusta causa intercesserit, ac læsio esset, a pupillo enim gesti censentur l. 3. §. ego puto ex quib. caus. in possess. eat. l. magis puto. §. non passim de reb. eor. Sal. in l. emptorem. n. 5. C. loca. Surd. dec. 290. n. 2. Galgā. de tut. Q. 56. n. 1. & 3. vbi ideo locationi stare teneri, & idem de alijs administratoribus dicunt Gratia. disceptatio. 360. n. 19. & seq. idem si inuentarium non fecisset probans Paris. cōs. 98. n. 40. & seq. lib. 1. Granuc. theore. 8. n. 13. probatur in l. si tutelæ de admini. tuto. Ang. in d. l. emptorem n. 2. Roma in l. si filiofamilias. §. si vir. n. 16. & 17. solut. matrim. Soc. cons. 32. n. 8. 125. n. 6. lib. 1. Tiraq. de retract. lignag §. 3. glo. 1. n. 14. Ceph. cons. 255. n. 32. & 35. Rol. cons. 49. n. 7. lib. 2. Couar. var. lib. 2. cap. 15. n. 5. Surd. dec. 289. n. 2. & seq. vbi rationes adducunt Cepol. caut. 41. qui probat hæredem teneri ratificare venditionem ab hærede factam Viui dec. 25. n. 7. & 426. n. 5. & posse tutorem cum pupilli interuentu nisi infans sit contrahere & sine eo Mona. dec. bono. 44. & in locatione facta finita tutela, & a fratre rei communis Mona. dec. bono. 45.

4502 1. Amp. verbis etiam executorialibus puta formæ cameræ in pupillum conceptis Rota. in Roman. de Cosceris. 13. Ianuarij. 1599. coram Orano Gratia. discept. 360. n. 23. Galga. supra n. 2.

4503 2. Amp. in matre tutrice quam sufficit implesse, pro tutela requisita, absque eo quod solemnitatem seruet à statuto requisitam in cōtractibus mulierum Paris. cons. 98. n. 36. & seq. lib. 1. Galgan. d. n. 2. in fine.

4504 3. Amp. vt bona minoris possit, ac locare teneatur sicut sua Plot. de in lit. iurand §. 5. nu. 15. Bertaz. cons. crim. 379. n. 16. per l. si tutelæ. de adm. tutor. Couar. variar. resolution. lib. 2. cap. 15. sub n. 5. Caroc. de locato par. 1. cap. 23. & minor maior effectus contrauenire nequeat Soarez. cōmun. opinio. lit. M. n. 181. non tamen locare potest nisi solemnia impleuit, præterquam si de mera pupilli vtilitate ageretur Granu. theore. 8. n. 6. nec vt rem pupilli alienabilem faciat. n. 7. nec si mater omiserit solemnia, nisi cœteris adimpletis inuentarium dumtaxat conficere omisisset nu. 19. & ea bona fide ad breue tempus sine decreto, non tamē fraudolenter locare posse Morot. cons. 38. Granuc. supra n. 9. & seq. & per tot. idem dicens de tutrice vt locare possit dummodo solemnia cœtera impleuerit, quamuis solum inuentarium conficere omisisset. vide supra cap. 7. amp. 11. & sine decreto à tutore fieri potest cui minor tutela finita stare compellitur Gomez de loca. n. 8. Coua. var. lib. 2. c. 15. nu. 5. & seq. de cōi. Viui. cōi opi. 507. Rol. cons. 49. n. 7. lib. 2. Socin. cons. 32. n 8. 125 n. 6. lib. 1. Rot. dec. 201. n. 5. collect. per Pacif. de Saluia. interd. de communi Gutie. de tutel par. 2. cap. 10. n. 6. Viui. dec. 25. n. 7.

Potest etiam bona pro minore conducere qui tamen ciuitas & castrum locatione & conductione læsi restituentur in integrum. Rom. cons. 423. n. 3. Caroc. de loca. par. 1. c. 23. n. 6. Odd. de rest. in int. Q. 56. n. 34. vbi etiam de alijs contractibus, & Intrig. sing. 98. n. 79. lib. 3

4505 1. Lim. non procedere in fraudolentis ac dolosis puta in locatione facta pro maiori tempore, quam fieri deberet d. l. si tutelæ l. in venditione §. 1. de bonis autho. iud. possid. Ias. in l. diuortio. in princip. nu. 36. solut. matr. Surd. decis. 299. n. 4. & seq. Cacchera. dec. 82. n. 7. Galganet. supra n. 5 constito de fraude vt per eos manifesta tamen requiritur Surd. d. dec 299. in fi. euidens autem dicitur ex falsis assertionibus Crauet. cons. 281. n. 7. Becci cons. 106. n. 14.

4506 2. Lim. non procedere in factis sine authoritate, tutoris ac iudicis decreto etiam & iusta causa quoniā sunt inualida Galga. supra & dixi supra in tractatu, minorum amp. 28. nec solus tutor sine decreto contrahere potest Paris. cons. 98. n. 40. & seq. & n. 58. lib. 1. Alba. cons. 205. Galganet. supra.

4507 3. Lim. non procedere in contractibus simulatis Franc. Marc. dec. 248. par. 1. Tiraq. de retr. cons. §. 4. glo. 6. n. 11. & seq. Borg. de tutor. n. 274. qui loquuntur quando ex sola confessione tutoris de recepto constat Galgan. supra. n. 5. & limitationem veram in vera simulatione censeo.

4508 4. Lim. non procedere in locatione ad longum tempus cui pupillus stare non tenetur vt dixi supra c. 44. versic. 18 n 4298.

5. Lim. nam si minor læsus sit in alienatione rei suæ potest contractum approbare, & pretij residuum à tutore vel vno tutorum insolidum petere, actione ei contra alios cessa. l. cum interdictæ 6. vbi glo. Bal. & Sali. C. arb. tut. vel in locatione modo læsio non sit minima Mona. dec. bono 46.

6. Lim non gesta à tutore ignorante se tutorem nulla sunt l. quæso. de eo qui pro tut. Rui. cons. 147. n. 11. lib. 1.

TIT. XIX. CAP. LXXVII. DE TVTORE SINE PVPILLO GERENTE

4509 Tutor sine interuentu pupilli omnia gerit tutelā concernentia, adhibitis requisitis solemnitatibus, etiā si bona immobilia pupilli alienari contingat, tametsi pupillus infante maior existat Castr. in l. bonorum vbi Ias. in princip. C. qui admitti. vide supra. cap. 14. hoc tit. & cap. 2. tit. 18. Alba. cons. 205. per totum exceptis quibusdam casibus specialibus vt in adeunda, & repudianda hereditate n. 55. & pupillum contractu obligat Meno. cons. 39. n 64. Milan. dec. 18. n. 12. lib. 2. si potuit & debuit eo modo contrahere Surd. decis. 299. n. 4 per l. si tutelæ de admi. tuto. vide infra tit. 24. n. 25. Cancer. var. reso. par. 1. c. 7. n. 162. & in negocijs pupilli bona fide factis cum obligare etiam guarentigiæ n. 167. ex Gratia. discep. 357. n. 23. 27. & eius bona 360. n. 23. 28. & Cancer. supra n. 174. non quo ad carcerationem par. 2. c. 8. n. 130. Ceph. cons. 651. nu. 13. dūmodo dolus tutoris cesset Surd. supr. n. 4. & seq.

TIT. XIX. CAP. LXXVIII. DE CONSILIO REQVIRENDO PER TVTORES.

4510 Consilium vbicumque aliquis requirere tenetur, si tutor vel curator à testatore datus fuerit, consilium requirere non tenetur, habent enim potestatem a lege l. Titium & Meuium. 48. de administratio. tutor. quamuis secus foret vbi à lege requirendus esset per. habentem potestatem a lege l. impuberibus. de suspec. tutor. §. impuberes Institut. eod. Gonzalez. in reg. 8. cancellariæ glo. 46. n. 11. & 12 Menoch. lib. 6. præs. 34. n. 23. & seq. vbi requiri debere, sequi autem non,

 teneri

teneri. vbi etiam tradit quid in matrimonio.

4511 1. Lim. non procedere quando requirendus officij particeps esset eius etenlin consilium requirere teneretur d. l. Titium & Meuium vbi Bar. & seq. vt ibi.

4512 2. Lim. non procedere matre tutrice relicta cum clausula quod omnia faciat cum consilio Titij, nam tenebitur illud requirere, quamuis sequi obstricta nõ sit Ang. cons. 92. idem in subrogatis tradens.

4513 3. Lim. nam si consilium agnatorum requiratur. ex testatoris dispositione de cõsilio perfecto idest maris non fœminæ intelligitur, prout & si consensus exigatur Bal. cons. 6. lib. 2. Tiraq. de legib. cõnubial. glo. suc. l. 1. n. 79. Lamberteng. de contracti. glo. 11. n. 90. Carpan. super stat. Mediolan. cap. 328. n. 323. & Surd. cons. 414. n. 12.

4514 4. Lim. vel potius secus esse dicas in consensu, vel licentia alterius requisitis & in authoritate; hęc enim de substantia actus censentur ita vt sine eis geri minimè possit Bal. in l. finali. §. necessitate. nu. 16. C. bonis quæ liber. Menoch. d. præsump. 34. n. 12. & seq.

1. Sublim. nam diuturno 10. vel. 20. annorum cursu pręsumuntur nisi de alterius consentire vel authorari debentis graui præiudicio agatur de communi Decia. cons. 4. n. 13. 15. lib. 1.

TIT. XIX. CAP. LXXIX.
DE INSTITVENDO PVPILLO.

4515 Instrui pupillum facere debet tutor vide supra tit. 13. cap. 2. amp. 50.

TIT. XIX. CAP. LXXX.
DE RESCISSONE CONTRACTVS TVTORIS.

4516 Tutor ipse qui contraxit tutorio nomine & de rebus pupilli si fuerit læsus contractui à se irrito contrauenire potest, prout & si alter nullus esset, nisi minori hæres extitisset. Borgni. de tutor. n. 175. & in patre legitimo administratore Pinel. in l. 1. part. 3. n. 73. C. de bon. matern.

Contrauenicns autem contractui iuuari non potest nec clausulæ quia pœna &c. toties quoties &c. semper & huiusmodi quicquam operantur fauore inobseruantis, nec pœna succedit loco obseruantiæ contractus nisi loco contractus succedit Rot. dec. 15. par. 1. diuerso. & si loco rei seu adimplementi sit posita qui eam soluit contractum impleuisse dicitur Surd. dec. 306. n. 8. 304. n. 9. licet Zuecar. hoc restrinxerit ad contractus liberatiuos dec. Luc. 51. n. 73. sed Rot & Surd. loquuntur in onerosis vide supra n. 1794 lim. 71. & si pars vna contraueniat liberat alium obligatione, & impune contrauenire potest Rot. dec. 208. nu. 30. nouis. diuers. par. 5.

TIT. XIX. CAP. LXXXI.
DE OPERARIORVM EXCVSATIONE OB TVTORIS MANDATVM.

4517 Operarij excusantur ob tutoris mandatum, nisi eiusdem prius ne colerent denunciatio facta fuisset l. is qui. §. si tutoris. vbi glo. quod vi aut clam Menoch. de arbitr. iudic. cas. 354. n. 39.

TIT. XIX. CAP. LXXXII.
DE CESSIONE ACTIONVM PER MINORES TVTORESQVE.

4518 Cessio actionum quamuis per minorem fieri non possit absque tutore & curatore & sine solemnitatib⁹ statuti & iudicis decreto cum sit alienatio Papien. in form. libel. vendition. verbo. cessit n. 11. tutor tamen. ex causa necessaria cedere potest Roma. cons. 386. n. 4. & 5. Carpan. cap. 445. n. 7. & sequent. vbi etiam ex Alciat. cons. 125. n. 14. ad vtilitatem minoris actiones ei cedi posse probat; & posse tutori vel curatori iura cedi tutorio nomine pro pupillo infante, & curatorio pro furioso l. si infanti. C. de iur. deliberan. l. sancimus. C. ad trebellian. Io. à Gras de cess. iur. §. 4. n. 2. & pupillo etiam maiore infante cum tutoris, vel curatoris authoritate; & soli etiam pupillo, si de mera acquisitione agatur quamuis secus foret vbi se ad aliquid obligaret; & læsus in integrum restituetur. tutor autem pupilli, vel curator adulti solus, dictam cessionem minimè recipiet l. potuit. C. de iure deliberan. Gras. sup. n. 4. Iacob. de Aren. de cess. iur. cap. 3. n. 25. & seq. & Odd. in l. 3. Q. 1. princ. in 5. Q. C. de nouat. probant posse tutorem & curatorem cedere, non autẽ infantem, nec pupillum nisi curatore careret, quia tunc posset ex voluntate cum decreto iudicis, & sine, ex necessitate, & cum tutoris authoritate, pupillo autem & adulto cedi potest licet tutorem habeat vel curatorem nisi obligentur quia tunc opus est authoritate tutoris vel curatoris, & si lædatur in integrũ restituetur in Q. 6. & Iac cap. 5. n. 61. & subdunt infanti non posse cedi nec tutori, nec curatori soli, nec adulto. & rub. 6. n. 63. & Odd. supra in 11. Q. sine cessione vtiles trãsferri in tutoribus curatoribus, & magistratibus in pupillo contra fideiussorem saluam rem fieri & alijs vt per eos.

TIT. XIX. CAP. LXXXIII.
DE EXACTIONE NOMINVM DEBITORVM PVPILLI.

4519 Exigere tenetur nomina debitorum pupilli, nec de non petendo cum debitore pupilli paciści potest vt supra tit. 18. cap. 11. & hoc tit. 19. cap. 44. in versic. 21. & si non exegerit, periculum spectat ad tutorem l. debitoribus vbi glo. & Sali. C. de admi. tuto. l. 16. ff. eod. & eius hæredem l. 3. vbi Sali. C. de hæred. tut. vel curat. Rota. dec. 201. n. 3. par. 1. recentis secus probãs quoad eos qui exigere non tenentur & tutori non posse culpam ascribi si non recuperet bona pupillo effectio maiore dec. 310. n. 12. par. 5. diuersi.

TIT. XIX. CAP. LXXXIV.
DE CONTVMACIA TVTORIS &c. AN OBSIT PVPILLO, &c.

4520 Tutoris & procuratoris contumacia in non faciẽdo consistens nocet domino distinguendo vt per Bar. Bar. in l. 1. §. si procurator. si quis iusdicenti. non obtẽperauer. vbi idem dicit in tutore quod in procuratore, si vero tutor deliquerit extra negocia pupilli & pupillo nõ nocet l. neque in interdicto. de reg. iur. & ibi nota aut negocia pupilli gerendo, & tunc aut tutor cũ

aduer-

aduersario colludebat, & pupillo minime præiudicat l. meminerint. C. vnde vi. aut non colludebat, & tūc aut pœna non potest cadere in tutorem, sicut in pupillum, & pupillo præiudicat l. Polla. C. de his quib. vt indig. l. iubemus nullam C. de sacro. san. Eccles. aut æque cadere potest in tutorem ac in pupillum, & tunc vterque tenetur, sed pupillus cedendo actionem contra tutorem liberatur l. illud. §. 1. de euictio. l. 1. §. hoc edicto. ne vis fiat ei. l. si dolo si quis omis. causa. testam l. fin. de administrat. tutor. quæ lex determinat omnes alias. Bar. supra. num 6. sed licet verus contumax non appellet, & personaliter citato currat tempus appellandi à die latæ sententiæ etiam eius notitia non habita Rota. dec. 396. par. 2. recentior. secundum veriorem opinionem dequa reiecto Ferret cons. 216. testatur Gratia. discep. 364. Veral. dec. 130 lib. 3. id tamen non procedit in contumacia procuratoris vel tutoris quia requiritur scientia, & negligentia Domini. Bar. supra n. 2. quamuis Gratia. idem probet in contumacia procuratoris nisi ex aliqua causa à Iudice excusetur & Cassad. dec. 5. de appel. vel dolus procuratoris, arguatur vt per eos. Lanc. de attent. par 2. c. 12. lim. 30. n. 140. & seq. vbi quando verus contumax procurator ad sententiam, non esset dominus litis tunc intra decemdium à die notitiæ appellare, posset, ac deberet Zuccar. dec. Luc. 54. n. 11. vide supra n. 1416. eff. 23 ratificationis & n 2830. lim. 13. & secus in contumacia procuratoris Capie dec. 130. Dec. cons. 34. nu. 3. Carpa. c. 131. nu. 75. sufficit vltima die etiam hora vna noctis appellare Gomes. decis. 22. lib. 2. tit. 19. cap. 85.

TIT. XIX. CAP. LXXXV.
DE PRODVCTIONE INSTRVMENTI FACTI A TVTORE.

4521 Producens instrumentum factum à tutore, curatore, vel procuratore illud cum qualitate tutoris, curatoris, & procuratoris acceptare debet, tametsi ille talis non esset l. cum quæritur. de administratio. tutor Bal. cons. 10. in fine. versic. & hæc est. lib. 2. Gratian. disceptat. 339. n. 4. & cum omnibus qualitatibus acceptari debere vel in totum recusari Surd. cons. 52. n. 40. & vt validum approbare censetur Dec. in c. cum venerabilis n. 22. vbi lim. de except. Scain. Rot. Bono. dec. 31. n. 74. & dec. 60 n. 6 vbi de actis communibus cū producente factis vt non operetur d. protestatio & vide supra n. 1452. vers. totex actibus inducitur, & Rot. dec. 360. n. 4. & seq. par. 5. diuers. producta per compulsum in alienis non obesse in proprijs iurib. secus; & confessionem ex productione non docto de errore non reuocari; & domino ea vtenti obesse à procuratore factam.

4522 1. Amp. idem esse in agente ex contractu à tutore, curatore, vel procuratore inito Bal. cons. 10. & 15. lib. 2. Gratian. disceptatio. 335. n. 9. & seq. pro vt & in petente edi librum vel instrumentum Crau. cons. 275. num. 2. Surd. dec. 199. n. 6 intellige quatenus probent Ossasc. dec. 38. n. 16. Masc. concl. 16. n. 7. Munnoz. de ratiocin. c. 10. n. 32. & 33. & in totum approbari debere Surd. cons. 150. n. 21. Rota dec. 216. n. 2. part. 2. recentis vbi de actu indiuiduo.

4523 2. Amp. procedere quoad enunciatiua instrumēti. Rot. Rom. decis. 70. n. 6. par. 1. recenti. dixi in tractatu iudiciorum ciuilium verb. Productio. Dec. supr. intelligit amp. si enunciata erant necessaria in illo actu, alioquin secus.

4524 1. Lim. non procedere nisi in indiuiduis, & connexis secus in separatis Crau. cons 278. n. 2. & hoc in libro nationum etiam procedit vt in partitis connexis in totum acceptari debeat, secus in separatis Mattesilan. sing 78. vbi Addent. in literis autem continentibus debitum & solutionem debiti partem solam cōtinentes acceptari posse probat & mirabile inquit ex quo separata censentur Mattesila. supra dixi in interpretationibus pactorum, & contractuum. verbo acceptatio. & verbo approbatio. & in tract. Productionis. in tract. ciuilium iudiciorum Rot. Rom. dec. 351. n. 6. par. 2. recentis. 445. n. 4. par. 1. diuers. 377. nu. 5. coram Seraphi. Ond. cons. 66. n. 54. lib. 1.

TIT. XIX. CAP. LXXXVI.
DE SOCIETATE INTER TVTOREM ET PVPILLVM.

4525 Societatem cum pupillo tutor palam & bona fide contrahere potest Surd cons 9. n. 5. & seq. Gratian. disceptat. 260. n. 17. dixi latè supra. cap. 14.

TIT. XIX. CAP. LXXXVIII.
DE POSSESSIONIS IN ALIVM TRANSLATIONE.

2.

4526 Possessionem tutor & curator in alium cum decreto Iudicis transferre possunt, quod temporis diuturnitate interue. isse præsumitur si actu vero translata, sit (vide supra num. 3190. non tamen tradentis animo cessante acquiritur Rot. dec. 200. in fi. nouis. diuers. par. 5.) Rota. Rom. dec. 93. n. 11. par. 2. diuerso. ex cōmuni omnium. 201. par. 4. diuers. 545. n. 7. par 2. recētior. non tamen acquiritur colonis non expulsis, qui pro herede locatoris possideat si legitimè constet pro hærede possidendi animum habuisse, & si possessor inuitus perdat possessionem ex Rol. cons. 46. n. 37. lib. 2. & Turret. cons. 68. n. 22. & capta castri Ecclesiæ, vel capitis operatur quoad membra & adiacentia ab alio non possessa. Rot. dec. 240. 330. 333. 589. 630. & 656. coram Caualer. & 222. n. 12. par. 1. recentis. Milan. dec. 1. n. 79. lib. 1. vbi iniustum manuteneri probat si vi vel clam possideat non respectu competitoris, sed tertij n. 100. ex Neuiz. cons. 81. n. 29. 35. vide tract. curatoris tit. 9. n 91. Goz reg. 8. cancel. glo. 34. n. 103.

1. Amp. in minore et prodigo qui licet alienare prohibiti possessionē transferre possunt Doc. fere omnes in l. is cui bonis. de verb. oblig. Tiraq. de legi. connub. glo. 5. n. 161. et seq. Odd. de prohib. alie. Q 20. n. 148. & seq. vbi tamen alienationem censeri impropriam.

4527 1. Lim. nam possessionem ex actu nullo transtulerit tutor, minori reintegrandæ remedio succurratur Neuiz. cons. 85. n. 13. Crau. cons. 879. nu. 2. et 9. Rol. cons. 41. n. 34. lib. 3. Menoch. cons. 314. n. 13. 14. 18. Ond. cons. 23. n. 43. lib 2. et n. 55. et in fine ita iudicatum, vt consuluit fuisse testatur, transferri autem ex actu nullo alia ratione quam defectu consensus traditione secuta Rot. dec. 473. coram Caualer. Put. decis. 277. par. 3. et 503. coram Caualer.

4528 2. Lim. non posse eam per actum fictum transferre

ferre, ideoque si bona minoris vendat, illaque & eorum possessionem tenere constituat, eaque nomine emptoris possidere possessionem & dominium in emptorem non transferet Mattesilan. sing. 166. Capic. decis. 14. n. 11. Villaloh. comm. opi. verbo. possessio. n. 129. Borgn. de tutor. n. 257. post Bar. in l. 1. n. 24. Dec. n. 60. & 70. de acqui. possessio. Ias. n. 101. & seq. nisi speciale mandatum haberet. licet acquirere possit vt per eum Crot. in l. si is qui pro emptore. n. 194. de vsucapion. licet acquirere illam posse dicat, quia domini tradentis voluntas cōcurrit & de communi cum Bar. in d. l. 1. testatur ibi Crot. n. 61. de communi omnium pro hac 2. limitatione Osasc dec. 34. n. 25. distinguit & Gratia. discep. 317. declarat n. 1. & seq. Rot. Rom. d. dec. 93. n. 11. nec minor eam amittit fundum exeūdo animo non possidendi impubes vt cum tutoris authoritate eam non animo sed corpore desinens possidere amittit l. possessionem 19. de acq. pos. vbi Alex. n. 2. ex magis communi naturalem amittere non ciuilem cum tutore & Lambert. de contrac. glo. 1. n. 77. 78 nec eam minor sine decreto transferre potest Simon. de decret. tit 8. n. 78. & seq. & ex contractu nullo eam non transfert pupillus per actum fictum secus in adulto, Rui cons. 137 n. 11. lib 1. sed Rot. dec. 244. n. 5. par. 2. recentis. transferri possessionem quando possidens eam transfert ex actu nullo ex cōmuni vel contrahens alienare possit alioquin secus & dec. 624. tutorem vnica sensus solutione eam transferre sine consensu pupilli licet id non possit per actum fictum & ex d. vnica solutione manutentionem dari Milan. dec. 1. n. 16. lib. 1. & dec. 3. secuta traditione, vel apprehensione ex actu nullo transferri, & in hæredem ex statuto cōtinuari nisi inuita testator alienasset vel nisi hæres conditionalis esset nec alijs casib⁹ vt per Rot. dec. 35. nouis. diuerso. & Pacif de salu. interd. insp. 3. cap. 2. Ond. cons. 18. n 68. lib. 2. Surd. cons. 491. Rot. dec. 34. n. 22. par. 2. diuers. ex contractu carente consensu non transire Seraph. dec. 671. nu. 2. 1200. Macerat. resol. 108. n. 46. lib. 1.

TIT. XIX. CAP. LXXXVIII.
DE INTERPELLATIONE TVTORIS PRO MORA PVPILLI

4529 Interpellatio tutoris cum productione & ostēsione instrumenti crediti requiritur vt pupillus in mora constitutus censeatur Bar. in l si ex legati causa in fine Ias. n. 10. & 19. in fine. de verb. obligation. Natt. cōs. 513. n. 5. & sequenti. Cor. cons. 505. n. 5. lib. 3. Fulgos. cons. 124 n. 1. 201. n 1. vers. ad allegata Cran. cons. 505. n. 4. Rim. Iun. cons. 815. n. 46 & seq. de magis cōmuni, & veriori Cras. de offi hæred Q 12. n. 4. Gargiare. patrocin. 22. n. 1. lib. 1. Montan. de tutel cap. 30. n. 106. per tex. in l. si dictum. §. final. de euiction. & l. sed si ex stipulatn. de verb. obligation. & cap. 33. nu. 387. probans authoritatem iudicis requiri Marcabr. cons. 77. n. 7. dixi. in tractatu Interesse. Bauer. de mora par. 3. n. 10. & seq. subdens ex magis cōmuni adultum solum si curatorem habeat nō posse interpellari; si non habeat idem in rebus quæ possunt seruando seruari solum interpellari posse, vt per eum Ruin. cons. 93. n. 10. lib. 5. Dec. cons. 441. in fi. Masc. concl. 1071. n. 22. Rot. Rom. dec. 535. n. 4. par. 1. recentior.

1. Lim. non procedere quando pater pupilli moram cōmisisset, tunc enim pupillo patris mora noceret Ana. in cap. conquestus de vsur. Crau. cons. 505. n. 4. Vinc. de franch. dec. 16. n. 9. 10. tenuit Rot. Lucan. inter sp. Martinum Bernardini. & Andream Sufficienti anno. 1572. secūdo semestri ex actis D. Ioannis ser Antonij. dec. 51. lib. 8. in meis manuscriptis.

2. Lim. non procedere quando a patre pupilli interesse promissum fuisset, tunc enim mora etiam cessante ob conuentionem vsque ad mortem promittentis deberetur, si etiam promissum non esset à die moræ usque ad mortem promissoris deberetur; his autem cessantibus, non nisi facta interpellatione vel probata minoris scientia debiti paterni ita ex doctrin. Bart. in l. filiusfamilias 40 §. in hac. n. 3. de verb. oblig. Senat. Pedem. inclinasse testatur Thes dec. 247. sed etiā mora per patrem pupilli commissa; & pacto super cābijs tenendi mortuo patre cambia non carere contra pupillum quia mandatum super cambijs tenendi in singulari negotio mandantis morte euanuit Cabal. cons. 145. lib. 2.

3. Lim. non procedere interpellato pupillo cum tutoris vel curatoris authoritate vt tenent in conclusione citati & Cabal. supra.

4. Lim. in denunciatione litis quæ pupillo tutore carēti fieri potest l. si dictum. § fina. vbi Bal. de euict. Castr. cons. 240. n. 1. vers. super secundo. lib. 1. & n. 2. vbi de facta hæriditati iacenti absque petitione curatoris quod valeat Felin. in cap. cum contingat. nu. 6. concl. 6. de rescript. Aret. in §. fin. n. 4 Inst. de emp. & vend. quia vt inquit denunciatio motæ litis damni vitandi causa fit, non lucri captandi nec ideo requiritur personam cui fit esse legitimam per l. minor. §. denunciare de euictio. Burgos. in cap. fin. nu. 2. vers. melius per eumdem. de emp. & venditio. Aret. cons. 26. n. 1. licet si tutorem vel curatorem habeat illis fieri necesse sit vt per eos Soc. Iun. cons. 46. n. 5. lib. 1. Natta. cōs. 513. n. 9. Aret. in §. actionum autem. n. 27. vers. quid si venditor. Inst. de actio. vbi dicit quod si venditor sine dolo absit, domi denunciandum sit familiæ, & procuratori suo si habeat vel saltem amicis venditoris Cabal. de euictio. §. 3. n. 142. Gomez de emption. n. 39. vers. item adde quod talis, sat est autem nomine appellatiuo fieri, si proprium non possit haberi Bal. cons. 447. ad fin. lib. 2. Ceual. comm. opi. contra comm. Q. 385. n. 2. & pupillo absque authoritate tutoris fieri sat esse probat Eugen. cons. 79. n. 12. & seq. vbi rationem affert; & bannito per proclama fieri sat esse inclinauit Rot. Rom. decis. 823. par. 4. diuerso. quamuis si reuerteretur absens ei denunciatio facienda esset de communi Villalo. comm. opi. lit. E. nu. 41. procuratori tamen denunciationem litis factam sat esse, etiam domino ignorante glo. in l. si dictam. §. si presente verbo. procuratore de euiction. Dec. cons. 102. n. 2. Rot. dec. 552. n. 11. part. 1. recentis. vbi etiam non requiri si de euincentis iustitia constet ex Natt. cons. 232. n. 5. Capic. dec. 106. n. 4. Coua. var. lib. 3. c. 17. n. 6. Surd. decis. 22. n. 9. Natt. cons. 513. n. 9. Eug. cons. 80. nu. 1. & 15. sed si commode tutor dari nō possit non esse opus denunciari pupillo nisi ad pœnam agatur Cast. cons. 240. n. 2. & 3. lib. 1. Mangil. de euictio. Q 4. n. 68. 69.

Minoris autem & Ecclesiæ fauore mora per debitores absque interpellatione incurritur prout & fisci fauore

re l.in minorum.C.in quib.caus.in integr. restit. non est necess.vbi glo.& Roma.sing. 117. Cor.cons. 184. sub n.8.vers.nam fauore.lib.3.Soc.cons. 2.nu.17. lib. 3.57.n.42.lib.4.Ruin.cons.26.n.33. lib. 3. Bauer. de mora.par.2.n.15.vers.7.Alex.in l.quod te n. 8. si cert. pet. cons.7.n.8.lib.2.Borg.de tuto n.226.Alcia.cons. 8.n.6.vbi quod minori debetur interesse ad rationem octo pro centum sequitur Surd. cons. 540. n. 35. Gab. cons.121.in fi.vbi de fructibus.lib.1.Menoch. de arb. iud.cas.220.n.9.& 17.Surd.cons.296.n.26. vbi de ratione à tutore reddenda si tamen alia concurrant requisita vt (citra interpellationem fauore minoris non necessariam) mora committatur dec.179. n. 24. 25.velut si debitum sit illiquidum, aut minor pro sui parte non impleuerit & dec. 25. nu. 15.latè Scrad. de feud.part.10.sectio.9. nu. 17. & seq. secus probans in actionib[9] stricti iuris ex Cin. in d.l.minorum n.3.Bal. n.4.Marescot.resol.112.n.48.lib.2.Bertaz.cons. ciu. 70.n.10.secus dicens si debitor & creditor minores essēt; vel si minor tutore careret Natt.cons.156.n.12. Crau.cons.505.Luneburg.de pact.c.vlt nu.45. Ond. cons.36.n.15.lib.2.Meno.cons.7.n.20.& n.23. 1090. n.1.in contractibus tamen bonæ fidei secundum Capic.dec.14.in fine Macerat.resol.44.n.9.lib.2.& cum ipso iure mora committatur fructus restitui debent prout quando titulus ipso iure nullus est vel ad non titulum reducitur. Surd.dec.17.n.11.& seq.ex communi Ond.cons.51.n.25.lib.2.Intrig sing 88 n 45. lib. 3.Gratia.disceptat.241.n.24.& seq.vbi tutorem operari debere curatorem dari pupillo eique soluere ne moram sine interpellatione incurrat; extraneū verò eam non incurrere nisi recuset soluere minori tutore præsente absque deposito Munnoz.de ratiocin c. 15. n.30.& seq. idem probans in debitore Ciuitatis,ac loci pij.Peregr.de iur.fisc.lib 6.tit.7 num.1 & seq. & stante nullitate tituli fructus restitui debere vel compensari tenuit Rot.Luca.inter Marcum Sufficienti,& D. Iosephū Bernardini secun.semestri 1572. ex actis egr. D. Ioannis Ser Antonij loquens de datione in solutum læsiua enormissimè Rot.dec.278 par.5.diuers. non extingui censum nec priora iura datione in solutum censuario facta reuocabiliter aut nulliter & actū retro similem restitutionis pecuniæ exigi nec mandatum immissionis sufficere pro extinctione sed vide secun.appendicem. de inuentario.vers.11. in solutum, & quod reseruatio iurium non operetur quoad soluta, & extincta Rot.dec.361.n.5.par.5.diuers.minoris autem fauore non incurritur si eius debitor minor sit, Gratia.discep.248.n.51.Mangil.de euict.Q.4. n. 18. nec si minor habeat personam legitimam cui soluatur n.19.ea Franc.dec.16.& Gratia.supra n.10.& seq. nisi debitor pupilli deberet eius tutor esse vt per eos; neque committitur vt sit locus pœnæ Gratia supra n. 43.de quo die vt per Tusc.lit. E.cons.353. n. 68. nec si minor ætas esset Franc.supra n 4.& 11. Mangil. supra n.22.& Q.190.n.12.& seq. fructus restitui si contractus ex causa de præterito resoluatur, vel contracta venditio sub conditione resolutiua ante venditionem perfectam licet secus si postea & si rescissio pendeat à voluntate emptoris & in venditione facta sub pacto legis commissoriæ vide infra. vers.4. nec in debitore.

Contrarium in simplici minoris debitore non ex causa, venditi fundi tenuit Rot.Gen.dec.61.n.7.

20 Scientia tutoris non obest pupillo, nec pupilli sciētia dicitur nisi in acquirendo Bar.& Soc.in l. *qui duos* de reb.dub.Bero.conf.121.n.19.& 122.nu. 12. *lib. 3.* Soc.Iun.conf.45.n.4.lib.2.Neuiz.conf.20.n.34.Natt. conf 492.n.7.Rol conf.10.n.20.lib.2.Euge.conf.95. n.18.& 54.Galgan de tutel.lib.3.Q.46.n.20.qui prędictos refert.sed Rol.dicit ex communi regressum dari pupillo contra tutorem, & Neuiz. inquit obesse & Natta. probat contra tutorem dari regressum; non tamen oberit si de pupilli scientia constet sola confessione tutoris voluntariè emanata Alex. conf.86.n. 9. lib. 2.& conf.132.n.6.lib.4.& conf.176.n.3.lib.6. Eugen.supra.n.55.Galgane.supra.n.21. nisi aliunde adminiculata sit Ruin.conf.174.n.4.lib.1.Natta. conf. 543.n.20.Rota in Romana de Colcetis 13. Ianuarij. 1599.corā R.p.d. Orano. Galg.d.n.21. sed per viam cōtentiosę iurisdictionis obesse minori Rot.Gen.dec. 110.n.3.1420.n.3.Seraph.dec.415.puta positionibus respondendo in iudicio productis Rot.Gen. dec. 110. n 2.Rot.Rom.dec.177. par.2. diuerso. Thulos. decis. 391.idem dicēs de confessione ficta procuratoris per coutumaciam & Galgan.d.n.21.quamuis procuratoris errore probato,confessio à domino vel minore possit reuocari Rot.Rom.dec.19.de procurator. in nou. Dec.conf.146.n.15.Tholos.supra. Galgan. supra nu. 22.& scientiam tutoris pupillo obesse probat Surd. dec.4.n.10. & scire praesumi facultates pupilli Socin. Iun.conf.149.n.26.lib.1.Masc.concl.1397.n.17.Mago. dec.flo.1.n.21.vbi quoad actus inter eos non inter tutorem & alium,procuratoris gesta non præsumitur scire pupillus Bero.conf.68.num.86.lib.1. Natt. conf. 162.nu.33.Mar. Ang. conf. 70. num. 7. nec maior in præiudicialibus Rot.dec.430. nu. 4.part. 2. recentis. nec ad effectum priuationis & pœnæ 507.nu. 8. part. 1. recentio. Seraphin. decis. 1239. nec in generali procuratore Ond.conf.55.n.55. lib. 1. Add. ad decis. 127.coram Ludouis.Cef.de Graf.dec.109.n. 5. Mins. cent.

cent.2.obſ.17.n.4.nec vbi plena aut vera ſcientia requiritur Rip.ſup.24.Barz.dec.82.n.15.nec in nõ pertinentibus ad officium procuratoris Surd. conſ. 566. n.14.nec in procuratore priuati.dec.181.n.17.

Contrarium quod ſcientia tutoris & curatoris ſit ſcientia minoris Natt. conſ.482.n.6.7.& minori obſit quoad retractum Bero.conſ. 121. n. 19. 122. n. 12. lib. 1. Bard. de iur.proton.Q.7.Gratia diſcep.957.num.1.& ſeq.per l. non ſolum in fin. de liber.cauſ.& 957.n.1.& & ſeq. vbi idem ſi matri vel propinquis facta ſit intimatio de communi Rol.conſ.10.n.20. lib. 2. ſubdens contra tutorem ei ſuccuri.Surd.dec.222.n. 5. ſed perfictionem vt ibi Alba. conſ. 229. vbi ad excludendam reſtitutionem in integrum & idem de ſcientia curatoris.Surd.conſ 226.n.15. vbi etiam ſi ſolemnia omiſerit de communi Odd.conſ.17.n.27.vbi etiam quadriennium currere contra pupillum Surd.conſ. 164. nu. 54.vbi quando ſcientia ſola præiudicat, ſed in integrum reſtitui & Rot.Bono.dec.28.n.51.per Fundac. & Gips.

21 Scientiam teſtamenti tutor gerens habere præſumitur Soc.conſ.283.n.3.lib.2.Iaſ.conſ.47.lib. 1. non tamen infantes & furioſi & infantiæ vel pubertati proximi qui tutore authore adiuiſſẽt & diuiſiſſent etiã in minore 20.annis,licet præſumeretur in maiore 20. annis minore 25.nisi ex diuiſione conſtaret non bene vidiſſe teſtamentum Odd. de fideic.Q.3.n.216.& ſeq. vbi etiam an reſtitutio detur.

22 Scire etiam præſumitur ætatem pupilli Luc.de Pen. in l. 3. præſumpt. 34. C.de apoch. pub.lib.10. Meno. lib.6.præſump.24.n.20.eiuſque facta cuius bona geſſit præſumpt.23.n.67.

23 Facti defuncti ſcientia in tutore non præſumitur l. verius de probat. ſecus quoad pupilli facultates Maſc. concl 1397.n.17.

1.Lim.nam ſcientia tutoris & curatoris pupillo nocet quatenus ad eum peruenit l.ait prætor.2. §. ait prætor quę in fraud.cred. Albe.in dict.verbo.ſcientia tutoris.

TIT. XXIV. CAP. IV.
DE TVTORE QVI ALIAS MALE GESSIT.

24 Tutor qui olim male ſe geſſit in adminiſtratione tutelæ, hodie etiam male ſe gerere in adminiſtratione præſumitur Maſcar.concl.873.n.10.

TIT. XXIV. CAP. V.
DE FACTO TVTORIS PVPILLI CENSENDO.

25 Factum tutoris cenſetur factum pupilli Meno. conſ. 314.n.13.& poteſt tutor cum pupillo modo infans nõ ſit, & ſine pupillo contrahere Mona.dec bono.44. & facta à tutore à pupillo geſta cenſeri ex iſſque pupillum teneri l. apud Iulianum. §. pen. ex quib. cauſ. in poſſ.eat.Crau.conſ.560.n.2.Surd.dec.297.nu.5. Mona. dec.bono.45.n.6 vide tit.19.n.4509.

26 1. Lim. non procedere quando tutelam illegitimè ſuſcepiſſet, irrita enim ſiunt omnia quæ geſſit, nec pupillo poſſunt obeſſe l.in dubium C.de tut. qui non ſatiſd.l.2.de eo qui pro tuto.l.apud Celſum.§.ſi quis non tutor de doli except.Gab.conſ.36.nu. 17. lib.1. Ond. conſ 23.n.36.& 53.lib.2.

27 1.Amp. d.lim. vt ex alienatione nulliter à tutore illegitimo facta pupilli, à poſſeſſione ſine eorum facto & culpa cecidiſſe cẽſeantur, ideoque ſunt reintegrandi, licet ſecus accidat vbicumque ex cauſa iuſta, ex culpa vel facto ſuo ab illa quis caderet. Rol.conſ. 72. n.5.& ſeq.lib.4.Gab.d.n.17.Ond.d. n. 53.

2.Lim.vt ſi nomine proprio à tutore actus geſtus ſit nõ obſit pupillo Milan.dec.18.n.13.& ſeq.lib.2.

TIT. XXIV. CAP. VI.
DE REPRESENTATIONE TVTORIS.

28 Tutor repræſentat hæredem non autem ſubſtitutum Meno.lib.4.præſ.131.n.7.

TIT. XXIV. CAP. VII.
DE TVTORE DATO ADVLTO.

29 Tutor adulto datus pro curatore accipitur Marcabr.conſ.97.n.27.

TIT. XXIV. CAP. IIX.
DE TVTORE ET FIDEIVSSORE EODEM.

30 Fideiuſſor & tutor eſſe quis poteſt puta con tutoris & tam in ciuilibus quam in criminalibus pecuniarijs Gratian.diſceptation.forenſ.230.n.18.

TIT. XXV.
DE EXCVSATIONIBVS TVTORVM

SVMMARIVM.

1 *Acceptare tutelam tenetur tutor etiam inuitus amp. & lim. n. ſeq.*

2 *Exemptio ſpecialis requiritur in tutela vt quis excuſetur.*

3 *Ignotum teſtatori ſe dicens non excuſatur.*

4 *Nobilis ad ignobilis tutelam ſuſcipiendam cogitur.*

5 *Libertus datus tutor patroni filijs ſe non excuſat.*

6 *Spado tutor datus ſe excuſare nequit.*

7 *Doctores legum qui à tutela excuſentur.*

8 *Immiſcens ſe tutelæ non excuſatur lim. n. ſeq.*

9 *Conciliarius Principis à tutela excuſatur.*

10 *Inuitus confirmatus ſe excuſat.*

11 *Iudei à tutela non excuſantur.*

12 *Inopia pupilli non præſtat excuſationem.*

13 *Loci diſtantia non excuſat à tutela niſi vltra lapidem centeſimum.*

14 *Excuſare ſe tutor non poteſt niſi litem de hoc agat cum curatore à iudice dato.*

15 *Excuſari non poteſt qui legatum ſibi relictum agnouit.*

16 *Pater cum filio tutor & curator datur.*

17 *Falſum teſtamentum dicere non poteſt teſtamento tutor datus pro ſe à tutela excuſando.*

18 *Collegii eiuſdem liberis datus ſe non excuſat.*

19 *Magiſtratum maiorẽ vel minorẽ hoc eſt merum imperiũ habens à tutela excuſatur amp.& lim. n. ſeq.*

20 *Magiſtratus municipalis à tutela excuſatur.*

21 *Præfectus Prouinciæ à tutela excuſatur officio durante.*

22 *Cura alicui à Principe data à tutela excuſationem præſtat.*

23 *Magiſtratus futurus ſe nequit à tutela excuſare.*

24 *Magiſtratus officio functus non excuſatur à tutela.*

25 *Mu-*

25 Municipium qui administrauit non excusatur.
26 Aedilitas non praestat excusationem à tutela.
27 Rationibus ciuitatis occupatus non excusatur à tutela.
28 Vectigalia Ciuitatis conducens non excusatur.
29 Honor & dignitas à tutela sine onere publicae administrationis minimè excusant.
30 Magistratus non excusat à tutelis susceptis nisi magistratus adeo grauis sit vt eius administratio tutelae curam impediret.
31 Consiliarii seu silentiarij ob Reipublicae negotia à tutela excusantur.
32 Excusatur tutor à bonis alterius Prouinciae amp. n. seq.
33 Tutor alter ad bona alterius Prouinciae datur.
34 Tutor habitans in vna Prouincia dum creatur, excusatur si alio migretur iussu Principis, illum tutorem esse non ignorantis.
35 Tutor consiliarius Principis à tutelis susceptis liberatur.
36 Colonus patrimonialis Principis à tutela excusatur, quàmuis in colono fisci & temporali secus sit.
37 Mensores publicae annonae tutela excusantur.
38 Quartam tutelam recusat qui duas habens litigat super tertia.
39 Minor 25. annis à tutela se excusat.
40 Rusticitas & humilitas à tutela & cura excusant.
41 Ingenuus libertino tutor vel curator datus excusatur.
42 Senator et datus qui in nulla dignitate constitutus sit excusatur.
43 Metu creationis datus à Iudice se excusat & data iudici repetit vt se eximeret.
44 Lis magni ponderis mouenda contra agnatos tutoris operatur vt tutor excusetur.
45 Athletae sacris certaminibus coronati, & locis sacris seruientes, à tutela excusantur.
46 Libertus Senatoris quatenus excusetur.
47 Exilium perpetuum excusat, pro tẽporali curator datur.
48 Absolutus semel à tutela excusatur declarando vt ibi.
49 Collegio pistorum existentes à tutela excusantur vt ibi.
50 Frater priuilegio fultus fratris tutelam suscipere non cogitur nec curam.
51 Clerici & monaci excusantur à tutela.
52 Inhabilis post tutelam effectus excusatur.
53 Milites tutores esse minime possunt.
54 Numerus liberorum à tutela excusat amp. & lim. vt n. sequent.
55 Filiarum numerus excusat.
56 Curator excusatur ob numerum filiorum.
57 Emancipati filij in numero computantur ad excusandum à tutela.
58 Nepos ex filio praemortuo connumeratur ad excusandum à tutela lim. n. seq.
59 Nepotes plures ex filio pro vno numerantur.
60 Naturales filij non numerantur pro excusatione tutelae.
61 Nepotes ex filia auo materno nõ prosunt ad excusationẽ.
62 Nepotes ex filio superstite non numerantur ad excusandum à tutela.
63 Filij mortui in acie vel alibi ex vulneribus ibi receptis numerantur pro excusatione à tutela.
64 Filij poenae addicti an connumerentur.
65 Filius religionem ingressus connumeratur pro excusatione tutelae.
66 Filij numerantur etiam si postea obierint.
67 Filij ab hostibus capti connumerantur in excusatione.
68 Numerus liberorum adesse debet dum tutor creatur.
69 Filiorum quinque numerus à personalibus excusat, duodecim verò à realibus lim. vt n. seq.
70 Filij 16. requiruntur vt à patrimonialibus liberentur, licet in Decurionibus secus sit.
71 Filij vita functi creationis tempore nõ numerantur, licet secus sit si postea decederent.
72 Filij spurij non connumerantur.
73 Filij capti ab hostibus non numerantur.
74 Numerus liberorum non excusat quando alia causa falsa fuit allegata ob quam iudex excusauit.
75 Filij adoptiui non possunt ad excusationem.
76 Filij non dum nati non prosunt ad excusandum à tutela.
77 Liberi detestata vel vita quorum ambigitur non praestãt excusationem.
78 Liberorum trium si alteri curatore indigenti pater curator datus sit non praestant excusationem.
79 Filius 20. annis absens qui mortuus praesumitur non excusat.
80 Filius cui pater tutorẽ vel curatorem dedit nõ excusat.
81 Fisci res administrantes à tutela excusantur. amp. & lim. num. seq.
82 Curam rei Principis vel Reipublicae habens excusatur.
83 Iureconsulti ad Concilium Principis assumpti excusantur à tutela.
84 Absentes vel absuturi Reipublicae causa excusantur.
85 Absuturi causa Reipublicae tutelam susceptam dimittunt.
86 Absens legatione finita non excusatur.
87 Fisci res gerentes excusantur à tutela decreta administrationis tempore delata, nisi iam coepta fuisset.
88 Litem de omnibus bonis cum pupillo habens à tutela excusatur amp. & lim. num. seq.
89 Litem de maiori parte bonorum cum pupillo habens ab illius tutela excusatur.
90 Testamentarius tutor ob litem quam cum pupillo habet non excusatur ab eius tutela.
91 Mater auia & alij de quibus ibi ob litem cum pupillo non excusantur à tutela.
92 Lis non de omnibus bonis, nec haereditatis non excusat à tutela.
93 Tres tutelae non affectatae ab alia excusant amp. & lim. num. seq.
94 Tres tutelae in vna domo excusant ab alia.
95 Tres tutelae mixtae vna vel duabus curis excusant ab alia tutela.
96 Tutela vnica diffusa excusat ab alijs.
97 Tres tutelae excusant etiam si tertia non administretur sed fuerit prouocatione suspensa.
98 Tutela affectata non excusat.
99 Honoraria tutela non computatur ad excusandum.
100 Tres tutelae excusationem non praestant ab alijs publicis muneribus.
101 Leuissima tutela non connumeratur.
102 Tutela vnica & duo liberi non praestant excusationem.
103 Tutela altera trium expirata ante quartam, non excusat à quarta.
104 Vnica plurium pupillorum eiusdem patrimonij censetur esse tutela.
105 Fideiussio praestita non computatur in numero tutelarũ.
106 Defunctorie ac breui tempore transitura tutela non connumeratur
107 Tutelae administrationis onus non habentes non connumerantur.

108 *Tutela & cur. finita non connumeratur, prout si pupillus ab hereditate paterna se abstinuisset.*
109 *Absuturus Reipublicæ causa excusatur & interim curator datur post a tutelam reassumet lim. n. seq.*
110 *Absentia Reipublicæ causa affectata non excusat.*
111 *Conductor gabellarum excusatur à tutela.*
112 *Propinquus excluditur, nisi intra quatuor menses à die scientiæ sibi tutelam à Iudice decerni petierit; matre & auia exceptis.*
113 *Pauper excusatur à tutela probans oneri imposito se esse imparem lim. n. seq.*
114 *Pauper non excusatur, qui sua culpa in paupertatem incidisset.*
115 *Paupertas vt excuset tāta esse debet, vt tutor pro victu parando negocijs pupilli nequeat interesse.*
116 *Pauper nō excusatur à tutela salario à Iudice cōstituto.*
117 *Paupertate cessante, actualia cessat excusatio.*
118 *Mala valetudo perpetua excusat à tutela amp. & lim. num. seq.*
119 *Mala valetudo excusat etiam à suscepta tutela.*
120 *Mutus, surdus, & cæcus post susceptam tutelam effecti excusantur.*
121 *Rebus suis superesse non valentes, volentes etiam tutores esse non possunt.*
122 *Mala valetudine & furore vigente curator datur.*
123 *Oculi solius amissio non præstat excusationem à tutela.*
124 *Infirmitas familiæ non excusat à tutela.*
125 *Mutus, & surdus post tutelam susceptam effectus non excusatur.*
126 *Contrarium ibi probatur supra n. 120.*
127 *Furiosus testamento datus ante sanitatem recuperatam tutor esse non potest.*
128 *Illiterata tutela excusantur.*
129 *Inimicus capitalis tutela excusatur amp. & lim. vt nu. sequent.*
130 *Inimicitia superueniens excusat.*
131 *Inimicitia procuratoris post litem contestatam reuocari posse operatur.*
132 *Inimicitiæ causa magistratus tutorem dans seuerè punitur.*
133 *Inimicitia à tutela legitima, & datiua excusat.*
134 *Inimicitia excusat à tutela non distincto cuius ex parte processerit.*
135 *Inimicitia non excusat consilio de reconciliatione.*
136 *Inimicitia non excusat si testator diu vixerit tacens.*
137 *Inimicitia non excusat si testator diu tacuit, quamuis ex superuenienti inimicitia reuocatus tutor censeretur.*
138 *Inimicitia non excusat si tutorem se dari permiserit.*
139 *Inimicitia testamentarium tutorem non excusat.*
140 *Inimicitia ex culpa proueniens non excusat.*
141 *Inimicitia nisi capitalis sit non excusat.*
142 *Inimicitia ficta non excusat.*
143 *Inimicitia testamentum præcedens si bona mente tutor datus sit non excusat.*
144 *Status controuersiam passus à patre pupili à tutela excusatur.*
145 *Maior 70. annis à tutela excusatur. lim. num. seq.*
146 *Contrarium tenet Castr. ibi citatus.*
147 *Maior 70. annis ex statuto vel consuetudine tutor esse potest.*
148 *Maior 70. annis nondum completis non excusatur.*
149 *Miles à tutela excusatur amp. & lim. num. seq.*
150 *Veteranus à tutela excusatur præterquam vt ibi.*
151 *Miles non excusatur extra militiam existens.*
152 *Miles ignominiosè à militia missus non excusatur.*
153 *Miles à commilitone datus non excusatur.*
154 *Miles intra annos quinque à militia missus non excusatur*
155 *Grammatici, Philosophi, Rethores Doctores legum, Sophistæ, & Medici à tutela excusantur lim. n. seq. & hi artes triuiales exercent.*
156 *Geometræ & quadriuiales artes exercentes non excusantur à tutela.*
157 *Grammatici & alij triuiales artes exercentes de quibus n. 155. non excusantur nisi actu officium exerceant.*
158 *Literas priuatas docentes non excusantur à tutela.*
159 *Grammatici & alij de quibus n. 155. non excusantur nisi ordinis decreto sint probati.*
160 *Grammatici & alij de quibus n. 155. extra patriam docentes non excusantur à tutela.*
161 *Curam alicuius suscipere non tenetur qui eiusdem tutelam gessit lim. nu. seq.*
162 *Clericus in Ecclesia beneficium obtinens ab eius cura excusari nequit.*
163 *Libertus à tutela non excusatur & à cura.*
164 *Curam spe lucri suscipere allici tutor potest tutela finita.*
165 *Executor tutoribus omnibus excusatus ab Episcopo prouidetur.*
166 *Communia bona cum minore habens à legitima tutela excusatur lim. num. seq.*
167 *Communio modicæ rei excusationē à tutela non præstat.*
168 *Creditor & debitor pupilli à tutela, & cura excusantur lim. & n. seq.*
169 *Creditor & debitor non excusatur vt ibi.*
170 *Gabellarum conductor non excusatur.*
171 *Creditor modicæ rei non excusatur.*
172 *Mater & auia se possunt à tutela excusare.*
173 *Frustratorium si sit tutelam adsumere tutor excusatur.*
174 *Fideiussorem nō reperiens excusatur nisi bona possideret.*
175 *Domicilij mutatione alicui à Principe concessa; hic à tutela prioris domicilij excusabitur.*
176 *Duorum altero bene gerente alter excusatur alioquin remouetur vterque.*
177 *Causam habens excusationis etiam testamentarius excusatur*
178 *Excusato altero tutorum alter dari debet.*
179 *Excusare quomodo se tutor possit.*
180 *Legatum sibi relictum amittit tutor se à tutela excusās amp. & lim. vt n. seq.*
181 *Legatum tutori excusato relictum pupillo datur.*
182 *Legatum agnoscens excusari nequit.*
183 *Legatum eodem testamento relictum tutelæ contemplatione relictum censetur.*
184 *Legatum tutor amittit etiam confirmatus si se excuset.*
185 *Legatum non habet tutor & curator etiam testatori cōiunctus nisi tutelam acceptet.*
186 *Legatum causa curæ trium liberorum pro rata alterius eorum vita functi non debebitur.*
187 *Legatum tutori vti suspecto remoto non debetur.*
188 *Legatum totum perdit tutor qui pro parte se excusat.*
189 *Legatum se excusans amittit non habita distinctione an alter testatur relicturus fuisset.*
190 *Contrarium tenent ibi citati.*
191 *Legatum etiam coniunctis tutelæ contemplatione relictum censetur.* (di existenti.
192 *Legatum non debetur in mora notabili tutelam suscipien-*

193

193 *Testamentum approbasse tutor censetur si hæreditatem ex testamento adiverit.*
194 *Legatum non amittit tutor ab alio relictum.*
195 *Legatum consequitur tutor nulliter relictus.*
196 *Legatum non relictum principaliter contemplatione tutelæ debetur excusato à tutela.*
197 *Legatum debetur minori alysue tutoribus relictis, qui nequeunt esse tutores.*
198 *Legatum non amittit se excusans à tutela legitima, vel datiua.*
199 *Legatum filio tutoris debetur nisi in honorem patris relictum foret tutela à patre non acceptata.*
200 *Excusans se à tutela acceptum à testatore vel lege non restituit; licet si acceperit ab his qui dare non poterant restituere teneatur.*
201 *Legatum clerico relictum debetur licet tutelam non acceptauerit.*
202 *Substitutus pupillo à successione non excluditur, licet tutelam recusauerit.*
203 *Legatum non amittitur recusata tutela, quando ita testator cauisset.*
204 *Legatum non perdit legatarius recusata tutela, quod piæ causæ restituere grauatus fuit.*
205 *Legatum coniunctio factum non perditur recusata tutela.*
206 *Contrarium tenent ibi citati.*
207 *Legatum non perdit perpetuo iussus stare in ciuitate id non seruans.*
208 *Feudo antiquo non priuatur tutelam recusans.*
209 *Legato alteri restituendo non priuatur tutor qui tutelā recusauit.*
210 *Excusare se volens non appellat, sed excusationes proponit.*
211 *Remotus vt suspectus non tenetur amplius de administratione tutelæ.*
Exactores tributorum à tutela excusantur & nauicularij, & alij de quibus ibi.
212 *Excusationem habens non suscipit etiam fratris tutelam.*
213 *Excusationem habens non tenetur nisi de sponte gestis.*
214 *Excusationes propositas intra tempus non probans alias proponere potest.*
215 *Excusati alium dari tutorem petere non tenentur.*
216 *Excusatio nō requiritur si nulla fit tutelæ & curæ datio*
217 *Appellare tutor contumax potest & interim tutor non est.*
218 *Excusantibus sese tutoribus omnibus temporarius interim tutor datur.*
Bonorum extra territorium existentium an tutor excusetur.
219 *Excusationes imperfectæ non sufficiunt.*
220 *Excusationibus falsis liberatus ad omnia damna tenetur amp. & lim. num. seq.*
221 *Excusationis causa iniusta non tenet.*
222 *Excusatus ob iudicis ambitionem, tutor manet.*
223 *Excusatus ob falsam causam cum bonam haberet, tutor est, si tamen se abstinuerit bona fide, non tenebitur.*
224 *Decretum in datione ex falsa causa nullum est.*
225 *Excusatus ex falsis causis non tenetur si iustis, & probabilibus causis se abstinuerit.*
226 *Excusationem non præbent inter alios acta.*
227 *Excusare se nemo potest authoritate propria sed à Iudice.*
228 *Excusationes intra 50. dies proponi debent amp. & lim. num seq.*
229 *Excusatio intra 50. dies à tutore & curatore testamentario proponenda est.*
230 *Excusationes omnes intra 50. dies proponi debent lim. num. seq.*
231 *Excusationes diuersis temporibus proponi possunt, si de vtrisque simul cognosci non posset.*
232 *Excusationes quæ postea ad notitiam superuenerunt post alias proponi possunt.*
233 *Excusationes ab omnibus tutoribus intra 50. dies proponendæ sunt.*
234 *Contrarium in legitimis tenent ibi citati.*
235 *Excusatus post tempus tutor manet.*
236 *Excusationis dies 50. continui sunt & currunt etiam diebus feriatis in honorem Dei.*
237 *Tempus ad se excusandum non currit nisi à die scientiæ.*
238 *Tempus ad se excusandum, non incipit nisi conditione purificata sub qua tutor datus fuit.*
239 *Tempus ad se excusandum non currit impedito.*
240 *Absenti vltra centesimum lapidem dantur pro singulis 20. milliarijs dies singuli.*
241 *Absentes vltra centum milliaria à loco patrimonij pupilli excusantur.*
242 *Tempus se excusandi non currit non iure datis tutoribus.*
243 *Tempus excusationis ab adita hæreditate currit amp. num. seq.*
244 *Tempus excusandi ab adita hæreditate & sciētia currit*
245 *Impeditus qui se non potuit excusare interim allegata excusatione iusta reperta dabitur alter tutor.*
246 *Excusationes intra dies 50. proposuisse sat est.*
247 *Tempus excusationis non nocet si causa superueniat eo lapso.*
248 *Testamentarij tutelam non suscipientes sese excusasse censentur si iustam excusationis causam habuerint.*
249 *Excusatio iusta eius non admittitur qui tutelam gerere pupillorum patri promisit.*
250 *Excusare se non potest qui se tutorem testamento scripsit.*
251 *Excusare se non potest inutiliter datus à iudice confirmatus, vel si se ingesserit.*
252 *Causa excusationis post susceptam tutelam superueniens non excusat.*
253 *Causas excusationis superuenientes suscepta tutela ex ordine testatoris tutor allegare potest.*
254 *Excusatio vnius alteri non prodest.*
255 *Excusari non potest qui gessit vel confirmari passus fuit.*
256 *Excusari non potest qui tutelam acceptauit lim. n. seq.*
257 *Acceptata tutela excusatur tutor ex causa superueniente.*
258 *Accepta tutela tutor potest à Principe liberari.*
259 *Excusatio proponi non potest à procuratore speciali mandato carente.*
260 *Nominans tutorem vt se redimat vel litiget quatenus teneatur.*
261 *Lite pendēte super excusatione si pupillus adolescat terminari debet.*
262 *Ambitiosè vel pecunia obtenta excusatio nec tutori neque curatori prodest.*
263 *Excusatione non admissa tutor ad damna tenebitur.*
264 *Excusatio non pendet à iudicis arbitrio.*
265 *Excusatus à tutela vnius non excusatur ab alterius tutela.*

TTT

TIT. XXV: CAP. I.
DE EXCVSATIONIBVS TVTORVM.

1 TVtor tenetur etiam inuitus acceptare tutelã tutori, enim officium necessarium est vt supr. tit. 1. Spec. de tutor. §. nunc dicendum. §. sciendum. Institut. de Attilian. tuto. l. 1. de administrat. tut. l. final. C. eod. Antibol. de muner. par. 2. n. 3. Galgan. de tutel lib. 1. tit. 8. Ricci. collect. dec. 2393. Papie. in formulib. quo agit ad red. rat. tut. glo. 1. n. 1. Alba. cõs. 580. n. 11. & seq. vbi eo volente fieri Spino. de testa. glo. 29. n. 22 & 23. Cancer. var. resol. tom. 1. c. 7. n. 70. Borgn. de tuto. n. 201.

2 1. Amp. vt à tutela non excusetur qui remissionem publicorum munerum habet, nam specialis à tutela & cura requiritur exemptio l. non tantum. §. eos & §. seq. de excusat. tutor. l. legato in fine l. in honoribus. §. 1. de vacat. & excusat. muner. Montan. de tutel. c. 35. n. 2 l. spadonem. §. qui accepit. de excu. tuto.

3 2. Amp. vt ex eo quod dicat se testatori ignotum non excusetur à tutela §. non esse Institut. de excus. tutor. l. spadonem. §. qui absolut. eod. tit. de excus. tuto. Manz. de tutel. tit. de excusat. tutor. n. 19. dum tamen domicilium habeat vbi excusationem petit l. fin. de excus. tuto. Galg. de tute. lib. 1. tit. 8. n. 17. post Montan. d. c. 35. n. 20.

4 3. Amp. vt nobilis ad ignobilis tutelam suscipiendã compelli possit Tiraq. de nobilitat. cap. 37. num. 17. Montan. d. cap. 35. n. 23.

5 4. Amp. in liberto dato tutore vel curatore liberis patroni vel patronæ l. libertos C. de excusat. tuto. l. 1. ff. eod. Montan. supra n. 24. & seq. vbi etiam si tres tutelas vel plures liberos habeat, nisi tamen fideicommissariam libertatem habuisset l. nequaquam. de excusatio tuto. vel nisi mala valetudine detentus esset l. Titius. § si tanta. eod. vel nisi minor esset l. non solum. §. si libertus eod. tit. vel nisi suo ære emptus vel manumissus esset l. libertum § qui propria eod. vel nisi senatorum libertus sit, qui negocia patronorum procuret l. libertus. §. 1. ad municip. tribus casibus exceptis, quibus non excusaretur; primus quorum est, si plures sint liberti procurantes, quia vnus tantum excusabitur l. ne senatorum. C. eod. secundus quando haberet ius annulorum aureorum, & in ordinem ingenuorum transierit l. cum ex oratione. ff. eod. tertius si procurasset negocia senatoriæ mulieris patronę, vel libertus senatoris non patroni procurasset, gerens eius filiorum tutelam l. spadonem. §. liberti. l. libertum. eod. tit. vbi etiã à tribus tutelis non absolui Galg. de tute. lib. 1. tit. 8. n. 31. probat non excusari nisi aduersa valetudine corporis vel animi suis non posset negocijs superesse vide infra lim. 14. & finita tutela potest esse curator. d. l. libertos vbi glo. & Salic. & libertus senatoris filiorum, eius tutelam gerens ab aliorum tutela non excusatur l. libertus. 46. de excus. tuto.

6 5. Amp. in spadone qui se excusare non potest d. l. spadonem. & l. 1. C. de excus. tuto. vbi glo. idem ait in castrato. & ibi Salicet.

7 6. Amp. legum Doctores non excusari nisi Romæ, vel nisi in consilium Principis sint assumpti l. sed & reprobari. § peHuit & fi al. de excusat. tuto. Manzi. supra n. 31. Fab. & Aret. in §. item Romæ Instit. de exc. tuto. Montan. d. cap. 35. n. 118. vide infra limit. 1. in eius 8. sublim.

8 7. Amp. vt qui se immiscuit non habeat excusationẽ l. 2. C. si tut. vel cur. fal. 5. alleg. Emil. cõs. 78. n. 5. Vasq. de succes. resolut. §. 5. n. 20. Machel patrocin. 3. n. 10. Borgn. de tutor. n. 193 & seq. Port. cons. 147. n. 47. 48. idem dicentes de eo qui passus est quinquaginta dies labi antequam causam excusationis allegaret Masca. concl. 1399. n. 7. Gutier. de tutel. par 1. cap. 21. n. 35. Montan. supra n. 38 post Roman. cons. 235. n. 2.

9 1. Lim. nam Princeps eum excusare potest in consiliarium recipiens Afflict. in feud. tit. quæ sint regal. n. 55. & consiliarios Principis excusari à tutela & cura. l. fi. vbi glo. & Doc. C. de excusat. tutor.

10 2. Lim. non procedere quando inuitus confirmatus fuisset Gutierez. supra n. 35. vbi nu. 36. reijcit Cepol. caut. 16.

11 8. Amp. Iudeos etiam à tutela non excusari l. spadonem versic. neque librarios de excusat. tuto. Montan. d. cap. 35. n. 36.

12 9. Amp. pupilli inopia nõ excusari, quia tutor principaliter personæ datur l. tutores C. de excusatio. tut. Montan. supra n. 42. Galganet. d. lib. 1. tit. 8. n. 21. ex glo. in d. l. verbo. idoneum.

13 10. Amp. loci distantiam non excusare, nisi sit vltra centesimum lapidem, idest centum millia passuum. Mins. cons. 54. n. 7. & 8. Monta. supra n. 45. Galganet. d. tit. 8. n. 43.

14 11. Amp. vt propria authoritate nequeat se tutor, excusare, sed curatore dato à Iudice ad hoc litem peraget Cast. cons. 302. lib. 1. Mattes. not. 135. Cotta. verbo. connexorum. Borg. de tuto. n. 191. Gutier. d. cap. 21. n. 34.

15 12. Amp. in eo qui legatum sibi relictum acceptauit l. auia 11. de confirm. tuto Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 2. n. 15. nisi clericus tutor relictus esset Caroc. dec. 17. n 18. 19. Grat. eff. 16. cleri. n. 5.

16 13. Amp. si pater pro filio tutore vel curatore dato cauere nolit, nam & cum filio pater tutor & curator datur l. si quis inter. § si quis. §. Imperator. vbi Doc. de excusat. tutor. Galgan. supra n. 25. in fine.

17 14. Amp. vt tutor testamento datus ad se excusandũ testamentum falsum dicere nõ possit l. 5. §. ei qui vbi glo. verbo non potest his quib. vt indig. & si dixerit, legatum amittet, ac tutor erit d. §. ei qui. Galga. d. tit. 8. n. 28.

18 15. Amp. in dato liberis eiusdem collegij, nisi ex speciali concessione l. administrantes. 44. §. final. de excusatio. tutor. nisi dicti filij vltra centesimum lapidem à loco datæ tutelæ degerent. l. planè. 45. de excusation. tutor. Galgan d. tit. 8. n. 43. & supra amp. 10.

16. Amp. vt Collegia non excusentur, nisi specialiter vacent l. non tantum. 10. § non omnia. de excusat. tut. nec ædiles curules. §. is qui nec magistratus in municipio, licet secus in Ciuitate l. propter. 26. eod. tit.

19 1. Lim. non procedere in habente magistratum maiorem vel minorem idest merum imperium, hic enim excusabitur §. item qui Institut. de excusatio. tutor. l. Athletæ. §. gentium & §. remittuntur eod. tit. Manzi. de tutel. Q. 7. principal. n. 6. Monta. de tutel. d. cap. 35. n. 100. Galgan de tutel lib. 1. tit. 8. n. 22.

20 1. Amp. procedere etiam in magistratu municipali Balduin. in d. §. item qui verbo potestatem Minsing. cons. 54. n. 16. Montan. supra n. 103.

21 2. Amp. procedere in præfecto prouinciæ saltem, quousque administratio viget d.l.Athletæ.§.gentium. Montan.supra n.104.

22 3. Amp. in eo procedere cui Princeps curam aliquã iniunxerit, cura scilicet durante l. Geometræ. & l. administrantes de excusatio.tutor.Mont.supr.n. 105.

23 1. Sublim. non procedere in futuro magistratu qui, se nequit excusare l. propter magistratum de excusat. tutor.Balduin.supra Montan.supra n. 106. Galganet. supra n.22.

24 2. Sublim. non procedere in eo qui desiit esse magistratus l.spadonem.§.qui absolutus de excus.tut. Montan.supra n.107.

25 3. Sublim. non procedere in eo qui in municipio administrauerit d.l.propter.Montan.supra.n. 108.Galganet.supra n.22.

26 4. Sublim. non procedere in ædilitate l. non tantũ. §.is qui ædilitate de excusat.tutor. Montan. supra nu. 109.Galgan.d.n.22.

27 5. Sublim. non procedere in occupato rationibus, Ciuitatis d.l.spadonem §.ratiocinatio Montan.supra. num.110.

28 6. Sublim. non procedere in conducente vectigalia à Ciuitate d.l.spadonem.§. vectigalia Montan. supra. n.111.Galganet.supra n. 23. idem dicens in mensoribus frumentarijs & huiusmodi, sed in conductore vectigalis secus tenet glo.in l.8.C.de excus.tuto. vide infra n.112.

29 7. Sublim. nam nec honor, nec dignitas, sine onere publicæ administrationis excusat d. l. spadonem. §. scire. Aretin.in §.& qui.n.2.in fine Instit. de excus.tut. Balduin.supra. Montan. supra.n.112. Galgan. supra. d.n.22.

30 8. Sublim. non procedere quoad tutelas susceptas, nisi adeò grauis esset administratio magistratus, vt curam tutelæ impediret.§.item qui. Instit. de excusat. tutor. Montan.supra.n.113.vel nisi esset circa Principis latus l.iurisperitos. de excusation. tutor. Manzi. d. Q.7.n.6.

31 2. Lim. non procedere in silentiarijs, idest, consiliarijs, quia ob Reipublicæ ministeria, vix suis rebus superesse possunt l.finali.C.de excusation. tutor. l. fin. C.de silentiar. Montan.supra.n.117.Galganet. de tutel.lib.1.tit.8.n.23.l.iurisperitos.33.de exc.tuto.

32 3. Lim. non procedere quando pupillus bona haberet in alia prouincia quam in habitata per tutorem, à bonis enim extra Prouinciam excusatur l. non solũ. §.& qui.l.illud.l.propter litem.de excusatio.tutor. Rosel.de indulg.n.297.& seq.Montan.d.cap. 35. n. 219. Galgan.supra.n.21.

33 1. Amp. alium tutorem tunc quoad ea bona dari posse d. l. propter litem. §. licet & l. testamento. C. eod. Montan.supra n.220.

34 2. Amp. etiam si tutor tempore creationis in vna, prouincia habitaret, postea vero aliò Principis rescripto illum tutorem esse sciẽtis migrarit l. idem Vlpianus.§.sunt & alij, de excusation.tutor.Montan.supra. num.222.

35 3. Amp. vt eo casu tutor à susceptis tutelis liberetur d.§.sunt & alij si autem se intra statuta tempora non excusauerit, ei curator si ita expedire visum fuerit, adiungetur l.testamento.C.de excusatio.tutõ. Monta. supra.n.223.

36 4. Lim. non procedere in colono Principis patrimoniali, quamuis in colono fisci ac temporali, secus sit l.final.C.qui dat.tuto.l.coloni.C. de excusatio. tutor. Montan.d.cap.35.n.224.

37 5. Lim. non procedere in mensoribus frumentarijs qui scilicet annonam publicam admetiuntur l. mensores, de excusation.tutor.l.1.C de condit. in public. Gorre. Montan.supra.n.226.& seq.l.mensores.29. de excus.tuto.

38 6. Lim. nam duas tutelas habens, se à tertia excusans si quarta deferatur, interim excusatur à quarta; & appellationis a tertia exitus expectabitur l. 4. vbi glo.& Docto.de excus.tut.Galgan.de tute.lib.1.tit.8. num.4.

39 7. Lim. non procedere in minore 25. annis l. non solum. 12 §.si libertus. de excus.tutor Galganet. d. tit. 8.n.6.§.item maior vbi glo.& Aret. Instit. de excusat. tuto.vel curato.

40 8. Lim. nã rusticitas & humilitas à tutela excusant & cura, nisi sagaces essent l. Athletæ. §. de rusticis. vbi glo.verbo.interdum.de excusation.tutor. Aluis. de Albert.sing.53.Galganet.d.tit.8.n.9.

41 9. Lim. non procedere in ingenuo tutore, vel curatore libertino pupillo dato, qui se potest ex causa excusare certa, licet si se non excuset rationem reddere teneatur, & in subsidium in defectum libertinorum, tutor & curator à præside dari potest, quo casu se excusare non potest l. 1. & l. ingenuus. de excusatio. tuto. l.3.C.eod.vbi Salic.libertinus etiam quiuis aureorũ annulorum impetrauit, non potest se ex capite ingenuitatis excusare l. cum ex oratione. 47. vbi Doc. de excus.tuto.Galgan.d.lib.1.tit.8.n.11.

42 10. Lim. non procedere in senatore dato ei qui in nulla dignitate positus sit, qui ideò excusatur l.spadonem.§.scire.vbi glo.verbo. absoluetur. de excusation. tutor.Galganet.supra n.12.

43 11. Lim. nam tutor datus & nominatus à iudice, vt metu creationis iudici aliquid det, vt se ab hoc munere eximat, excusatur & quod impendit, à Iudice repetit l.si eueriter.14.vbi Doc.C.de excus. tutor. Galgan.d.tit.8.n.17.

44 12. Lim. non procedere quando lis esset mouenda contra agnatos tutoris magni ponderis, tunc enim tutor volens, poterit excusari l. humanitatis.23. vbi glo.& Doc.C.de exc.tuto.Galg.supra.n.20.

45 13. Lim. non procedere in Athletis sacris certaminibus coronatis l. Athletæ vbi glo. & Docto. de exc. tutor. & idem in seruientibus locis sacris Galgan. d. tit.8.n.25.

46 14. Lim. non procedere in liberto senatoris eius negocia gerente; nisi ius annulorum aureorum impetrasset, vel nisi plures sint, tunc enim vnus tantum excusabitur l.cum ex oratione.47.§. & quamuis, vbi glo.& Docto.de excusat. tutor.l.ne senatorum.13. C. eod.nec excusatur etiam libertus vxoris senatoris, nec libertus qui tutelam, vel curam patroni, vel filiorum gerit ab alijs tutelis excusatur l.spadonem.l.libertus. 46.de exc.tutor.Galgan.d.tit.8.sub n. 25. vide supra. amp.4.

47 15. Lim. nõ procedere in tutore in exilium perpetuũ misso, quamuis temporaliter curator detur l. tutor. 31.§.fin.l.plane.32.vbi Doct.de excus.tutor.Galgan. supra n.25.in fine.& idem in relegato & deportato. l. sed

sed & milites. §. scribit de excus. tuto. & excusatur si tutorem suspectum non fecerit d.l. planè.

48 . 16. Lim. non procedere quando quis fuisset absolutus semel, nisi absolutionis causa cessaret, vel nisi ab vnius tutela excusetur, non enim ab alterius tutela excusabitur l qui absolutus. de excusat. tutor. l. cum ex oratione eod. tit. l. duobus. 25. de testam tute. Galga. d. tit 8. n 26. non excusabitur etiam cessante conditione absolutionis ex l. qui testamento. eod. tit. Galg. supra.

49 17. Lim. non procedere in existentibus in collegio pistorum, si intra præfixum numerum sint, & artem per se exerceant, etiam si tutela filiorum collegarum deferatur l. final. vbi glo. & Docto. de excusation. tutor. Galganet. d. tit. 8. n. 29. §. item Romæ. Inst. de excus tut.

50 18. Lim. non procedere in fratre qui priuilegio fultus fratris tutelam vel curam suscipere non cogitur l. iuris peritos. 33. §. qui priuilegio. de excusation. tutor. Galganet. de tutel. tit. 8 n. 34.

51 · 19. Lim. non procedere in clericis & monacis qui excusantur cap. final. 88 distin. cap. generaliter. 16. Q. 1. Spino. de testament glo. 29. n 23. Galg. sup. n. 4 dixi supra tit. 5. & 9. Gras. eff 16. clericat Barbos. de iur. Eccle. vniu. lib. 1. cap. 39. § 5. n. 72 & seq.

52 20. Lim. nō procedere in tutore inhabili effecto post tutelam qui se excusare potest l. post susceptam. de excusat. tutor. Antibol. de muner. par. 3. n. 122. Soc. Iun. cons. 59 n. 35. lib. 3.

53 21. Lim. non procedere in militibus qui tutores esse minimè possunt vt supra tit. 9. cap. 1. n. 156. lim. 31. & quando sunt in seruitio Regis, Spino. de testam. glo. 29 n. 23. §. idem & in milite Inst. de excus. tut. l. propter. 26. de excus. tuto.

54 22. Lim. nam liberorum superstitum numerus à tutela excusat l. 2. de vacation. muner. l. 2. de excusatio tuto. vt si quinque filios habeat extra Romam Borg. de tutor. n. 189. vel septem §. primo. Inst. de excus. tuto. Port. cons. 147. n. 47. Montan. de tutel. cap. 35. n. 46. & sequent vbi omni loco excusare post Manzi. de tutel. Q 7. Principal l. n 1 Spino. de testament. glo 29. n. 23. Galganet. d. tit. 8. n. 2. & quod talis numerus Romæ trium esse debeat vsque ad centesimum Lapidem seu milliarium l. 2. §. cum vrbem de offi prefect. Vrb. in Italia autem quatuor, in prouincijs quinque Inst. de excusatio. tutor. in princip. & l. excusantur. 2. §. remittit. eod tit. & l. 1. C. qui numero libero. se excusant. Alciat. in l. notionem. §. continentes de verbor. signification. Galganet. d. n. 2. post glo. in l. 2. §. numerum. verbo. determinatum de excusation. tutor. l. 1. C. qui nume. libero. se excus.

55 1. Amp. procedere etiam in filiabus Montan. sup. nu. 57. nisi amissæ forent. l. 2. C. qui nume. libero.

56 2. Amp. vt curator datus à iudice, mēte capto, muto, seu ventri, se excuset, propter numerum liberorum l. Titius. §. si à Prætore. de excusatio. tutor. Montan. supra n. 59. Galg. d. n. 2. & de dato filio emancipato l. amicissimos. §. quæso de excusation. tutor. Galganet. d. tit. 8. n. 33.

57 3. Amp. etiam si filij sint emancipati Institut. de excus. tuto. in princip. & quando eorū alter emācipatus esset, & curatorem haberet Bar. sing. 69. Mōtan. sup. n. 55. idem dicēs si à patre in adoptionem dati essent n. 58. Franc. dec. 532. Galg. d. n. 2.

58 4. Amp vt nepos ex filio præmortuo connumeretur l. 2. §. non solum de excus. tutor. l. 3. C. de ijs. qui num. libero. lib. 10. Instit. de excus. tutor. in princip. Monta. sup. n. 56. Manz. sup n. 1. pro vno tamen filio l. 2. §. non solum. de excusa. tutor. Galganet. d. tit. 8. n. 2.

59 1. Lim. nam si plures ex filio nepotes extent pro vno computentur l. 2. §. quotcumque de excusat. tuto. Galgan. supra §. 1. Inst. de excus. tuto.

60 2. Lim. non procedere in naturalibus qui non connumerantur neque excusationem præstant Tiraquel. in l. si vnquam. verbo. susceperit liberos n. 61. C. de reuocan. donation. Gratian. disceptation. 567. n. 19.

61 3. Lim. non procedere in nepotibus ex filia oriundis qui auo materno non prosunt licet auo paterno ex filio orti prosint ad excusationem filio prædefuncto l. 1. & l. fin. C. qui. nume. liber. Inst. de excusatio. tutor. in princip. Galganet. sup. Manzi. de tut. Q 7. n. 1. Montan. sup. n. 78 vbi si auo sui futuri non sint.

62 4. Lim. non procedere in nepotibus ex filio superstite l. 2. C. qui num. libero. Montan. sup. n. 77. §. 1. Inst. de excus. tuto.

63 5. Amp etiam si superstites non sint, si tamen in acie Principis obierint, aut vulneribus in conflictu receptis alibi vitam cum morte commutauerint, alioquin tamen secus l. 1. § 2. de incend. ruin. & naufrag. Inst de excus. tutor. in princip. versic. filij autem Manzi de tutel. Q. 7. n. 1. Gutierez de tutel. part. 1. c. 21 n. 2. Galg. d. n. 2. Franc. dec. 532 l. bello 21. de excus. tuto.

64 6. Amp. in filijs addictis pœnæ, quod tamen non est sine dubio ex Doc in l. Deo nobis. C. de Sacrosanct. Eccles Montan. supra n. 69.

65 7. Amp procedere quamuis filius religionem fuisset ingressus Aretin. Inst. de excus. tutor. in princip. nu. 4. Franc. dec 532. Montan. supra. n. 68. Gras. de eff. clericat. eff. 16. n. 27.

66 8. Amp. non referre si postmodum decesserint l. excusantur 2 §. remittit. de excus. tutor. Surd. cons. 456. n. 17. Galgan. sup. n. 2. Tiraq. in l. si vnquam. verbo. liberos. n. 192. C de reuo. donat.

67 9. Amp. procedere etiam si filius fuisset ab hostibus captus Aret. suprà.

68 1. Sublim. 22. limitationem non procedere nisi numerus liberorum constitutionibus determinatus certus fuerit, quando tutor creatur, illud enim tempus inspicitur, nec refert si post creationem generentur antequam iura remissionis præbeantur, nā si post creationem generentur non auxiliantur. l. 2. § numerum. de excusation. tutor. l semper. § hoc circa de iur. imm. Manzi. d n. 1. in fine. Monta. supra n. 80.

69 2. Sublim. vt quinque filiorum numerus à personalibus excuset duodecim vero à realibus & patrimonialib⁹ l. si quis decurio vbi glo. & Docto. C. decurion. lib. 10. de cōi. Anan. cons. final. & Rol. cons. 60. n. 35. lib. 1. & Gut. d. cap. 21. n. 3.

70 1. Lim non procedere nisi in Decurionibus, in alijs enim vt à patrimonialib⁹ liberentur sexdecim filij requiruntur Coua. in 4. de sponsal. part. 2. c. 8. in princip. n. 1. Gutierez. sup.

71 3. Sublim. non procedere quando tempore tutelę filij obijssent, hi namque non prosunt ad excusationem, quamuis prodessent si extitissent creationis tempore, licet postea morerentur l. 2. §. remittit. de excusation.

tutor.§.filij antem. Inst.eod.nisi pro Republica ante tutoris creationem in acie obijssent Montan. supra n. 60.& seq etiam si in acie tãtummodo vulnerati, postmodum domi decessissent Aretin.in §.1.n.7. Institutu. de excusatio.tutor.Surd.supra.Galg. d.n. 2.

72 4.Sublim.non procedere in filijs spurijs Aret. Inst.de excus.tuto.in princip.n.3. (vbi quando essent legitimati se remittit ad Bar.in l.si quis ita.§.1.de legat.2.) Montan.sup.n.73.per l.1.§.1.de excusatio.tutor. Mãzin.d.n.1.Surd.supra.Galg.d.n.2.

73 5.Sublim.non procedere in filijs ab hostibus captis l.2 C.de ijs qui numer.libero.lib.10.Mont.sup. n.65.

74 6.Sublim. non procedere quando excusatus ob numerum liberorum aliã allegasset causam falsam propter quam iudex eum excusasset l. qui testamento. de excusatio.tutor, Montan.supra n.74.

75 7.Sublim. non procedere in filijs adoptiuis Inst. de excus.tutor. in prin. vbi glo. & Aldobr. qui idem esse probat in filijs arrogatis, qui tamen naturali patri, & dati in adoptionem auo prosunt glo. in l.2. verbo. legitimos.de excus. tutor Manz.supr. nu. 1. Montan. sup.n.70. Galg. sup. n.2.

76 8.Sublim. non procedere in nondum natis Montan. supra n.75.vel natis ante dationem vel cognitionem excusationis, si creationis tempore non supersint l. tutor petitus.de excusat.tutor.l. 2. C. qui nume. liber. se excus.Mont.sup.n.76.& 77.Galg.d.n.2.

77 9.Sublim.non procedere in liberis de statu vel vita quorum ambigitur l. 1. C. qui nume. libero. se excus. Montan.sup.n.79.

78 10.Sublim.non procedere in patre habente tres liberos, alter quorum emancipatus curatore indigeat, eique pater curator datus sit l. amicissimos §. final. de excusat.tutor. Montan.supra.n.79.

79 11.Sublim. non procedere quando per viginti annos filiorum alter abesset, nec de illius vita certitudo extaret, mortuus enim præsumitur Bal.cons.90. n. 2. lib.1. Montan.supra n.83.

80 12.Sublim.non procedere quando filio pater tutorẽ vel curatorem dedisset l.amicissimus. 36. §. fin. de excusatio.tuto.Galganet d.n.2.

81 23.Lim.non procedere in administrantibus res fisci, hi namque excusantur quamdiu isthęc administratio viget.l.administrantes.de excusatio.tutor §.itẽ Diuus Inst.eod.tit. Manzi.de tutel.d.Q.7.n.2.Monta.supr. n. 84.Galganet.de tutel.lib.1.tit.8.n.23.

82 1.Amp.idem de illis esse quibus Princeps curam alicuius rei publicæ vel propriæ commisisset d.l.administrantes §.& qui potestatem vbi glo. Inst. de excus. tutor. Manzi.supra.n.3. Mont.sup.n.85.Galg.supr. d. n. 23.vt in præfecto annonæ, vigilum, exactoribus tributorum, colonis patrimonialibus, non etiam in conductoribus prædiorum l.final.C.qui dat.tuto.l. coloni.8.de excus.tutor.

83 2.Amp. in Iureconsultis ad consilium Principis assumptis,hi namque sunt perpetuò excusati l. iurisperitos.de excus tutor.l.fin.C.eod.Aret. in §.item qui n. 2. Inst. de excus. tutor. modò circa eorum latus agant Minsing.in §.item Diuus.n.2.Inst.eod.Manzi. supra. n.4.Montan.d.cap.35.n.116.

84 3.Amp.procedere in illis qui Reipublicæ causa absunt, vel absfuturi sunt l.filiusfamilias.§.final. de procurator l. non solum. de excusation. tutor. §. item qui Reipublicæ.Inst.eod.tit.& qui Reipublicæ causa abesse dicantur,habetur in l.item.2 in l.Reipublicę. in l. abesse & seq. ex quib. caus.maior Borgni.de tutor. n. 189.Montan.supra n.88.& seq.vbi etiam anni continui vacationem habere, quam tamen non habẽt post redditum, vel municipij causa absentes §. item qui Reipublicæ Inst.de excus.tutor.Manzi.supra.n.5.Galganet.de tutel.lib.1.tit.8.n.4. idem de socijs ei concessis probans & n. 23. reuertentes illam adsumere; & à noua tutela anni excusationem habere l. 2. C. si tut.Reip.caus. l.non solum.de excus. tutor.

85 Si autem tutores dati forent, & postea Reipublicæ causa abesse cœpissent, à tutela excusantur, si prius hoc postulauerint, aliumue actorem vel curatorem petierint l. 1.C.si tutor Reipub.caus.l.tutor.§.quise de administrat tutor.Aret.in §.item qui. n.2. Inst. de excusat.tuto.& hoc quamdiu absfuerint, reuersi namq; tutelam illico adsumere tenentur, neque anni excusationem habent, hoc enim spatium illis dumtaxat datur,qui ad nouas tutelas vocantur d.l.administrantes.44.de excusat.tuto. § item qui. Inst.eod. Montan. supra.n.97.vbi etiam non perpetuò, sed absentię tempore tantummodo excusari, interim curatore dato d.§ item qui; & in locum perpetuo excusati dabitur alter tutor, curator autem si excusatio temporanea sit l.idem Vlpianus. de excusation. tutor. l. penult. de tutel. Manzi.supra.n.5.Galgan.d.n.4.& n.23. versic. sed hoc.

86 1.Lim.3.amp.non procedere quando finita legatione abesset l.qui libera de legat.Galganet. supra. d.n. 23.

87 4. Amp. vt excusẽtur à tutela decreta delatæ administrationis tẽpore, nisi iam cœpta fuisset d.l.administrantes Montan.sup.n.86.Galg. d.n.23.

88 24.Lim.non procedere in habente litem, de omnibus bonis cum pupillo qui à tutela propterea excusatur l.illud & prohibetur gerere & l. propter. de excus. tuto.§.item propter Inst.eod.tit.Tiraq.in l. si vnquã. verbo.omnia.n.12.C.de rector.donatio. Aretin. in §. propter litem.n.1.Inst.de excus.tutor. Manz. de tutel. Q.7.princip.n.7.Gutier.de tutel.part.1.c.21.num.7. Montan. de tutel.cap.35.n.7.Galg.de tutel.lib.1. tit. 8.n.15.subdens nec si velit tutorem esse posse ex Aret. supra.& omnium bonorum vel partis maioris requiri probat Soc.Iun.cons.7 n 23.lib.4.Onded.cons. 52. n. 10.& 11. vbi idem si lis futura sit lib.2.

89 1.Amp. procedere in lite maioris partis bonorum d.§.item propter l.propter litem.de excusatione tuto. Bar.in l.3.in princip de testi.Soc.Iun. d. n. 13. Natta. cons.42.n.7.43.n.4. Tiraq sup.n. 12. Lup. in rubr. de donatio.inter vir.& vxor. §.79.n.3.Manz.sup.d.n.7. Gutier.sup.d.n.7.Galg.sup.d.n.15.

90 1.Sublim.24.limitationem non procedere in testamentario tutore.§.1. Inst.de satisd. tutor. dũmodo illud sciret testator, alioquin secus glo. in l. paterfilio. verb.creditorem.de procurator.Bar.in auth. vt ij qui oblig.haber.res mino.se perhib.§.1. Soc. Ion. cons. 7. n.23.& seq.tradens etiam quæ nam scientia requiratur.Manzi.supra.n.7.

91 1.Sublim.non procedere in matre & auia, alijsq; à Bar.enumeratis d.§.1.Bal.&;Salic. in auth. matri & auiæ C.quando mulier tute.offi. fung.pos. Aret. d.n. 1.Soc.Iun.d.cons.7.n.25.Galganet.d.n.15.

92 3.

92 3. Sublim. non procedere quando non esset lis de omnibus bonis vel hæreditatis l. si vt allegas vbi glo. & Sali. C. de excusat. tuto. § item propter litem. Institut. de excus. tuto. Gutier. de tutel part 1. c. 20. n. 14. imò de hæreditate non sufficeret Natt. cons. 43. n. 4. Montan. supra n. 5. & de omnibus, aut saltem maiori bonorum parte litem subesse vel futuram esse Soc. Iun. supra Onded supra & alij supra citati in limitatione & eius ampliatione.

93 25. Lim. nam tres aut plures tutelas habens non affectatas à noua postmodum delata excusatur. l. 2. §. final de excusatio. tutor. l. 1. C. qui num. tute. §. item tria Inst. de excusat tuto l. tria. l. si duas. de excusatio. tuto Franc. Marc. decis. 340. lib. 1. Borgni. de tutor. nu. 189. Minsing. cons 54. n. 16. Gutierez. d. cap. 21. n. 8. Spino, de testament glo. 29. n. 23. Montan. d. cap. 35. n. 119. & si duas habenti duæ aliæ deferantur diuerso tempore præfertur prior; si eodem illa præfertur quã deferens declarauit l. 6. de excu. tut.

94 1. Amp. etiam procedere si in vna domo sint nam si pater tres tutelas habeat, filius excusatur, & è contra l. diximus. §. si pater de excusation tuto. Manzi. d. Q. 7. n. 8. Montan supra n. 125. Galganet supra n. 4. intelligens si ad patris periculum spectent d. l. tria. & si duas pater habeat, & aliam filij emancipati l. si quis 18. de excus. tuto.

95 2. Amp. procedere etiam si mixta sit vna, vel duæ curæ l. 2. § amplius. de excusat tutor. Manzi. d. Q. 7. n. 8. Montan supra n. 121. vel è contra Galgan. d. n. 4.

si reiecta fuerit excusatio tenebitur tutor à die scientiæ pro administratione. l. tutor. 20. vbi glo. de administratio. tutor. Scrader. supra. n. 44. nisi tutor iustam litigandi causam habuisset, tunc enim à die sententiæ tantum obnoxius erit tutelæ gestioni glo. in l. 2. verb. medij si tut. vel cur. appel. Tiraq. de retract. lig. §. 2. glo. 15. n. 8. Scrad. supra. n. 46. non tamen generica scientia sufficiet, sed specifica requiretur cui datus sit n. 47. de qua scientia vide supra tit. 9. Montan. de tute. reg. 3. cap. 35. qui intra 30. dies continuos idest nullo excluso proponi debere inquit & intra quatuor menses probari per l. scire. de excusatio. tuto. & l. quinquaginta & l. tutores. C. eod. Galgan. de tut. lib. 1. tit. 8. n. 38. & tit. 9. n. 1. & seq. in omnibus tutoribus idem probans ex l. scire. §. qui autem de excus. tutor. vide supra. tit. 18. cap. 1. & qui debito tempore se non excusat remanet tutor Soc. Iun. cons. 16. n. 32. lib. 2. Add. ad Alb. cons. 580. lit. D. Cancer. var. resol. tom. 1. c. 7. num. 71. Borgn. de tuto. n. 195.

229 1. Amp. 5. sublim. procedere tam in tutore quam in curatore testamentario post confirmationē l. Caius. de exc. Montan. supra. n. 3.

230 2. Amp. vt omnes excusationes intra dies quinquaginta proponere teneantur quibus transactis super eis non audientur glo. in §. qui autem Inst. de excus. tutor. Montan. supra. n. 4.

231 1. Lim. secundam ampliationē non procedere quādo plura iura competerent de quibus simul non posset agi Montan. supra. n. 5.

232 2. Lim. non procedere quando ad tutoris notitiam superuenissent Port. in §. fin. n. 2. Inst. de exc. tutor. si ita iurauerit. Montan. supra. n. 8.

233 3. Amp. procedere tam in datiuis quam in legitimis, ac testamentarijs tutoribus Balduin. Inst. de exc. tutor. versic. idest qualitercumque Galgan. d. tit. 9. n. 3.

234 Contrarium in legitimis tenet Cuiac. in l. 13. de excus. tutor. Montan. supra. n. 9.

235 4. Amp. vt post tempus excusatus tutor maneat l. scire etiam. §. consequens. de exc. tutor. Galg. de tutel. lib. 1. tit. 7. n. 52. tit. 8. n. 26.

236 5. Amp. vt isti quinquaginta dies continui sint, & currant etiam diebus feriatis. §. qui autem. Inst. de excus. tuto. Galgan. d. tit. 9. n. 10. post Montan. d. c. 35.

6. Amp. vt si de nouo post elapsum tempus excusatio superueniat non admittatur nec si de nouo ad notitiā venerit Fab. in §. qui autem. n. 3. Inst. de exc. tut. Feli. in c. licet causam. n. 18. vers. limita ergo. in fi. de prob.

237 1. Lim. 5. sublim. non procedere nec dies quinquaginta incipere nisi à die scientiæ se tutores datos puta testamento publicato, vel denunciatione domi facta l. scire. §. qui autem. & §. consequens. de excus. tutor. d. l. quinquaginta. l. 1. de adm. tutor. quod pupillus probare debebit l. hoc autem. de admin. tuto d. §. consequens Montan. supra. n. 13. & seq. Scrader. supra. n. 47. post Abba. cons. 90. n. 4. lib. 2. Borgni. de tutor. n. 189. Galgan. d. tit. 9. n. 10. & seq. nec tutor credere tenetur denunciationi sibi factæ quod sit tutor nisi à personis idoneis quę dicant vidisse testamentum vel nisi ostēto testamento Bar. in l. quidam. decedens. §. fi. de admi. tut. Ias. cons. 159. col. pen. vers. secundo facit. lib. 2.

238 2. Lim. non procedere in tutore testamento conditionaliter dato, huic enim non currunt quinquaginta dies ante conditionis euentum; siue tutor sit, l. penul §. procedit. de exc. tuto. siue curatori cui non currit tempus ante confirmationem l. scire: §. qui autem. l. Titius. de exc. tutor. Aret. in l. 1. §. biduum. quando appel. sit Montan. supra. n. 17. Galg. d. tit. 9. nu. 14. & 15. & lib. 3. Q. 8. n. 6.

239 3. Lim. in tutore vel curatore qui culpa aduersarij litem instituere vel peragere impeditus fuisset, aliauè iusta causa puta mala valetudine, tempestate, vi fluminis, vel alio fortuito casu d. l. scire. §. consequens. l. si cum ipse. de exc. tuto. vbi Bar. n. 1. Oldendorp. de sēt. & re iud. par. 2. sub n. 22. Montan. supra. n. 18. Gonza. reg. 8. cancel. glo. 27. n. 39.

240 4. Lim. non procedere in tutore existente vltra cētesimum lapidem à loco vbi datus est, huic enim dari debent in singulis 20. milliarijs, singuli dies, & præterea dies 30. ad professionem excusationis, nec vmquam minus sit, quamuis amplius esse possit, nam si in itinere non impendantur 20. dies qui supersunt ex quinquaginta semper indulgentur l. 3. de verbo. significatio. Spec. Abb. & Piag. supra. & Galgan. d. tit. 9. n. 3. Scrader. supra. Montan. supra. n. 19.

241 1. Amp. vt qui absunt centum milliaribus à loco patrimonij pupilli plenam habeant excusationem l. propter litem. §. penul. l. planè de excus. tutor. Monta. d. n. 19.

242 5. Lim. non procedere in datis non iure nisi essent confirmati, quamuis de gestis ante confirmationem teneantur l. 1. ff. & C. de confir. tuto. Montan supra. n. 20. Galga. d. tit. 8. n. 38. d. l. scire §. qui non iustè. Galgan. supra. n. 13. & lib. 3. Q. 8. n. 1. & seq. & quando gerere non tenetur d. §. qui non iuste vel datus non est suppositus iurisdictioni dantis in fi.

243 6. Lim. vt à die aditæ hæreditatis tantum tempus currat, & potestas a testatore in tutorem transeat l. tutores. 7. vbi glo. & Docto. de testam. tut. l. si hæreditas. 10. vbi Docto. eod. tit. de testam. tut. Abb. cons. 90. n. 5. lib. 2. Aretin. in d. §. biduum Galgan. de tute. lib. 1. tit. 22. & d. tit. 9. n 14.

244 1. Amp. vt etiam scientia aditionis requiratur vt tempus currat l. 2. vbi Bal n. 2. C. vbi in rem actio Arnon. caut. 46. obtinui pro D. Hieronymo Bernardini coram Rot. lucan. 1617. in primo semestri.

245 7. Lim. non procedere quando propter impedimentum non potuit se excusare, & interim allegata excusatione, iustaque reperta dabitur alter tutor l. scire etiam. §. consequens autem; de excus. tuto. Galg. d. lib. 1. tit. 7. n. 52. & tit. 9. n. 9.

246 8. Lim. sat esse intra quinquaginta dies excusationes proposuisse etiam si tutores electi eas non dum probauerint, postea etenim audiri debent d. §. consequens. Galgan. d. tit. 9. n. 8. & supra. n. 228.

247 9. Lim. non procedere quando causa superueniret. Mastril. dec. 76.

248 10. Lim. non procedere quando testamentarij tutelam non suscepere ex hoc enim se excusasse vidētur, si causam excusationis habuerint Bal. in l. Nesennius. n. 4. in fine de excusat. tutor. Alb. in l. quid autem. eod. tit. Cur. Iun. cons. 29. n. 6. Piag. de tute. Q. 10. n. 1. Ond. cons. 52. n. 8. & 9. lib. 2.

249 6. Sublim. non procedere in eo qui patri pupillorū tutelam gerere promisit hic enim excusatione quam habebat non vtetur l. spadonem § patri. de excus. tut. §. item si propter Instit. eod. tit. de communi testatur.

Gutier.

Gutierez.in l.nemo potest.n.253.de leg.1.Galgan.de tutel.lib.1.tit.8.n.35.

250 7. Sublim. non procedere in eo qui tutorem se scripsit in testamento, & testator subscripsit qui excusationes proponere non poterit l.ex sententia 29. de testam.tute.Galganet supra.n. 35. Meno. conf. 58. n. 33.& in notario qui se tutorem scripsit in testamento quod non excusetur l.ex sentetia. de testam.tut.l.vxor. §.1.de fals.Scain Rot.Bono.39.n.17.

251 8. Sublim. nam si inutiliter datus, à iudice fuerit confirmatus, vel se ingesserit, excusari minime possit l.scire. §.qui nō iustè. de excusatio.tutor.Galg.sup. n.38.dixi supra.n..... l. Caius.19. de excus.tut. & si se ingesserit nec à Principe nec à iudice excusari Alb. cons.580,Maia.d.consultat.1.

252 9. Sublim. non procedere quando post susceptam tutelam causa superuenisset excusans, tunc enim non excusabitur tutor l.tutor. de excus.tutor.l.non tantū. 20.§ sanè.eod.tit.Galganet.d n.38. nisi Reipublicę causa absit, vel Principis consensu aliò domicilium transferat; vel senator euadat l. idem Vlpianus §.sūt & alij.de excusat.tutor.Galg.sup.n 39.infra.n. 257.

253 1.Lim. non procedere quando testamētoita datus fuit, Titius tutor esto & se Reipublicę causa abfueris tutor ne esto; & si redieris tutor esto;si absēs Reipublicę causas reuersus causa excusationis alleget, excusabitur l.Titius.48.de excus.tutor.Galg supra.n.39.

254 10.Sublim. vt vnius excusatio alteri non prosit l. si duas 6. de excus. tutor. l. duobus. 25. de testam. tute. Galgan.supra. n. 44. & excusatus à testamentaria nō excusatur à datiua habēte etiam reliquias testamentariæ l.spadonem.§ qui absolutus. de excus. tut. Fab. de Anna.cons.50.n.15.

255 11.Sublim. non procedere quando tutor administrauit vel confirmari passus fuit nisi inuitus cōfirmatus fuisset l.Cauis de excus tutor.l.scire oportet §.qui. autem vbi Bar.eod.tit.Galg.d.tit.9.in fine.

256 12. Sublim. non procedere quando tutelam acceptauit, tunc enim tutor nequit excusari l. tutores. C. si ex fals.allegat.tut. vbi Bal. Emil. conf. 78. n. 5. Machel patroci. 3.n.9. 10.Borgni. de tutor.n. 193. potest enim excusationi renunciare Fab. de Anna. cons. 50. n.15. Alex.ad Bar.in l.volūtariæ.C.de exc.tuto.Maia d.consul. 1.Sali.in d.l.voluntariæ.n 4.

257 1. Lim. non procedere quando excusationis causa post acceptatam tutelam superuenisset, tunc enim excusari poterit Mastril.dec.76.supra.n.252.

258 2. Lim. non procedere quando tutela vigente tutor à Principe liberaretur, puta lurecōsultus tutor ad suū cōsiliū admissus. Affl.de feu.tit.quę sint.reg.n.55.

259 13. Sublim. non posse excusationem peti per procuratorem speciali mandato carentem glo.in l.excusare. de exc. tutor. Moz. de contract. tit. de mandato ordin.4.versic.61.Assis.concl.30.versic.81. Rebuf. in tract.conc.rubr.de elect.derog. vers. 34. prout nec suspicio allegari.Bero.cons.151.n.19.lib.1.

260 14. Sublim.vt si quem iudex ad tutelam vel curam nominauerit, nō vt tutor vel curator fieret sed, vt redimeret & pecuniam iudici daret ne tutor adsumeretur, si habeat excusationem à iudice recuperabit, quicquid impēdit l.seueriter.C.de exc.tuto.& ibi glo. Bar.Bal.& Salic.si eum nominet vt eum redimere faciat criminaliter puniri dicunt, si vt litiget ad expensas ciuiliter teneatur, & quamuis ibi non appellant an tutor propterea excusetur, dic quod non ex glo.fi.in l. fi.C.si tutor.vel cur.falsi allegat.

261 15. Sublim. nam si lite pendente super excusatione adolescat pupillus ob medij temporis periculum .is termināda erit l.quāquā vbi glo.& Doc.C de exc tut.

262 16. Sublim. non prodesse excusationem ambitiosè obtentam nec (& multo minus) si per pecuniam fuerit obtenta l.fin.vbi glo.& Doc.C.de excus.tutor.

263 17. Sublim. nam si tutor per iudicem datus se excuset, & non admissus appellauerit, si ab appellatione cadat, ad damna tenebitur, quę interim pupillus passus fuerit Masuer.in pract.tit.de tut & cur.n. 17. l. tutores.40.§.tutor.datus.vbi Bar. de admi. tuto. vbi idē de hærede tutoris.

264 18. Sublim. vt non pendeat à iudicis arbitrio tutoris excusatio, nam causæ excusationis sunt merè iuris positiui,puta ob numerum liberorum,vel quia res fisci administret, vel Reipublicæ causa absit,vel dignitatē cū iurisdictione gerat, aliasuè tutelas exerceat valetudinarius sit,vel inimicus,senex, miles, grāmaticus rethor, medicus, vel huiusm. Alb.cōs.580.n.17.& seq.

265 19. Sublim. vt excusatus à tutela vnius non propterea excusetur à tutela alterius l.duobus.25.vbi glo. & Bar.de testa.tut.nec sufficit semel excusatum si noua tutela deferatur l.spadonem.§. qui absolutus. de excu. tuto.sed noua allegatio excusationis requiritur vt ibi.

266 20. Sublim. nam tutor qui succubuit in excusatione tenetur, qui gerere debuit l. tutor. 21. vbi Bar. de admi.tut.

Et si instantia pereat appellationis, restitutionis in integrum, & excusationis tutoris lis dirimitur, quamuis in prima instantia non dirimatur Bal.in l.eos.n.8.C. de appella & perempta instantia sententia nulla est nec potest confirmari nisi acta repetantur Anch. Q. 71.lib.3.Rot.decis.564.par. 2. recentior. Crau. cons. 270.n.7 Mona.dec.luc.40.nisi per iudicem vel partem stetisset; sed constito de bono iure confirmari posse de communi Alex.cons.111.n.4.6 lib.5. Mago. dec.luc 92.in fi. Achil.de Graf.dec.216.vbi & n.ullam sit iurisdictionis defectu Mins.cēt.2.obs.59.60.cent.3. obs.72.Turret.cons.56.lib.1. Merli.dec.luc.31.& 64. n.6.Ceph.cons.223.n 21.507.n.60.Rol.cons.82. nu. 10.lib.4.Burs.cons.269.n.24.Mazol.cōs.110.n.118.

Sufficit etiam partem pluries pro sententia institisse, & de instantiæ lapsu protestatam fuisse de communiori. Bero.cōs.35.n.7.lib.3.Barz.dec.32.n.9.Osasc.dec.12.

Et valet etiam si iudici tempus præfixum sit, præsertim cum poena Dec.cons.550.n.5.Cabal.cons.152.par.1. Viui.cōi.opi.lit.D.n.20.Anch.cons.71.n.8. lib. 3. de cōi.Paris.cons.67.n.9.lib.1.post Castr.cons.184.lib.1. & Afs.in prax.§.2.c.2.seeus dicētes si iurisdictioni instantiæ vel partibus assignetur de cōi. Rim.Iun. cons. 71.n.23.citata ex eo & Dec. obtinui pro Petro Rustici cum Antonio de Margarita 1636. 2. semestri exactis D. Herculis Boccella fol.36. Anch. supra qui tamen, secus ait, si iuris dictio insit præfixum causæ instantiæ vel parti potest restitutio in integrum peti nec reficiētur expensæ Carpan.c.11.n.126.

Potest etiam Princeps renouare instātiam.Mara.de ord. iud.par.5.vbi alia in proposito.Mona.dec.luc 33.nu. 23.& Carp.c.21.n.135.Rol.supra.n. 11. vbi etiā quādo non debeantur expensa.n.16.

TIT.

TIT. XXVI.
DE SVSPECTIS TVTORIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Suspicionis causa generalis ea est quæ talis iudici visa fuit remouendi à tutela.*
2 *Inimicitia specialis est causa suspicionis tutorem amouendi lim. num seq.*
3 *Odium quod pater pupilli habebat contra tutorem eligendum, testatoris morte extinguitur.*
4 *Improbitas tutoris testatori incognita iusta causa suspicionis est.*
5 *Abstensio dolosa pupilli ab hæreditate causa iusta suspicionis est.*
6 *Suadens testatorem vt se instituat exclusis filijs iusta suspicionis causa est.*
7 *Affectans tutelam redditur suspectus.*
8 *Prodigalitas tutoris eum suspectum facit.*
9 *Inuentarij omissione tutor suspectus fit lim num. seq.*
10 *Inuentarij omissio non facit suspectum si testator fieri vetarit.*
11 *Inuentario omisso si tutor nil gessit suspicio cessat.*
12 *Inuētario nō facto tutor est & ex internallo fecisse sat est.*
13 *Procurans tutelam pecunia suspectus censetur.*
14 *Omittens aliqua ponere in inuentario suspectus efficitur lim.num.seq.*
15 *Omittens in inuentario aliqua ponere ignorans non est suspectus.*
16 *Venditio rerum, si debita aliter solui poterant, iusta causa suspicionis est amp num seq*
17 *Venditio etiam data licentia à testatore sine iusta causa suspectum facit.*
18 *Vestis rei pupillaris in vsum suum suspectum reddit.*
19 *Vis publica illata pupillo suspectum efficit.*
20 *Fraudulenta, ac dolosa gestio suspectum facit.*
21 *Copiam sui non faciens pro alēdo pupillo suspectus euadit.*
22 *Emere bona omittens efficitur suspectus.*
23 *Persuadens falsò ne pupillo quis benefaciat, suspectum reddit.*
24 *Communicatio administrationis contutori non facta suspectum facit.*
25 *Omissio gestionis suspectum demonstrat.*
26 *Contumacia in iudicium vocati causa suspicionis iusta est.*
27 *Moribus malis repletus à tutela iustè remouetur.*
28 *Secunda matris vota, eam suspectam reddunt amp.n.seq.*
29 *Auunculus tutor datus matre instante suspectus est, ea ad secunda vota transeunte.*
30 *Satisdationem non præstans suspectus est lim.num.seq.*
31 *Satisdationem non præstans pauper sed fidelis, suspicionem euitat.*
32 *Negligentia administrandi causa iusta suspicionis est.*
33 *Repertus talis suscepta tutela qui non foret eligendus remouetur.*
34 *Lis omnium bonorum vel maioris partis tutorem suspectum facit lim. num. seq.*
35 *Mater non fit suspecta ex lite cum pupillo filio.*
36 *Ingerens se in tutela administratione à iudice non decreta suspectus est.*
37 *Absentia à loco iusta causa est tutorem amouendi.*
38 *Administrare contutorem nolens remouetur.*
39 *Dissipatio bonorum pupilli iusta causa suspicionis est.*
40 *Culpa etiam leuissima iusta causa suspicionis est.*
41 *Periurium iusta causa est amotionis tutoris.*
42 *Excommunicatione vigente tutor amouetur.*
43 *Sordide, perniciose, aut fraudolenter gerens remouetur.*
44 *Suspectus tutor redditur alijs causis vt ibi.*
45 *Male versatus in alijs tutelis suspectus est.*
46 *Suspecti criminis cognitio ad iudicem tam ciuilem quam criminalem spectat amp.num.seq.& lim. vt ibi.*
47 *Subscribere se accusatus an debeat.*
48 *Delegari potest suspecti cognitio ciuiliter mota.*
49 *Accusatio suspecti omnibus patet.*
50 *Accusare non potest impubes suspectum.*
51 *Liberti patronum accusare nequeunt.*
52 *Accusare contutorem tutori remoto permittitur.*
53 *Minores accusare possunt curatores.*
54 *Curator etiam ventri datus accusatur.*
55 *Liberti accusant tutores filiorum patroni.*
56 *Mater, auia, soror, & nutrix orphani accusare tenentur.*
57 *Hæredes accusant suspectos tutores, licet in eos non detur actio nisi quatenus ad eos peruenit.*
58 *Suspectus dicitur qui ex bona fide tutelam non gerit.*
59 *Male versatus in alijs tutelis suspectus est.*
60 *Negligens gerere, & dolosus suspectus est.*
61 *Captans tutelam suspectus fit lim.num.seq.*
62 *Inutiliter testamento datus à iudice confirmari petens suspectus non fit tutor.*
63 *Creditor & debitor pupilli tutores suspecti sunt.*
64 *Substitutus pupillo suspectus censetur lim.num.seq.*
65 *Substitutus pupillo non est suspectus si ita iudici visum sit.*
66 *Litigans cum pupillo suspectus censetur.*
67 *Cōsanguineus inimici patris pupilli vel pupilli suspectus est*
68 *Inimicus patris pupilli suspectus est.*
69 *Contutorem administrare nolens suspectus est.*
70 *Copiam sui non faciens pro alendo pupillo suspectus est supra n.21.*
71 *Inuentario omisso tutor redditur suspectus & n.9.*
72 *Dissipans minoris bona suspectus efficitur & n.39.*
73 *Pecunia data pro tutela habenda suspectum facit.*
74 *Cessans à gestione cœpta suspectus fit amp.num.seq.*
75 *Gerere negligens se tutorem sciens, suspectus existimatur.*
76 *Commodum in re sperare valens suspectus est*
77 *Improbus post testamentum euadens suspectus redditur.*
78 *Iudex mihi datus in alia causa suspectus est, si prius mecū litem habuit ob rem pupillarem.*
79 *Pecunias pupillares ad honestum lucrum non ponens suspectus est.*
80 *Suspectus tutor remouetur amp.& lim.num.seq.*
81 *Suspectus quilibet tutor remoueri potest.*
82 *Contrarium in testamentario tenent ibi citati.*
83 *Suspectus non repetit expensas iudicij suspicionis lim.n.seq.*
84 *Suspectus obtinens in iudicio suspicionis expensas retinet, num.122.*
85 *Suspectus remouetur etiam priusquam gerat.*
86 *Suspectus accusatus per procuratorem se non defendit.*
87 *Suspectus ob leuissimam etiam culpā remouetur & n. 40.*
88 *Dati ad instruendum tenentur ob non factam remotionem datorum ad administrandum.*
89 *Dolo gerere cessans remouetur, secus si ignauia.*
90 *Suspicione generali tutor remoueri potest.*
91 *Diues tutor etiam remouetur.*
92 *Remoto pœna imponenda est.*
93 *Libertus qui fraudolenter gessit extra ordinem punitur.*
94 *Fraudolenter gerens remouetur etiam si satisdederit.*
95 *Morte tutoris an extinguatur suspecti iudicium.*

96 *Remotio tutoris tamquam suspecti iudici arbitraria est.*
97 *Remotus infamis fit, & extra ordinem punitur.*
Copiam sui non faciens vt suspectus remouetur.
98 *Remotus vlterius pro administratione non obligatur. lim. num. seq.*
99 *Remotus, quoad nomen tutor manet.*
100 *Remotus ob dolum infamis fit, secus si ob latam culpam vel negligentiam.*
101 *Doli causa suspectus non remouetur ne infamiam incurrat; & ibi vide quid agendum.*
102 *Remotus in dubio ob culpam censetur.*
103 *Simplicitate propria tutor remotus infamis non fit.*
104 *Remotus sine causæ expressione non est infamis.*
105 *Pauper si fidelis sit non remouetur.*
106 *Tutor non tenetur antequam fuerit ex mala administratione remotus.*
107 *Coniunctus suspectus an et quando remouendus.*
108 *Remotus non conuenitur pro debitis sui loco subrogati.*
109 *Remoueri non potest vt suspectus qui satisdare nequit & ibi quid agendum.*
110 *Finita tutela cessat suspecti remotio. infra. n. 130.*
111 *Remotio cessat ex alio crimine extra tutelam commisso.*
112 *Litis contestatio requiritur in suspicionis iudicio.*
113 *Accusari non potest tutor postquam solemnia fecit.*
114 *Suspectus vel prodigus testamento datus à iudice confirmatur.*
115 *Remotio fit ob dolum non culpam amp. num. seq.*
116 *Remotio ob dolum in minimis commissum cessat.*
117 *Remotio cessat lite pendente super suspicione coniuncti. lim. num. seq.*
118 *Contrarium tenent ibi citati.*
119 *Coniunctus ex iusta causa remouetur.*
120 *Coniuncto suspecto iungitur curator.*
121 *Coniunctus remouetur inuentario non facto, dilapidatione & indignis pupillis copulatis.*
122 *Expensas recuperat accusatus qui obtinuit. & n. 84*
123 *Libellus requiritur si per accusationem criminaliter procedatur.*
124 *Coniuncti non remouentur, sed curator illis adiungetur lim. num seq.*
125 *Coniunctus remouetur ex notoria & graui suspicione.*
126 *Coniuncti remouentur si ob culpam non dolum.*
127 *Patroni remotio vt suspecti cessat lim. num. seq.*
128 *Patronus remouetur à tutela si eius famæ parcatur.*
129 *Remouetur qui aliquid admisit in bonis pupilli antequã tutor esset.*
130 *Suspecti accusatio tutela finita etiam morte cessat lim. nu. seq. & n. 110.*
131 *Suspicionis cognitio non tollitur tutela finita.*
132 *Suspicio cessat si tutorem esse desierit & curator detur & vt ibi lim. num. seq.*
133 *Suspectus pro gestis ante discessum postulatur tutor datus quo vsque esset in Italia.*
134 *Suspectus non accusatur qui aliquid admisit antequam Reipublicæ causa abesset reuersus ad patriam.*
135 *Curator ventris & bonorum vt suspectus non remouetur.*
136 *Remotio tutoris cessat ob secundarium interesse.*
137 *Remotio cessat suspicionis caussis non verificatis.*
138 *Accusatione suspecti pendente gesta tenent.*
139 *Remotio iudicis est arbitrio; ac temporis inuentarij conficiendi dilatio.*
139 *Inuentarij faciendi dilatio tempore iudicis est arbitrio.*
140 *Impubes non potest accusare suspectum suum tutorem, pubes autem curatorem potest.*

TIT. XXVI. CAP. I.

DE SVSPECTIS TVTORIBVS.

DE CAVSIS SVSPICIONIS CAP. I.

1 PRima causa suspicionis in tutore generalis ob quam remoueri potest ei tutela, ea censetur, quę iudici iusta probata fuit, & talis cõperta fuit ab eo l. 3. §. si tutor. de susp. tutó. Soc. Iun. cõs. 59. n. 37. lib. 3. Cor. cons. 175. n. 4. lib. 1. Montan. de tutel. cap. 36. reg. 1. n. 1. eius arbitri. glo. in l. 3. §. si tutor. de susp. tuto. Galg. de tute. tit. 10. n. 19. lib. 1. Alba. cons. 580. n. 11. & seq. vbi eo inuicto remoueri.

2 Prima verò specialium seu particularium causarum est inimicitia cum patre pupilli, quamuis si cum fratre pupilli esset, iudicis arbitrio relinquatur an remouendus sit l. tutor. §. si tutor. vbi Bar. & alij de suspect. tutor. Decia. cons. 15. n. 13. & cons. 46. n. 50. & 77. lib. 2. Montan. supra nu. 2. & seq. Galgan. de tutel. lib. 1. tit. 2. n. 14. Soc. Iun. cons. 59. n. 39. lib. 3.

3 1. Lim. hanc. primam causam non procedere quando pater pupilli odio prosecutus fuisset eum, qui tutor legitimus vel datiuus eligi deberet. namque illud odiũ morte patris pupillorum fuisset extinctum Cor. cons. 17. n. 20. & seq. lib. 2. Ond. cons. 88. n. 41. lib 1. secundum quod consilium Rotam Perusinam iudicasse testatur in fine consilij.

2. Lim. quando testator qui tutorem dedit superueniẽte inimicitia tamdiu vixisset, vt tutorem reuocare potuisset, nec reuocarit Decia. cons. 15. n. 13. lib 2.

4 Secunda Improbitas tutoris post testatoris mortem apparẽs testatori incognita, iusta causa est amouendi tutorem l. in confirmando & l. seq. de confirman. tuto. Montan. supra n. 6. & non confirmari Soc. Iun. cons. 59 n. 40. lib. 3.

5 Tertia est si incõsiderate vel dolo fecerit pupillum hereditate abstinere l. tutor quoque. §. tutores de suspect. tutor. Monta. supr. n. 10. Galgan. de tutel. lib. 1. tit. 10. n. 7. vel aliter in dolo fit Soc. Iun. cons. 59. n. 36. lib. 3.

6 Quarta est si tutor alicui suaserit vt se institueret filijs proprijs vel nepotibus pupilli exclusis l. scire. §. cum reliquis. vbi Bar. de tutor. & curator. dat ab his. glo. in l. quæ omnia. §. nec ferendus. verbo. suspectus. de procurator. vbi Docto. Montan. supra n. 11. vel in gerendo se filijs testatoris præferret. Soc. Iun. d. n. 36.

7 Quinta. Affectans tutelam efficitur suspectus Alex. cons. 86. n. 6. lib. 2. Dec. cons. 575. Crau. cons. 18. n. 19. Seraphin. priuileg. iuram. 4. n. 104. Montan. supra n. 12. Galganet. d. lib. 1. tit. 10. n. 5. Fab. de Anna. cons. 50. n. 14.

8 Sexta. Prodigalitas tutoris eumdem suspectum reddit l. his qui in fine. de tuto. & curato. dat. ab his l. eum quem C. de susp. tutor. Capra. reg. 72. n. 3. Monta. supr. n. 7. Soc. Iun. d. cons. 59. n. 41. & 42.

9 Septima. Inuentarij omissio tutorem suspectum reddit & remoueri potest l. fin. §. final. C. arb. tutel. 3. §. tutores. de suspect. tutor. Bar. in l. tutor. qui. num. 7. de administrat. tuto. Cor. cons. 175. nu. 4. lib. 3. Afflict. decis. 207. in fine. vbi idem in testamentario

Boer.

Boer. decis.23.n.100.& sequent.vbi idem in matre, & auia, & quando in eo scienter omnia non posuisset Ang.de testament.glo.96. n.9.Crau. cons. 190. Montan.supra n.18.idem in curatore dicentes Galganet. d.tit. 10.n.6.nisi ante postulationem ea expleat, ad quæ tutor tenetur quamuis postmodum non audiatur Capic.dec.59.n.3.Dec.cons.274.n.5.Bello. cons. 54. n.11.Borgn.de tutor.n.21.Rot.Rom. decis.468. part. 2.in recentior. Galganet.supra n.6.Meno. lib. 6. præsump.97.n.10. & tutori allegato suspecto inuentariũ confecisse probandi onus incumbit Igne.in l. necessarios.§.non alias.n 233.ad Sillanian. Porcelli. de inuẽtar. Q.1.n.9.cap.9.n. 14.Cacchera. decis. pedem. 58. n.22.Rot.dec.275.n.2.par.2.recentis.Cor.cons.183. n.3.lib.4. Farin. in frag. par.2. n. 1071. vbi de patre culposo.

10 1. Lim. non procedere quando testator inuentarium confici vetasset, tunc enim nisi ex iusta causa fieri non deberet, nec tutor velut suspectus remouebitur Annibal.in l.nemo potest n.395.& 402.de leg.primo.

11 2. Lim. non procedere quando ante confectum inuentarium nil tutor administrasset Bar.in l.tutor. qui. n.7.de administr.tutor.Barba. cons 61.n.2.lib.3.

12 3. Lim. nam antequam remoueatur tutor est, & ex interuallo fecisse sat est Sal.in §.final.n.3. Institut. de suspect.tutor.

13 Octaua. Pecunia tutelam procurans suspectus censetur, vt que talis remouendus est §.sed si quis præsens. Inst.de suspect. tutor. l.tutor.§.tutor.qui eod. tit.& extra ordinem punitur l. in eos.de tutel.l. tutor. quoque. §.tutores de suspect.tutor.Montan supra .n. 14.& seq. Galgan.de tutel. lib.1.tit. 10.n.5.Bero.in cap.veniens n.22.de accusat.

14 Nona. Omissio aliquorum in inuentario tutorem suspectum reddit Cor cons.198.n.2.& 3. lib. 1. subdens ex clausula saluo iure addendi, tutorem non liberari à descriptione postmodum facienda Montan supra.n. 19.Rota.dec.275.n.2.par.2.recentis. vbi etiam si res omissas postea vendat & præcium pro pupillo deponat licet hoc casu à dolo excusetur nec ignorãtia maxime iuris excusari n 9.

15 1. Lim. non procedere nisi probetur tutoris scientia. Rota. Roma.dec.468.par. 2. recentior.

16 Decima. Venditio rerum pro ære alieno soluendo, quod poterat aliunde solui, aut iusta causa cessante, tutorem suspectum reddit.l.3 §.seuerus.de suspect. tutor.l.1.l.magis puto.§ ne passim.de reb.eor.Montan. supra.n.25.etsi absque decreto alienasset.d.§.seuerus. Galgan.d.tit.10.n.11.&quando non alienanda distraxisset Ang.de testam.glo.96.n.9.

17 1. Amp. etiam data licentia vendendi per testatorẽ adhuc enim requiritur causa iusta Bar. in l. in alio. de alimen & cibar.legat.Ang.cons.75.Alex.cons.74.n. 2.& 3.lib.7.Montan.supra.n.26.

18 Vndecima. Interceptio pupillaris rei & in suos vsus conuersio per tutorem facta ipsum efficit suspectum l. tutor.§.nunc videamus.de suspect. tutor. Montan. supra.n 20.

19 Duodecima. Vis publica hoc est cum armis illata pupillo iusta causa suspicionis censetur,quamuis secus sine armis sic quę priuata vi commissa accidat §.item lex Iulia.de vi publi, Instit.de pub.iud. Montan. supr. n.27.& seq.

20 Decimatertia. Fraudolenta, ac dolosa gestio,etiam si tutor soluendo sit, causa iusta est tutorem amouendi §.suspectus. Institut. de suspect.tutor.l.tutor § nunc videamus.eod.tit.Montan.supra.n.21.& seq.Galgan. de tutel.lib.1.tit.10.n 3. & 4. (nisi ante tutelam male gessisset, vel nisi curator post tutelam eligatur a se male gestam n.27.per d.l.3.§.suum & §.queri) Corn. cons.175.n.4.lib.3.Maluas.cons.113.n.2.Ond. cons. 23.n.51.lib.2. & si non ex fide tutelam gerat.§. suspectus autem Inst.de susp. tut. Soc.Iun. cons. 59. nu.36. lib. 3.

21 Decimaquarta. Copia sui non facta latitando dolose ne pupillo alimenta decernantur, iustam præbet causam suspicionis.§. si quis tutor. Institut. de suspect. tutor.l.tutor.§.tutor.l.impuberibus. §. præterea. eod. tit.Montan.supra.n.30.& seq.Galgan.d.tit. 10.nu. 9. 10.nisi inopia excusetur ex glo.in §.si quis præsens. Institut.de suspect.tutor.verbo.per mendacium & n.46. pupillum in possessionem bonorum tutoris immitti l. 7.§.præterea de suspect.tutor. Rota.dec. 468. part. 2. recentior.Grat.cons.115.n.23.vbi quando ea deneg. lib.1.Bero.in cap.veniens.n.22.de accusat,si de mendacio conuincatur Gutie.de tute.lib.2.c.3.n.48.Surd. de alim.tit.8.priuil.86.Munnoz.de ratiocin.c.6.n.10. subdentes ideo rationem reddere teneri & idem si nõ faciat sui copiam vt pupillus agat l.7.§.fi.vbi Bar.de susp.tuto.Viui.dec.40.n.11.vers.7.

22 Decimaquinta. Emptionis bonorum omissio casu eueniente iusta causa est vt velut suspectus tutor remoueri queat, si pecuniæ pupillares adfuissent. l. 3.§. tutores qui de suspect.tutor.Montan.supra.n.42.Galganet.d.tit.10.n.6.

23 Decimasexta. Falsa persuasio alicui facta ne pupillo bene faceret tutorem efficit suspectum l. si legatarius. de dolo malo. Montan.supra n.43.

24 Decimaseptima. Cõmunicatio non facta contutori circa administrationem tutorem suspectum reddit. l. actus. 20. de administrat.tutor. Mont. supr. nu. 34. Galg.d.tit.10.n.12.Masc.concl.815.n. 80. vbi idem de curatore.

25 Decimaoctaua. Cessatio vel totius tutelæ gestionis omissio iustam inducit causam suspicionis l.2.& 3. C. de suspect.tutor. Montan.supra n.35.Galganet.d. tit. 10. n.9.intelligens si dolo omiserit, & non aliter. per l.hæc enim.§.si prætor de suspect.tutor.l.5.§. gessisse. de admi. tuto.

26 Decimanona. Contumacia in iudicium vocati tutoris ipsum suspectum efficit l. impuberibus. §. præterea de suspect. tutor. Montan. supra n. 36. prout & omissa pupilli defensio ad iudicium citati l.tutoris. 29. de administratio. tuto.Galg.d.tit.10.n.15. Cast. in l. inuitus.n.6.C.de procur. Viui. dec. 40.n. 11. vers. & primo.

27 Vigisima. Malis moribus repletus iustè à tutela remouetur l. cũ plures. §. cum tutor de administratio. tutor. Montan.supra n.37.Galganet.supra n.13.l. suspectum de suspect.tut.Tiraq.de pœn.caus.51.n.46.

28 Vigesimaprima. Secunda matris vota eam suspectam reddunt Bal. cons. 96. lib. 4. Montan. supra. n. 39.

29 1. Amp. in auunculo, fratre dictæ matris ea instante dato l. lex quæ tutores. vbi Bar. C. de administratio.tutor.Montan.supra.n.40.

31.lib.3.vbi ipso iure inhabilem reddere si initio subesset, excusare autem si superueniat.

Quadragesimaprima est si defensionem pupilli omittat l.impuberibus.§.fi.de suspec.tut.Viui.dec. 40. n. 11. vers.5.

Quadragesimasecunda est si in alijs tutelis male versatus sit l.4.§.aut ipso tutor de susp.tuto.Viui.d.nu.11. vers.6.

Quadragesimatertia est si tutorem administrare nō pateretur l.actus.vbi Bar.in fi.de adm.tut.Viui.d.n.11. vers.8.

Quadragesimaquarta est si sponte tutor in administratione se ingereret l.scire.§.cum reliquis vbi Bar.de tut.& cur.dat.ab his Viui.d.n.11 vers.9.

Quadragesimaquinta est si tutor principaliter commodum percipiat vel interesse habeat Put.dec.31.lib.3. Rot.dec.348.n.2.par.4.diuers.secus probantes si secundarium foret prout de teste dicitur.

TIT. XXVI. CAP. II.
DE COGNITIONE ET ACCVSATIONE SVSPECTI.

46 Suspecti criminis cognitio ad iudicem tam ciuilem, quam criminalem pertinet Lancelot.de Prætor.tit. de dilapidator n.6.pag.613.propriè autem suspecti crimen publicum non dicitur Bero.in cap.veniens.n. 23 de excusatio.Gurier.de tutel.part.2.cap.18.& coram Iudice maiore loci vbi minor possidet bona accusari posse,& coram Iudice ciuili culpa nō dolus proponenda est;& potest etiam iudex ex officio procedere & Afflict.dec.207.n.3.Gozad.cons.68.n.2.Decia cons.85.n.9.lib 2.Montan.de tutel.cap.36.reg. 4.qui ad duplum agi posse probat; & pro furto, si furtum fuerit commissum,& delegari etiam posse inquit,nisi criminaliter propter dolum ageretur & Galganet.de tutel.lib.1 tit 10.n.35.& Romæ cognoscit Prætor.in Prouincijs Præsides & Legatus Proconsulis.§.1.Inst.de suspect.tutor.a lege 12.tab.descendit & coram ordinario & delegato iudice deduci potest, l.1.de suspect.tut.

47 1.Amp vt suspecti criminis accusator debeat se subscribere si criminaliter agatur vt non solum à tutela remoueatur, verum etiam vt ob illud crimen condemnetur, quo casu non interuenit procurator; quamuis secus foret si ciuiliter agatur, vt dumtaxat remoueatur Bar.& alij in l.1.in fine de suspect.tutor.l.si tutor. eod.tit.l.non solum.§.final.de procurator.Bero.in rubr.de iudic.n.66.vbi si ob dolum non propter culpam accusetur.Manzi.supra n.2.& 3.

48 2.Amp.vt si ciuiliter agatur pro interesse pupilli, alteri suspecti cognitio demandari possit l.1.de off.eius l.1.de susp.tutor.licet secus si criminaliter propter dolum ad vtilitatem publicam l.1.§.suscepti ad Turpil.Roffred.de libel rubr.quæ cauf.pos.deleg.lit A. pag.6.Purpurat.tit l.1.n.641.de offi.eius & in l.4.n.4. eod.tit.vbi reijcit Alex.in d.l.1.de off.eius.n.11.ex communi testantem soli Legato Proconsulis,& Prætorum demandari posse; non tamen delegari poterit si propter dolum criminaliter agatur l.1 § suspecti ad Turpil.Montan.d.cap 36.reg.5.n.5.Niger.in l.cognitio.n.2.de offic.eius.vbi etiam tradit quibus delegari possit, tam respectu cognitionis quam remotionis & hanc distinctionem apud omnes indubitatam probat Valasc.in l.Imperiū.n.238.de iurisd.om iud.

49 3.Amp.vt cum quasi publica sit suspecti accusatio omnibus pateat; quilibet enim admittitur ad accusandum de suspecto.§.consequens.Inst.de suspect.tuto. l.1.& 2 de accusatio.l.pietatis.§.fin.C.de suspect.tutor.l.1.§.sexum.de postulan.l 1.§.consequens de suspect.tuto.probans etiam fœminas admitti Gutierez de tutel.part.2.cap.18.n 3.Manzi.supra n.6.& seq. Montan.supra reg.7.nec tenetur se subscribere d.§. suspecti.Galgan.d tit.10.n.31.& admittitur etiam contutor, concurator, nec non & tutor remotus suspectus.n.33.lib.3.de suspect.tutor.l 3.de suspect.tuto. Steph.de Feder.de interpr iur.par.2.n.84.& mulieres etiam admittuntur pietate ductæ.d.§ consequens.

50 1.Lim.3 ampliationem non procedere in impuberibus qui ad accusandum absque consanguineorū cōsilio minime admittuntur, qui si fraudolenter consētire noluerint, iudex suspectum remouebit Manzi.supra.n.10.Gurier.sup.n 5.Montan.sup.n.21.nisi alij pro eis agere velint l.pietatis.C.de susp.tutor.Galg. d.tit.10.n.32.quāuis curator ab adulto accusari possit ex §.impuberes Inst.de susp.tutor.ex cōsilio tamen necessariorum vt ibi.

51 2.Lim.non procedere in libertis qui patronum suspectum facere non possunt l.3.§.liberti vbi glo.verbo.suum de suspect.tutor.Steph.de Feder.d.nu 84. Galg.d tit.10.n.34.

3.Lim.in procuratore non habente speciale mandatū Moz.de mand.ord.4 n.24.

52 4.Amp.tutori etiam remoto dari cōtra tutorem accusandi potestatem l.tutor quoque de susp.tuto.Montan.d.reg 7.n.13.Galg d.n.33.

53 5.Amp.vt minores accusare possint curatores Aret. Inst.de suspect.tutor.n.5.& ibi Port.n.4 & § impuberes Inst.eod.Montan.supra n.15.cum consilio consāguineorem, secus in pupillo l.7.de susp.tut.

54 6.Amp.in curatore l.3 § non tantum & §.si quis de suspect.tutor.etiam ventri datum accusari posse Gut. de tutel.par.2.cap.18.n.6.Mont.sup.reg.6.

55 7.Amp vt liberti admittantur contra tutores,& curatores pupillorum patroni l.3.§.liberti de suspect.tutor.Montan supra.n.18.

56 8.Amp.vt mater & auia soror & nutrix orphani accusare teneantur l.1.§.consequens.& l.2.de suspect.tutor.Gutierez.de tutel.par.2.c 18.n 4.Monta.d.reg. 7.n.8.licet mater non teneatur præcisè, & ideo nisi protestata sit non repeter sumptus propterea factos nec vbi succubuisset, si autem obtineat magnos repetet Surd.de ali.tit.6.Q.8.n.89 & seq.

57 9 Amp.hæredes admitti volentes accusare tutores suspectos; licet in hæredes nisi quatenus ad eos peruenit minimè detur l.post finitum.de suspect.tuto.§.sed si Inst.eod.Montan.sup.n.20.

10.Amp.vt in causa suspecti tutoris torqueri possint serui pupilli l.ad instruendam 35.vbi Bar.de admi.tuto & à seruis pupilli inquiri & inuestigari potest de fraude tutoris l.nihil.12.& ibi Bar.de susp tuto.

11.Amp.vt iudex ex officio inquirat nemine tutorem suspectum accusante, & informare se potest per depositionem seruorum l.3.§.præterea vbi Bar.de susp.tut. Maran.de ord.iud.par.6.n 147.Decia.cons.84.n.9. lib.2.Gall.de excep.suce.tit.4.exc.17.n.31.par.2.

TIT. XXVI. CAP. III.
SVSPECTI QVI CENSEANTVR.

58 Primo. Suspectus dicitur ille qui ex bona fide tutelã non gerit, etiam si fit soluendo l. 1. C. quando lice. vniсuiq. fine iud se vendica. §. suspectus Inst. de suspect. tuto Manzi. supra n. 11. & quando in administratione se dolose gessisset. Ond. conf. 23. n. 51. lib. 2. vide supra. cap. 1. vers. decima tertia & omnes tutores cuiuscunq; generis sint suspecti accusari possunt etiam patronus dummodo eius famæ parcatur. §. ostendimus. Inst. de suspect. tutor. vel curator. l. 4. C. de susp. tuto. vel curat. l. 1. §. ostendimus ff eod.

59 Secundo qui in alijs tutelis male versatus fuisset vt suspectus etiam priusquam gerat remoueri potest l. 3. §. idem erit. de suspect. tutor. l. hæc enim in fine. eod. tit. Manzi. d. n. 11. in 8. Q. princip & qui olim male gessit hodie etiam male gesturus præsumitur d. l. 3. §. si autẽ. & §. si curator Malc. concl 873. n. 10.

60 Tertio licet qui non gesserunt vt suspecti nequeant amoueri nec postulari, ob ignauiam tamen, negligẽtiam, vel dolũ, si in dolo fuerint remoueri possunt l. hę enim. 4. in fine de suspect. tutor. & postquã gerere cœperint propter dolum & culpam vt suspecti remoueri possunt §. suspectus 2. Inst. de suspect. tutor. Manzi. de tutel. Q. 8. n. 11. Monta. supra cap. 36. reg. 3.

61 Quarto. Captans tutelam suspectus est l. scire oportet. in fine. de tutor. & curato. dat. ab his. Soc. Iun. conf. 59. n. 38. lib 3. Papon. in consuetud. Borbon. §. 180. fol. 176 Bero. conf. 123 nu. 14. lib 3. post Cor. conf. 284. n. 8. lib. 3. Crau. conf. 335. n. 3. Decian. conf. 94 n. 3. lib. 2. Gab. conf. 27. n. 14. lib. 1. Silliman conf. 8. n. 4. inter conf. vlt. volunt. lib. 1. Seraph. priuileg. iuram. 4. n. 104.

62 1. Lim. non procedere in dato inutiliter in testamento à Iudice confirmari petente Salic. in l final. C. de confirman. tutor Scrad. de feud. par. 10. sect. 20. n. 30.

63 Quinto. Creditor & debitor pupilli tutores suspecti sunt Bero sup.

64 Sexto. Substitutus pupillo suspectus censetur Bero. supra.

65 1. Lim. non procedere quando aliter iudici videretur vt puta quia pupillus penes tutorem prius alius fuisset Cor. conf. 198. n. 11. lib. 1.

66 Septimo. Litigans cum pupillo suspectus existimatur Bero. sup. vide supra, cap. 1. versic. vigesima quinta.

67 Octauo. Consanguineus inimici patris pupilli, vel pupilli, suspectus est Dec. conf. 674. n. 6. Soc. Iun. conf. 59. n. 39. lib. 3.

68 Nono. Inimicus patris pupilli suspectus est Soc. Iun. d. n. 39. vide sup. cap. primo. versic. prima.

69 Decimo. Contutorem administrare non patiẽs imo litem propterea sustinens est suspectus Crau. conf. 335. supra cap. 1. versic. vigesima octaua Vrsil. ad Affl. dec. 207. n. 2.

70 Vndecimo. Tutor qui copiam sui non facit vt alimẽta pupillo decernantur remouetur & datur curator qui ea præstet; si verò abesset ex necessaria causa interim qui ea præbeat curator datur l final. vbi pupil. educari debeat. Specul. in tit. qui fil. sint legitim. §. 1. n. 21. Manzi. de tutel. Q 8. n. 18. Montan. de tutel. c. 39. n. 5. & sequent. vbi quando negaret falsò habere pecunias pupillares ne pupillus alatur l. 3. §. tutor. de suspect. tutor. Grat. conf. 115. n. 23. lib. 1. supra cap. 1. versic. decimaquarta Maluer. in pract. tit. de tut. & cur. n. 28. Viui. dec. 40. n. 12. versic. 7.

71 Duodecimo. Inuentario non facto tutor redditur suspectus Afflict. decis. 207. n. 3 & 4. Vinc. de Franch. decis. 394 n. 3. Cacchera. conf. 36. n. 18. & decis 58. n. 22. & supra. cap. 1. versic. septima. Viui. dec. 40. n. 11. versic 2.

72 Decimotertio. Dissipans minoris bona suspectus est Afflict. d. n. 3. idemque si propria Soc. Iun. conf. 59. n. 41. lib. 3. supra cap. 1. versic. vigesima nona.

73 Decimoquarto. Pecunia data pro tutela habenda suspectus redditur ac remoueri debet, & extraordinarie punitur cum gratis accipiet exercere debeat l. in eos. de tutel. Natta. cons. 76. n. 3. Manzi. de tutor. susp. Q. 8 principali n. 26 supra cap. 1. versic. octaua.

74 Decimoquinto. Qui gerere cœpit & administrare cessauit, suspectus redditur l. ita autem. §. gessisse. & §. quod si quis de administratio. tutor. Montan. de tutel. cap. 39 n. 14.

75 1. Amp. idem esse in eo qui sciens se tutorem vel curatorem electum non gessit, nam poterit vt suspectus remoueri l. 3 §. tutores l. 4. §. final. de suspect. tutori. l. 2. & 3 C. eod. Meno. de arb iud. cas. 174. Scrad. de Feud. part. 10. section. 20. n. 20. Crau. conf. 132. n. 7. vbi quando de gerere recusaret.

76 Decimosexto. Commodum in re sperare valens suspectus censetur, nisi interesse non sit principale, vel nisi de matre & auia agatur Put. decis. 31. n. 2. & 3. lib. 3.

77 Decimoseptimo. Improbus post testamentum euadens suspectus efficitur Soc. Iun. conf. 59. n. 40. lib. 3.

78 Decimooctauo. Iudex etiã mihi datus in alia mea causa suspectus dicitur qui prius mecum litem habuit ratione rei pupillaris Bero. in cap. 1. n. 35 de iudic.

79 Decimonono. Pecunias pupilli ad honestum lucrum non ponens tutor suspectus fit. Gutier. de tute. cap. 18. n. 24. Maluas. conf. 113. n. 32. & idem si in emptionem bonorum non conuertat. Viui. dec. 40. n. 11. vers. 3. vbi de pecunijs superfluis.

TIT. XXVI. CAP. IV.
DE REMOTIONE TVTORIS SVSPECTI ET EIVS POENIS.

80 Suspectus tutor à tutela remoueri debet, ac lite super suspicione pendente alter subrogatur, & administratio primo denegatur §. si quis. Institut. de suspect. tutor. l. 7. C. eod. Specul. de tutel. §. generaliter. n. 15. qui dicit agere non posse si suspectus accusatus fuerit, administratione etiam minime prohibita Cepol. conf. 32. n. 1. Butr. in cap. venerabilis. n. 20. de offic. deleg. Franc. Marc. decis. 654. lib. 1. & hoc vtilitatis publicæ ratione Din. in reg odia. n. 7. de reg. iur. Cassan. in consuetud. Burgun. tit. defensans. rubr. 6. §. 5. n. 6. fol. 867. Gutierez de tutel. cap. 18. n. 10. Manzi. de tutel. Q. 8. n. 14. versic. si quis verò. vbi ipso iure interdici administrationem probat. Montan. de tutel. cap. 36. & per iudicem ex causa remouetur quæ sibi fuerit iusta visa & Crau. conf. 190. nu. 8. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 10. nu. 37. per l. 7. C. de suspect. tutor. & § si quis Inst. eod. per quæ administrationem non ipso iure sed a Iudice probat interdici

& ante

& ante prædictos Azo.in sum.C.de suspect.tutor. in fine de communi Borgni.de tutore n.19. & Aufrer. ad Cappel.Tholos.dec 370.& Galg.d.tit. 10. num. 38. Maluas.cons.113. nu. 32. sed ipso iure interdici nisi legitimus sit Grat.cons 44.n.12.& 13.lib.1.Montan. supra. reg.9. sed nemine reclamante remoueri posse, Decia.cons.94.n.9.lib 2.per l.tutor quoque §. præterea.de suspect.tutor.Senat.Dolan.dec.60.lite pendente administrationem impediri, secus in alijs officialibus probans & interim administrationem interdici. Viui.dec.40. n. 11.l. cum quem de susp.tuto.per iudicem scilicet vt ibi.

81 1. Amp. procedere etiam in tutore testamentario, & quolibet alio tutores Manzi.sup.nu.5.l.4.C. de susp. tutor. Gutierez.supra n.23.Montan.supr.reg.6. Maluas.supra etiam in liberto per l.1.C. de suspect. tutor. Arct.in §.ostendimus.Inst.de suspect.tutor. Galga. d. tit.10.n.21.Gratian.disceptation. 532.n. 29.& sequ. subdens idem ex culpa & negligentia Ai.no. in consuet.Aluer.tit.11.art.1 n.2. puta si re vel moribus deterior fiat Rot.dec.275.n.7.8.par.2. recentis. vbi idē de coniunctis si ex culpa & negligētia remoueantur, licet si ob dolum vel frandem coniuncto curator adijciatur ex l si tutor de susp.tuto.

82 Contrarium in testamentario contra quem aliquid probatur adiunctum dari probant Viui.dec.40.n.13. par.1.Mastril dec.6.n.34.

83 2. Amp. vt suspectus non repetat expensas quas fecit in iudicio suspicionis & remotionis, imò si succubuerit ad eas restituendas condemnandus sit Vincen. de Franch.dec.394. Duen.reg.275.n.8.Crau. cons. 205. n.37. Aneh.Q.61.lib.2.Borgni.de tutor.n.286.Galg. d.lib.1.tit.10.n.46.

84 1. Lim. non procedere si obtinuit tunc etiam propria authoritate eas retinet Anch.supra.n. 10. Borg. supra.

85 3. Amp suspectum remoueri etiam antequam gerat.§.vtilie suspectus.Instit. de suspect.tuto Galga d.tit. 10. n.36.& siue expresse remoueatur, vel gerere probibeatur idem erit l.4 § si.de susp.tut.vbi Bar.

86 4. Amp. vt de suspecto accusatus per procuratorem defendere se nequeat si ob dolum non propter culpā accusetur Bero.in rubr.de iudic.n.66.& 67.

87 5. Amp. ob leuissimam etiam culpam remoueri posse l.3.§.final.de suspect.tutor.Crau.cons.97.n.3. Montan.supra.n.8.iudicis tamen arbitrio nu. 9. Gratian. dec.532.n.29.& seq.& Rota in Roma.tutelæ.de Bōcompagnis.18.Maij.1616.coram Vbaldo, vbi remota fuit quia non posuerat armentum in inuentario, licet ad vsum hæreditatis prætium in bancha deposuisset, & sic esset in leui culpa cum adhuc effectum nō requiratur dolus vide infra lim.13.Viui.dec.40.n.11. vers.10.

Contrarium tenuit Rot.dec.275.n.1.par.2. recentis. ob latam culpam remoueri potest l.7.§.1.de susp.tut.

88 6. Amp. vt duobus datis ad administrandum, & duobus ad instruendum, dati ad instruendum teneantur ob non factam remotionem datorum ad administrandum, nisi eos tamquam suspectos remoueri curassent Cepol.cons.56.n 5.

89 7. Amp. procedere in eo qui non gessit sed dolo cessauit, nisi ex sola ignauia non gessisset l.2.C.de susp. tutor.l.hæc enim in fine.eod.tit.Montan.supra. nu. 10. vide supra.cap.3.versic.tertio.

90 8. Amp. procedere etiam non habita qualitate aut forma suspicionis, sed ex sola generali suspicione remoueri posse Abb in c.accepimus.n.8.de purgat. can. causa per iudicem expressa.n.9.Maluas.cons.113. n. 3.Gutier.supra.n.19. 20. in dubio remotus censetur, causis in libello expressis Abb.supra.Gutierez.supra. n.21.Montan.supra.n.4.& seq.

91 9. Amp. etiam si tutor diues sit §. suspectus & §. nouissime Institu.de suspect.tuto. Montan.d.reg.6.n. 13. vel satisdederit, aut satisdare offerat l.5.de susp.tuto. & l.6.

92 10. Amp.vt remotis velut suspectis maior pœna quā remotio imponenda sit l.1.§.solent de susp.tutor. Manzi.de tutel.Q.8.principal n.26.

93 11. Amp. vt libertus qui fraudolenter filiorum patroni tutelam gessit extra ordinem puniatur l. liberti. C. de libert. & eor. liber. l. 1. & 2.l. libertus. C. de suspect tutor.Manzi.supra.n.26.§.libertus quoque Inst.de suspect.tutor.

94 12. Amp. vt qui fraudolenter gesserint remouendi sint quamuis satisdederint l. suspectus. & l. quia satisdatio.de suspect.tutor.§.nouissimè. Institu. eod. Manzi.d.n.26.

95 13. Amp. vt licet mortuo tutore iudicio suspecti pēdente lis extinguatur l.penul.de suspect.tutor. Manzi. supra.n.16.idem probans si aliter tutela finiatur; attamen si vltra finem remotionis, ad pupilli etiam vtilitatem suspicio deducta sit, ac lis cum tutore contestata, ad tutoris hæredes lis transibit vt pecuniarium commodum pupillus consequatur n.17.

96 14. Amp. iudicis arbitrio relinqui an tutor tamquā suspectus remouendus sit & ob quam culpam Cor.cōs. 198.n.7.lib.1.& ex causa quæ iusta Iudici visa fuerit cons.175.n.4.lib.1.Soc.Iun.cons.59 n.7.lib.3. Vrsil. ad Afflict.dec.207.& 357.n.7.Montan.de tutel. cap. 36.reg.1.n.1.Galg.de tutel.lib.1.tit.10.n. 19. 20. & si contumax sit in administrando vt suspectum remouebit l.3.vbi Salt.C.de suspect.tutor.& ex officio iudicis sine accusatione remoueri possit l. 3. §. præterea. ff.eod.

97 15. Amp.vt remotus infamiam incurrat & extra ordinem puniatur Natt.cons.73 in fine.Lancel. de Prætor.rub de dilapidator.n.5 pag.613.vide infra lim.

16. Amp. in eo qui copiam sui non facit, vt alimenta pupillo decernantur.§.si quis tutor.Institut.de suspect. tutor. & si per mendacium neget alimenta præstari; posse punietur.§.sed si quis eod.tit.

17. Amp. vt contutori imputetur si contutorem suspectum non curet amoueri, & satisdare l. etiam 15. de admi.tut.secus si non debuit, puta quia idoneus subitò facultatibus lapsus sit.

98 1.Lim. nam suspectus remotus alterius pro administratione non obligatur Dec. in l. non omnis. §. si pupillus.n.5.si cer.pet.

99 1. Sublim. vt licet tutor non sit quoad administrationem, quoad nomen tamen tutor manet de communi Decia.cons.19 n.16.lib.3.

100 2.Lim.vt licet ob dolum remotus infamis fiat perpetuò; non tamen idem accidit si ob latam culpam, vel negligentiam fuerit remotus l. final. C. de suspect. tutor.§. suspectus.Inst.de suspect.tutor.l.3.§.fi.ff. eod. & l.4. Afflict. decis. 207. n. 3. de communi omnium Gutierez,

Gutierrz d. cap. 18. n. 17. & seq. (subdens aliter quam per excusationem remotum non esse infamem) Malvas cons. 113. n. 3. Manzi. supra. n. 13. Montan. de tutel. cap. 36. reg. 8. subdens in dubio non effici infamē & remotum propter dolum vel latam culpam si causa in sentētia fuerit expræssa infamem fieri l. hę enim de suspect. tutor. secus si ob negligentiam l. 3. §. finali. de susp. tutor. Galg. de tutel. lib. 1. tit. 10. n. 40. Bero. in cap. veniens n. 22. de accusat. Gratian. disceptatio. 532 o 34 & non esse infamem nisi ob dolum remotus sit Roffr. de libel. rubr. de constitut. meminerint n. 18. pag. 403. Natt. cons. 525. n. 3. Viui. dec. 40. in fi. ob dolum remotum infamem probat & in dolo censeri si inuentarium non fecerit.

debitorum à primo contractu minus idonea recipere teneatur, non tamen suo periculo l. tutor. 36. vbi glo. & Bar. de admi. tuto exiget tamen rationem ab heredibus tutoris vita functi l. 2. C. de tut. qui satisd. non deb. Cancer. supra. n. 37.

TIT. XXXIII.
DE FINE AC NVLLITATE TVTELÆ.
SVMMARIVM.

1 *Reddita ratione tutela, & tutoris authoritas finem recipit.*
2 *Pubertate tutela finitur amp. & lim. num. seq.*
3 *Pubertate ipso iure tutela finitur.*
4 *Principi vsque ad annum 25. curator datur.*
5 *Contrarium tenent ibi citati.*
6 *Pubertate non finitur tutela vlterius prorogata.*
7 *Aetas 12. annorum in fœmina, 14. in masculo debet esse perfecta pro fine tutelæ.*
8 *Finita tutela tutor pupillum monere tenetur vt curatorē sibi petat. (num. 25.*
9 *Tutor adulti ex consuetudine curator manet vsque ad an-*
10 *Finem non recipit tutela quoad negocia ea non finita cœpta perficienda.*
11 *Morte tutoris vel pupilli tutela finitur.*
12 *Tempore expirato quo tutela data fuit finem recipit.*
13 *Mutatis moribus, & facultatibus tutoris tutela finitur.*
14 *Exilio tutoris perpetuo tutela finitur, pro temporali curator datur.*
15 *Agnatione cessante vt agnato delata tutela cessat prout tutelæ causa cessante.*
16 *Pubertate alterius pupillorum superueniente vtrique eorum tutor datus desinit esse tutor, & pubes tutor fit.*
17 *Erronea & falsa causa tutor datur nulliter datus cēsetur.*
18 *Rei & causa certæ à testatore tutelæ ratio nulla est.*
19 *Inimicitia superueniente tutor datus reuocatur nisi testator post conditum testamentum diu tacuisset.*
20 *Reuocatio tutoris eamdem solemnitatem requirit quam constitutio.*
21 *Capitis diminutione maxima vel media tutoris vel pupilli tutela finitur die vt ibi.*
22 *Conditione deficiente sub qua tutor datus fuit tutela cessat amp. num seq.*
23 *Conditione extinctiua adueniente tutela expirat.*
24 *Suspicione, vel iusta excusatione tutela euanescit.*
25 *Datio tutoris pro vno actu petita loco testamentarii deficientis nulla est si pro omnibus in perpetuū concessa sit.*
26 *Fideiussor tutoris nō tenetur pro voluntariè gestis à tutore.*
27 *Datio tutoris nulla est sine inquisitione, & petitione tutoris testamentarii.*
28 *Nulla est datio eius qui dari vel dare non potuit.*
29 *Testamento imperfecto, vel per epistolam datio tutoris nulla est.*
30 *Hæreditate ex testamento non adita tutelæ datio corruit lim. num. seq.*
31 *Suo se ab hæreditate abstinente tutor testamento datus confirmatur.*
32 *Nulliter datus tutor censetur non iure datus.*
33 *Naturali filio à parētibus tutor vel curator dari nō potest*
34 *Demens tutorem dare non potest.*
35 *Tutoris datio furioso, rei vel causæ certæ vel incertę nulla est.*
36 *Mutata causa ob quā tutor datus fuit tutelę datio corruit*
37 *Mater tutorem sine confirmatione nulliter constituit.*
38 *Legitimi datio nisi proximior datus sit nulla est.*
39 *Datiua tutela corruit si non dederit qui dare potuerit.*
40 *Nulla est tutelæ datio casibus quibus ibi.*
41 *Legitima finitur si impuberum alter maior fiat.*
42 *Rei certæ datio tutoris inualida est.*
43 *Causa cognitione omissa tutelæ datio nulla est.*
44 *Tempore quadrimestri lapso & tutela per matrē & legitimos nō petita nec excusatione proposita legitima tutela excluditur.*
45 *Stupro per matrem commisso tutela finitur.*
46 *Morte pupilli tutela expirat.*
47 *Morte tutoris tutela finitur.*
48 *Matris transitu ad secunda vota eius tutela finitur.*
49 *Conuentione mulieris se & sua in manū viri dandi tutela finitur.*
50 *Incertitudine tutoris datio vitiatur.*
51 *Causa finita ob quam tutela data fuit expirat.*
52 *Muto surdo furioso vel tali effecto tutore vt rebus suis nequeat superesse tutela finitur.*
53 *Finis tutelæ iisdem modis casu in persona tutoris euenit ac in persona pupilli.*
54 *Plurium tutorum cum clausula quod vnus sine alio gerere nequeat altero vita functo, quoad omnes tutela expirat.*
55 *Tutela non finitur furore superueniente impuberi.*
56 *Adiuncto tutore tutori prima tutela durat.*
57 *Minor vxorem & liberos habens à tutela non liberatur.*
58 *Minor bene gerens sua non liberatur à tutela.*
59 *Matrimonio vel dispensatione tutela non extinguitur.*
60 *Tutela finita viget quoad connexa gestis seu cœptis durāte tutela.*
61 *Probare debet tutelam finitam qui illud asserit.*
62 *Possessionem bonorum cum fructibus restituere tenetur tutor tutela finita.*
Actoria iisdem modis finitur quibus tutela.

TIT. XXXIII. CAP. I.
DE FINE AC NVLLITATE TVTELÆ.

1 Primò. Eddita ratione tutela finita censetur, & ea finita, tutoris authoritas recipit finem Butr. in cap. ex parte n. 12. de appellat. Aret. in l. appellare. §. tutor. si penden. appellat. mors. interuener. Franc. Marc. dec 99. lib. 2. & ea finita tutelæ nomen amittit Surd. cons. 106. nu. 36. & 37. Gratian. disceptation. 291. n. 14.

2 Secundò. In masculo finitur anno. 14. completo & in fœmina, anno 12. perfecto ea enim vtriusque perfecta dicitur ætas, simul ac pubertas Inst. quib. mod. tutel finiat. in princip. l. si arrogati. de tutel. l. 1. & final. C. quando. tut. & cur. esse desinat. Capra. cons. 110. Dec. cons. 460. n. 22. & cons. 476. n. 2. & data puberi non valet Papien. in forma libel. ad redden. ration. tute glo. idem Iacobo. n. 1. Franc. Marc. decis. 99 lib. 2. Cassane. in consuetudinib. Burgund. tit. des enfans in tex. en ange col. 858. & 859. Soc. Iun. cons. 86. n. 2. lib. 1. loquens de fine administrationis Mantua, cons. 172. n. 10. Gutierez. de tutelis part. 1. cap. 16. n. 141. Manzi. de tutel. Q. 9. n. 1. Montan. de tutel. cap. 37. n. 1. & seq. idem in actore dicens per tutorem constituto, & in curatore tutori adiuncto & de furioso ac mente capto Galganet. de tutel. lib 1. tit. 11. Ameri. de patr. pot. eff. 14. n. 27. Papien. in form. libel. ad red. rat. tut. glo. ad ætatem Rom. cons. 312.

Tttt n. 3.

n. 3. Cancer. var. resol. part. 1. cap. 7. nu. 4.

3 1. Amp. vt ipso iure absque iudicis declaratione tutela finiatur adueniente pubertate Docto. in l. Imperator. de iure fisci. & in l. in criminali. C. de iurisdictio. om. iud. Manzi. supra n. 4. & datione vltra illam ætatem esse nullam Gonzalez. in reg. 8. cancellar. glo. 12 § 1. n. 17.

5 1. Lim. hoc secundum caput non procedere in Principe, cui vsque ad annum 25. curator datur. Oldrad. cons. 52. Gomez. de delict. cap 1. n. 56. Castald. de Imperator. Q 73. n. 25. de cummuni Caldas. de restitutio. in integrum verbo. hunc contractum nu. 47. & Gutierez. de tutel. part. 1. cap. 18. n. 1. & sequent. qui tamen postea concludunt anno. 14. completo gerere posse cum consilio & directione consiliorum Regis. & in Hispanijs tutelam anno. 20. finiri; de Principibus autem Rege inferioribus tradit Palacz. de maioratu part. 4. Q. 38. quem consule & si Regina sit de mariti consilio geret Gutierez. supra n. 32. & opinionem Oldrad. communem testatur Galganet. de tutel. lib. 2 tit. 12. n. 5. & sequent. & cum consilio delectorum vsque ad annum. 25. debere administrare. Tiraq. de primogenit. Q. 40. n. 207. & si Regina sit cũ consensu mariti geret Galganet. supra n. 19. vide tractat Curatoris tit. 3. amp. 23.

5 Contrarium tenet Intrigliol. de feud. centur. 1. Q. 45. n. 108. Montan. supra n. 68. & sequent. vbi tamen cũ consensu delectorum gerere debere probat. Gulielm. de Bened. in cap. Rainutius verbo. adiectę de testam. Natta. cons. 631. n. 28. vbi contra iura dispensare minime posse.

6 2. Lim. non procedere quando vlterius fuisset expresse prorogata tutela Caldas. d. versic. sine curatore n. 68. Vasq. de success. lib. 2. §. 18. n. 97. tunc enim finitur tempore finito §. præterea. Institut. quib. mod. tutel. finiat. & post pubertatem cura censebitur. Caldas. supra.

7 3. Lim. nam dicta ætas debet esse perfecta l. si cui. vbi Bar. de leg. primo Aretin. Institut. quib. mod. tutel. finiat. Montan. supra n. 41.

8 4. Lim. nam tutor finita tutela pupillum monere tenetur vt sibi curatorem quærat, alias ipse tenebitur Bar. in l. ita autem. §. si tutor de administration. tutor. Gutierez supra n. 142. Gail. obseruat. 96. nu. 3. lib. 2. idem dicentes de curatore Manzi. supr. nu. 14. Montan. supra n. 81. & cap. 39. n. 63. nisi pupillus fuisset tutoris hæres l. qui aliena. §. tutoris. de nego. gestis. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 5. nu. 23. & lib. 2. tit. 24. n. 2. Piag. de tutel. Q. 19. nu. 11. Gratia. disceptatio. 73. nu. 13. 718. n. 6. amplians ad sindicos & rectores, procuratores & similes. Munnoz de ratiocin. cap. 15. n. 37. & sequent. vbi si hoc omiserit, nec rationes reddere obtulerit ad interesse teneri probat, etiam tutoris hæredem & cap. 19. n. 65. vbi ad omnia damna teneri & ad dispersa per adultum si dari non fecerit curatorem adulto, imo ipse tutor finita tutela curator erit vsque ad 25. annum Papien d. glo. ad ætatem Spino. de testam. glo. 29. nu. 64. Cancer. var. resol. tom. 1. cap. 7. nu. 24. 25. & interim teneri probat, & si gerere continuet tutor tutela durat & etiam quoad reliquias Seraph. dec. 82. Gail. obs. 96. lib. 2. Monta. de tutel. Cag. 37. reg. 1. n. 86. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 7. n. 18.

9 5. Lim. nam ex generalis consuetudine tutor, curator ad annum vsque 25. curator manet adulti. Gail. obseruation. 96 n. 1. lib. 2. Montan supra. n. 86.

10 6. Lim non procedere quoad litem & negocia cœpta, quoad hæc enim tutela pubertate vel aliter finita, non recipit finem, sed finita tutela ea tutor perficere tenetur ac prosequi, nisi reddita ratione, reddiderit etiam instrumenta, & curatorem prouideri curauerit l. 1. C. vt caus. post pubertat. l. ita autem. §. final. de administration. tutor. Butr. in cap. ex parte n. 12. de appellatio. Borgn. de tutor. nu. 330. Piag. de tutor. Q. 19. nu. 10. Surd. cons. 57. nu. 17. Gail d. obseruat. 96. nu. 4. & sequent. Montan. supra nu. 74. & sequent. Galganet. de tutel. tit. 24. nu. 1. lib 2. Gutier. de tutel part. 2. cap. 19. nu. 1. & 2. intelligentes aduersario petente non pupillo & de cœptis ante, non post pubertatem. nu. 3. & Franc. Marc. decis. 99. ad finem. part. 2. & quando mater vti tutrix admissa fuisset non posset vti coniuncta postmodum cõparere Gutierez. supra nu. 10. & sequent. idem in sindico, & procuratore Ecclesiæ dicens Franc. Marc. decis. 55. lib. 1. vbi de cœptis & communis nisi tutor actorem constituisset ante litem contestatam ex decreto iudicis & decis 515. lib. 2. Gratian. disceptation. 71. nu. 12. & 276. nu. 44. idem de negocijs cœptis subdens ex Bar. in l. tutori. nu. 1. C. de neg. gest. Franc. Marc. supra & Gutierez. supra nu. 12. & seq. & part. 3 cap. 1. nu. 106. cœpta prosequi teneri quousque detur curator. vide infra cap. 2. versic. sexto Spino. supra. n. 65. non tamen iudicati agere potest l. tutores. 40. §. tutores. vbi Bar. de admi. tuto. Tusc. lit. P. concl. 857. n. 9. & seq.

11 Tertio. Morte tutoris vel pupilli tutela finitur Io. de Platea. in §. æque n. 16. Institut. de actioni Purpur. cons. 546. n. 14. ciuili vel naturali. §. simili vbi glo. & §. item finitur. Institut. quib. mod. tutel. finiatur Roma. cons. 312. n. 3. vbi etiam morte curatoris ex l. nisi de tut. & rat. distra. Manzi. supra. n. 10. Galganet. d. tit. 11. n. 4. quamuis pupillo vita functo tutor ad custodiam, rationemque reddendam teneatur & in ipsum possessio continuetur & si spolietur restituatur. Seraph. dec. 77. & 82. infra. versic. 35. & 36. nec enim ad hæredem tutoris eiusue in dignitate successorem transit, Iacobi. de feud. verbo. Dux pag. 4. n. 2. Rot. dec. 670. par. 2. recentis. l. tutela. 16. de tutel. vbi glo. & Bar. restituitur etiam tutor spoliatus quasi possessione educandi & gubernandi pupillum. Gab. de rest. spol. concl. 1. n. 39. prout & a tutore spoliatus n. 33.

12 Quarto. Tempore quo tutela data fuit expirato, tutela finem recipit. §. sed & si. §. præterea institut. quib. mod. tutel finiat. Speculat. de tutel. §. generaliter. nu. 14. Manzi. supra n. 12. Montan. de tutel. cap. 37. reg. 2. n. 158. l. si arrogati. 14. de tutel. Galganet. d. tit. 11. n. 15.

13 Quinto. Mutatione morum, facultatumque tutoris tutela finitur Ripa. in l. final. n. 168. C. de reuocand. donatio.

14 Sexto. Exilio tutoris perpetuo tutela finitur, pro temporali autem datur curator l. tutor petitus. & l. seq. vbi glo. verbo. petitus de excusatio. tutor. Monta. de tutel. cap. 37. reg. 2. nu. 128. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 11. nu. 10. Roca. Roman. decis. 201. n. 6. & 7. subdens penes cõtutorem tutelã remanere par. 4. diuers.

& qui

& qui secundum formam iuris communis tutor datus fuit non desinet esse tutor ob exilium superueniens, nisi fuerit remotus à Iudice. Ripa. in l. ex facto. §. ex facto. n. 17. ad Trebel. post Bal. cons. 54. n. 1. in fi. lib. 5. & Per eg. de iur. fisc. lib. 3. tit. 7. n. 20.

15 Septimo. Agnatione cessante datio vt agnato facta cessabit, prout causa cessante ob quam datus fuit Institut. quib. mod. tute. finiat. §. pen. Soc. Iun. cons. 160. n. 79. lib. 2. Galganet. d. tit. 11. n. 15. si tamen absentis Reipublicæ loco datus fuerit alter tutor, absente vita functo, datus tutor manebit vsque ad pubertatē d. n. 15. ex l. quæsitum. 12. de tutel. Meno. cons. 106. n. 96. ex quo causa seu qualitas agnationis successiua requiritur secus in causa successionis probans.

16 Octauo. Duobus impuberibus à Iudice datus, quorū alter reincidit in alterius tutelam ex quo peruenit ad perfectam ætatem, desinit esse tutor l. si tutor. §. si duobus. de tutel. & ration. distrahend. & ibi Odofred. & in l. non solum. §. libertis. de excusatio. tutor. Rauen. sing. 697. Galganet de tutel. lib. 1. tit. 11. n. 5. qui tamen alterum fieri puberem non sufficere inquit.

17 Nono. Falsa & erronea causa tutor datus etiam ad instantiam petentis, nulliter datus censetur Cor. cons. 281. n. 2. & 7. lib. 1. 280. n. 3. lib. 1. nisi Iudex tutorem pronunciasset, tunc enim cum eo gesta valida forent d. n. 3. Castr. cons. 413. n. 1. versic. secunda ratio. lib. 2. post Bar. in l. Seiæ egresse. 26. de tut. & curat. dat. ab his. Montan. de tutel. cap. 22. n. 8. & 9. idem de curatore dicens & cap. 24. n. 8. Paris. cons. 85. n. 2. & 3. lib. 3. etiam si in datione modicum sit erratum Sebast. Med. de reg. iur. reg. 5. n. 104. ex Bar. in l. matri & auię n. 11. C. quando mulier. tute. offic. fung. pos. & quando maiori tamquam minori datus fuisset d. l. Seiæ. vbi Bar. Montan. supra cap. 24. n. 5. Bero. Q. 122. n. 6. vbi quando ex vna causa dari petitum fuit & ex alia falsa datus esset, licet secus vbi vna plurium expræssarum vera esset. Tiraq. de iud. in reb. exig. vers. 15. vbi quomodo erratum sit.

18 Decimo. Ad rem vel causam certam datio tutelæ à testatore facta nulla est l. certarum & l. sequent. de testam. tute. Dec. cons. 479. n. 3. Cur. Iun. cons. 29. n. 1. & 2. Eugen. cons. 98. n. 24. Intrigliol. de feud. cent. 1. Q. 39. n. 180. §. certæ autem. vbi glo. & Aret. Inst. qui testam. tutor. dari poss.

19 Vndecimo. Inimicitia superueniente reuocatur, nisi testator diu post conditum testamentum ac tutorem postmodum inimicum effectum superuixisset, nec illum reuocasset Decian. cons. 15. n. 13. 46. n. 50. & 77. lib. 2. Gutierez. de tutel. part. 2. cap. 18 n. 25. & seq. licet in legitimo odium testatoris morte extinguatur & Onded. cons. 88. n. 41. lib. 1.

20 Declara tamen, quod vbi de tutoris reuocatione agitur, eadem solemnitate qua constitutus fuit debeat reuocari Duen. reg. 187. casu 18. tutor verò datus testamento vel codicillis reuocari potest l. tutor. 8. de testa. tut. vbi glo. & Bar.

21 Duodecimo. Capitis diminutione maxima vel media tutoris vel pupilli tutela finitur, & pupilli minima etiam puta per arrogationem §. sed & capitis Institut. quibus mod. tutel. finiat. l. si arrogati. 14. de tutel. vbi si arrogati sint adhuc impuberes, vel pupilli deportati, tutores habere desinunt; item si in seruitutem pupillus redigatur, vel si tutor aut pupillus fuerit ab hostib. captus glo. in §. item verbo. adhuc. Instit. quib. mod. tute. fin. §. sed & capitis Instit. quib. mod. tut. finiat. & §. item finitur & §. minime Speeul. de tutel. §. generaliter. n. 13. Port. Institut. quib. mod. tutel. finiat n. 13. Manzin. de tutel. Q. 9. n. 11. & n. 5. & seq. Montan. de tutel. cap. 37. reg. 2. n. 98. & sequent. 110. & sequent. intelligendo si ab omnibus tutoribus in arrogationem datus sit l. fin. C. de authorita. præstan. Balduin. Institut. quib. mod. tute. finiat. vers. item Galganet. d. tit. 11. n. 3. & lib. 1. tit. 4. n. 18. vbi agnatorum minima etiam capitis diminutione in cognatis autem maxima tantum & tit. 11. n. 9. vbi exilio tutoris l. tutor petitus. §. finali. & l. sequent. de excusat. tutor. Lambert. de contract. glo. 8. n. 29. & Montan. supra n. 118. tutelam finiri probat tutoris capitis diminutione, per quam libertas vel Ciuitas amittitur puta tutoris banno eum publicatione bonorum per. §. sed & capitis. Instituta. quib. mod. tutel. finiat. & l. si tutor. §. final. de tutel. & ration. distrahen. Bar. in l. tutores. de administratio. tutor. minima autem capitis diminutione legitima tantum perit. §. minima Institut. quib. mo. tut. finiat. & si tutor ab hostibus caperetur finiri probat Galgan. d. tit. 11. n. 11. per d. l. si arrogati & l. seq. & banno bonis publicatis Bar. & Bal. in l. si fine hærede. §. fi. de administr. tuto. Munnoz. de ratiocin. cap. 6. n. 15. vbi etiam rationem esse reddendam; & idem si bonis publicatis relegatus esset, curatorem tamen dari probat nu. 16. & si tutor non sit ab hostibus captus sed legatus vel vt legatus receptus, vel transfuga non desinit esse tutor sed alter tutor datur l. si quis. tutor. de tutel. vbi glo. & Bar.

22 Decimo tertio. Conditione deficiente sub qua tutor datus fuit desinit esse tutor §. sed & si Institut. quib. mod. tutel. finiat. Surd. dec. 207. n. 1. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 2. n. 29. tit. 11. num. 15. l. tutor. de testam. tut.

23 1. Amp. è contra adueniente extinctiua conditione tutelæ, expirare l. si arrogati. de tutel. l. tutor. datus de testamentar tutel. Spec. de tutor. §. & generaliter. n. 14. qui intelligit in testamentario, non in datiuo, quia datio tutelæ cum sit legitimus actus conditionē non recipit Manzi. supra n. 8. qui secus dicit in legali, & iudiciali Montan. supra. n. 153 §. sed si vsque vbi glo. & Aret. Inst. quib. modis tutel. finiat.

24 Decimoquarto. Suspicione iusta vel excusatione tutoris tutela finem recipit velut si omnino mutus fit l. verum §. ex facto de minor. l. si arrogati. de tutel. §. final. Institut. quib. mod. tutel. finiat. si namque ad tempus excusetur non desinit esse tutor §. item qui Reipublicæ. Institut. de excusation. tutor Manzin. supra n. 14. Montan. supra n. 135. & sequent. & n. 161. Galganet. d. tit. 11 num. 12. & 15. nisi, temporalis esset excusatio l. nec ille. 16. de tuto. datiu. Maceraten. resol. 60. cas. 13. lib. 2. vbi quando se ingessisset.

25 Decimoquinto. Datio tutoris à iudice loco testamentarij deficientis pro vno actu petita, in omnibus in perpetuum nulla est Maceratenr. resolutio. 60. casu. 13. lib. 2.

26 Decimosexto. Fideiussor tutoris tutela finita non tenetur pro gestis voluntarie à tutore l. lucius §. Paulus. vbi Bar. de administr. tutor. Gut. d. cap. 16. n. 144.

27 Decimoseptimo. Si sine inquisitione & petitione tutoris testamentarij tutor detur datio nulla erit Maceratens. d. cas. 13.

28 Decimo octauo. Si dati non potuit tutor datus, vel qui dedit dare non potuit, datio nulla erit l. 1. de testam. tut. Spec. de testam. tute. in princip.

29 Decimonono. Testamento imperfecto, vel per epistolam datio tutoris nulla est l. 2. de confirman. tutor. l. 2. C. eod. Spec. de testam. tut. in princip. & si testamento inofficioso, irrito, vel falso, vel minus solemni tutor datus sit, nisi fuerit à Iudice confirmatus, dationem irritam esse & Nepos. à Monte Alban. de exception, artic. 11 n. 17. & sequen. vel nisi alter ex liberis tutor datus fuisset Roland. cons. 117. n. 11. 12. inter cons. vltim. volunt. Pute. cons. 121. n. 24. ibidem post Bar. & Alba. in l. neque per episto. C. de confir. tuto. de magis communi Alex. cons. 140. nu. 2. & sequent. lib. 1.

30 Vigesimo. Hæreditate ex testamento non adita datio tutelæ corruit l. si nemo. & l. seq. & l. tutores & l. in testamento de testam. tutel. & ibi glo. & Bar. Speculat supra Leon. de pupillari substitutio. n. 184. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 2. n. 22. quamuis aditione pendente si hereditatem aditam iri speretur tutor dari possit l. si hæreditas. 10. vbi glo verbo. dari & Bar. de testamen. tutel. Simon. de Pret. de vltim. voluntat. lib. 5. dubitation. 3. n19. pag. 28. Rot. Roman. dec. 307. n. 5. part. 2. recentior. & sufficiat hæreditatem aditam ab altero hæredum. d. l. si nemo.

31 1. Lim. non procedere quando suus ab hæreditate se abstineret, tunc enim tutor testamento datus confirmatur, si succesui tutor datus est, fuerit institutus, alioquin si impuberi exhæredato datus tutor fuisset altero filio instituto secus erit de communi testantur Ang. de suitate Q. 9. vers. tertio & Cras. in §. suitas. Q. 8 n. 6.

32 Vigesimoprimo. Non iure tutor datus, nulliter datus censetur l. 3. de testameota. tutel. Specul. d. n. 1. versic. item quod non.

33 Vigesimosecundo; Naturali filio à parentibus tutor vel curator datus non valet & nulliter cõstitutus censetur nisi fuerit confirmatus l. 1. de confirman. tutor. l. qui à patre l. naturali. & l. vtilitatem C. eod. §. 1. Inst. de curator. Specul. supra. n. 2.

34 Vigesimo tertio. Intestabili puta demente tutorem dante datio nulla redditur cap. final. de succes. abintestat. Inst quib. non est permissum facere testamentum. Spec. d. n. 2.

35 Vigesimo quarto. Furiosi, incerti, vel ad rem, causãuè certam facta tutoris constitutio irrita manet §. certæ. Inst. qui dari tutor pos. Specul. d. n. 2. infra. vers. trigesimo primo.

36 Vigesimo quinto. Causa mutata ob quam tutor datus est tutelæ datio corruit vt puta si ex amico inimicus, ex diuite pauper tutor effectus fuerit. l. paterfamilias. in fine de testam. tutel. l. penultim. de confirman. tutor. Spec. d. n. 2. ad finem Nepos a Monte Albano, vbi supra n. 19. prout & causa cessante Alba. cõs. 288. n. 9. 10 si notorium sit cessare alioquin declaratione iudicis opus est vt per eum.

37 Vigesimo sexto. A matre tutor datus sine confirmatione nulliter constitutus esse censetur absque filiorũ institutione l. 1. de confirmand. tutor. l. mater. de testamenta. tutel. Specul. supra num. 3. idem de auia dicens.

38 Vigesimo septimo. Legitimi tutoris datio inualida est si proximior legitimè datus non sit, vel si testamentarius adesset Specul. de legitima. tutel. num. 1. & 2.

39 Vigesimo octauo. Datiua tutela nulla est si ab eo tutor datus non fuerit qui dare potuerit l. 1. & l. 3. de tutor. & curator. dat. ab his Speculat. de tutel. datiua in princip.

40 Vigesimo nono. Alijs casibus tutelæ datio nulla est vt supra tit. 20. & 21. & alibi sparsim in tractatu comperies & tit. 11, cap. 1. & 2. & tit. 14. nu. 6. & tit. 20. tit. 21. nu. 21. & si pater idoneus extet cessat datio tutoris & curatoris Alba. cons. 228. nu. 9. per l. fi. in princip. C. de curato. furios. nisi cum filio litiget. n. 11.

41 Trigesimo. Legitima tutela finitur si alter fratrum impuberum maior, ac pubes accedat, ipse enim fratris sui impuberis tutor efficitur legitimus nisi testamentarius extaret. l. si tutor Reipublicæ. 9. §. si duobus. de tutel. & ration. distrahen; & in matre minor quod maiore effecta auiam excludat, ac tutrix filiorum fit Spec. de anom. tutel. n. 6.

42 Trigesimo primo. Certæ rei datio tutoris inualida fit l. si certarum de testamen. tut. §. 1. Inst. qui dar. tutor. pos. Menoch. lib. 4. præsumptio. 26. n. 26. & supra versic. vigesimo quarto.

43 Trigesimo secundo. Causæ cognitione in tutelæ datione minime adhibita, tutelæ constitutio, ac datio à iudice inualida est vt supra tit. 11. cap. 2.

44 Trigesimo tertio. Tutelæ datio expirat, ac finem recipit, si mater tempus quadrimestre sibi à lege præfixum elabi passa fuerit quominus tutelam acceptauerit, nec excusationem proposuerit, idemque in alijs legitimis tutoribus, qui dicto temporis lapsu constituuntur in mora, ita vt post modum volentes, minimè admittantur authent. presbiteros. 2. C. de Episcop. & cleric. vbi Bar. & in authenti. matri & auiæ n. 18. C. quando mul. tutel. off. fung. pos. Salic. in d. auth. præsbiteros. & quamuis Bal. ibi hoc in clericis speciale dicat qui circa Diuina misteria occupantur & in matre contrarium practicari dicat & Alex. cons. 140. nu. 6. versic. vnde succedit lib. 1. dicat Saliceti decisionẽ esse in matre periculosam; attamen hoc est generale ad omnes legitimos tutores & etiam ad matrem nec ad clericos restringitur quia Diuini misterij fauor ampliare in eis deberet non restringere tempus ad eorum voluntatem declarandam circa tutelam suscipiendam, ideo in matre hoc tenent Ang. in d. authẽt. matri & auiæ col. 3. Anan. cons. 100. in fine. Alex. cons. 109. n. 1. & 2. lib. 3. & de magis communi testãtur Dec. cons. 16. n. 7. & Surd. cons. 159. n. 21.

45 Trigesimo quarto. Stupro per viduam matrem commisso tutela finitur ac si ad secunda vota transiuisset, glo. in authent. sacramentum. versic. nuptu C. quando mul. tute. offic. fungi. pos. Bal. in l. ijs solis. n. 4. C. de reuocand. donatio. Marsil. sing. 416. n. 3. Nouel. reg. 239. idem de excusatoria dicens.

46 Trigesimo quinto. Morte pupilli tutela expirat. §. simili modo Institut. quib. Mod. tutel. finiat. Montan. de tutel. cap. 37. reg. 2. n. 110. Medices. reg. 9. n. 92. supra. versic. tertio.

47 Tri-

47 Trigesimo sexto Morte tutoris tutela finitur d. §. simili modo Institutus quib. mod tute. finiat. Montan. sup. n. 129. & seq. Galgan. de tute. d. tit. 11. n. 11. quoad eum scilicet tutorem qui decessit, alio namque tutore pupillus indigebit de communi Sebast. Medices. reg. 9. n. 92. & supra. versic. tertio. hæres tamē tutoris ab eo cœpta prosequi debet si maior sit l. 1. de fideius. tuto. vbi etiam de nouo inceptis teneri.

48 Trigesimo septimo. Matris transitu ad secunda vota, illus tutela terminatur §. quod verò. authent. vt sine prohibition. matres. authent. sacramenta. C. quando mulier tutel. offi. fung. pos. Montan. supra. n. 143. non etiam idem in patre l. 5. §. negocia vbi glo. verbo. vtiliter C. de secun. nupt. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 4. n. 8. & d. tit. 11. n. 13. etiam si secundum matrimonium nullum foret Gonzalez. reg. 8. cancellariæ. glo. 57. n. 53. Gratian. discep. 213. n. 11.

49 Trigesimo octauo. Conuentione mulieris in manum viri se & sua bona dando tutela finem recipit Montā. supra n. 145.

50 Trigesimo nono. Incertitudine datio tutoris vitiatur l. duo sunt Titij. 30. vbi Doc. de testament. tutel. Marsil. in repetitio. rubr. C. de probat. n. 405.

51 Quadragesimo. Causa finita ob quam tutor datus fuit, tutela extinguitur Azo. in sum. C. qui dar. tuto. pos. n. 6. Galgan. de tutel. lib 1. tit. 7. n. 52. ad finem.

52 Quadragesimo secundo. Muto, Surdo, furioso, vel tali effecto tutore vel curatore vt suis negocijs superesse minime possit tutela finitur l. cum plura. 17. l. post 40. de excusation. tutor. Galganet. d. tit. 11. n. 11. post glo. in l. 1. §. mutus vbi Bar. de tute. Munnoz. de ratiocin. cap 6. n 11. & seq.

53 Quadragesimo tertio. Quibus modis tutela finitur per casum in personam minoris contingentem; ijsdē terminatur si in tutoris personā casus aciderit Sebast. Medices. reg. 9. n. 98.

54 Quadragesimo quarto. Pluribus datis tutoribus cū clausulà vt vnus sine alio gerere nequeát, altero vita functo tutela quoad omnes expirat vt supra tit. 14. n. 41. & seq.

Quadragesimo quinto. Matrimonio per minorem contracto tutela expirat quamuis cura duret, ac perseueret G uirba, dec. 109.

Quadragesimo sexto. Tempore pro quo tutor datus fuit elapso tutela finitur l. si arrogati. de tutel. l. tutor. 8. de testam. tut.

Quadragesimo septimo, vltima scriptura derogat tutoribus in priori constitutis, nisi prior posteriori derogetl. tutor. §. in tutoris. vbi glo. & Bar. de testam. tute. & l. si hæreditas. §. in tutelis. eod. tit. vel nisi causa finalis dationis secundi deficiat puta si testator prius datus obijsse putasset & l. fi. vbi glo. & Bar. eod. tit. l. 10. de confir. tuto.

Quadragesimo octauo. Curatore constituto tutoris officium finitur l. à tutoribus 34. §. 1. vbi Bar. de admi. tuto.

1. Amp. generaliter vt ijsdem modis actoria finiatur quibus tutela Rube. cons. 162. nu. 4. Genua. de scrip. priuat. lib. 3. Q. 16. in fi. licet cœpta perficere possit Cap. Tholos. dec. 43. vbi Add. nisi esent suspecti & tutor. & procurator & actor Fulg. cons. 182. Tusc. lit. P. concl. 857. n. 4. & 24.

2. Amp. vt si vsusfructus fuerit tutori vel curatori relictus donec rationē reddiderit intelligatur idest quousque rationem reddere deberet hoc est finita tutula vel cura Roma. cons. 312. n. 2. 3.

TIT. XXXIII. CAP. II.
QVIBVS CASIBVS TVTELA NON FINIATVR.

55 Primò. Tutela ex furore impuberi superueniente minime finitur l. 3. de tutel. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 11. n. 6.

56 Secundo. Si tutori tutor adiungatur non expirat primi tutoris officium, & authoritas l. 5. quib. caus. tute. Galg. d. tit. 11. n. 14.

57 Tertio. Ex eo quod minor vxorem & liberos habeat à tutela non liberatur l. 2. de minor. Galg supr. n. 15.

58 Quarto. Ex eo quod minor res suas bene gerat, non terminatur tutela l. 1. in fine de minor. Galganet. d. n. 15. in fine.

59 Quinto. Matrimonio seu despensatione, tutela non extinguitur Ang. cons. 92. in fine Marcabru. cons. 97. n. 79. vbi nec patriam potestatem tolli l. si vxor. C. de condition. insert.

60 Sexto. quoad connexa gestis durante tutela non finitur tutela quæ finem recepit; & procurator re non integra viget etiam tutore vita functo l. 1. C. vt caus. pupillar. l. ita. §. final. Alex. cons. 128. nu 3. & seq. lib. 6. Laderch. cons. 149. n. 2. & seq. quod in actore indubium inquit, secus in procuratore prælati vide supra. cap. 1. versic. secundo.

61 Septimo tutela non finitur ex eo quod tutor non soluendo factus sit Bal. sing. 30.

62 Ordinis peruersio requisitorum ad esse tutelæ non vitiat prout nec si minus idoneus sit præstitus fideiussor vt supra. tit. 13. n. 555.

63 Negatione se esse tutorem tutela & beneficia tutorum non amittuntur vt supra tit. 14. n. 39. vide tit. 15. n. 10. 11.

64 Administratione interdicta non desinit esse tutor l. & si pluribus. de auth. tutor. Cld. cons. 177. n. 13. Gratia. discep. 918. n. 54.

65 Ex sola pupilli voluntate tutoris officium non finitur l. 2. C. quando. tuto. vel. curato. esse desin. vbi glo. & Salic.

66 Si nepos viuo auo incipiat sui locum tenere, sicut confirmatur testamentum ex lege Velleia. ita & tutelæ datio l. si hæreditas. §. qui filium. vbi glo. & Bar. de testam. tut.

67 Excusatus à tutela postquam in ea iam se ingesserat, siue legitimas causas excusationis haberet, siue ex illegitima à iudice, vel Principe puta postquam tutelæ se ingesserat Alex. ad Bar. in l. voluntariæ. C. de excus. tut. l. 1. & 2. C. si tut. vel cur. fals. alleg. Roma. cons. 233. n. 3. Alba. cons. 580. Hip. Maia. consult. 1. par. 1.

68 Probare tenetur tutelam esse finitam qui illud affirmat pro se liberando, si à minore negetur glo. in l. cū te C. de probation. Galgan. de tutel. lib. 1. tit. 11. n. 16.

69 Restituere autem tenetur tutor tutela finita bonorū possessionem cum fructibus Bal. cons. 85. lib. 3. quod si retinuerit, tenebitur quoad actus posteriores prioribus cohærentes. l. tutorem de administratio. tuto. Mōtan. de tutel. cap. 39. n. 66. quoad sperata negociorum gestorum vt supra cap. 1.

TIT. XXXIV. DE REDDITIONE RATIONVM TVTORVM ETC.

SVMMARIVM.

1 *Tutor finita tutela rationem administrationis reddere tenetur.*
Rationem administrationis gestor quilibet reddere tenetur.
Ratio reddi quando non debeat.
2 *Rationem contra non reddentes in lite iuratur lim. n. seq.*
3 *Contrarium tenent ibi citati quoad hæredes obligatorum reddere rationes.*
4 *Iuramentum in litem pro omissis per tutorem non datur.*
5 *Iuramentum in litem fideicommissario non datur contra hæredem grauatum si non fecerit inuentarium quod ab hærede fieri non curauit.*
6 *Iuramentum in litem contra hæredem datur lite cum defuncto contestata & alijs casibus vt ibi.*
7 *Hæres ad damna & interesse tenetur quoties iuramentũ non præstatur.*
8 *Hæres tutoris dolum & latam culpam defuncti præstat.*
9 *Negocia alterius gerens contra eum cuius negocia gessit agere potest pro eo quod impendit.*
10 *Vsuras præstat tutor pro mora rationis non reddita.*
11 *Ratio reddi debet vsque ad annos 30. lim. num. seq.*
12 *Ratificatione facta si quinquennium labatur contractus præsumetur ex causa necessaria gestus & rectè.*
13 *Ratio gestionis integre reddi debet.*
14 *Ratio reddi debet pro tempore posthumi natiuitatem præcedente.*
15 *Rationem reddere debet etiam protutor.*
16 *Ratio sine interpellatione reddenda est.*
17 *Contrarium tenent ibi citati.*
18 *Rationem frater tutor reddere tenetur.*
19 *Ratio semel insufficienter reddita iterum reddi debet lim. num. 21.*
20 *Occultans aliquid tẽpore rationis reddẽda dolo versatur.*
21 *Liberatus tutor cum promissione non contraueniendi etiã causa erroris conueniri iterum non potest ad reddendam rationem.*
22 *Expensa magna à tutore facta quatenus probanda.*
23 *Rationem reddere debet falsus tutor.*
24 *Rationem reddere debet tutoris hæres. lim. num. seq.*
25 *Hæres non tenetur reddere rationem si fuerit liberatus.*
26 *Hæres non tenetur quando pupillus diù petere rationes, ab eo distulit qui soluendo erat & rationem reddere tenebatur, si contra alios contutores agat vel eorũ hæredes.*
27 *Liberari tutor petere non potest nisi reddita ratione.*
28 *Rationem reddere tenetur tutor etiam si ei aliquid testator reliquerit in casu reddendæ rationis.*
29 *Rationem non reddens de falso tenetur.*
30 *Rationem reddere debet qui de facto administrauerit.*
31 *Rationem reddere debet etiam qui non gessit si contutorem habuit.*
32 *Ratio pupillo agnatis & ab intestato succedentibus reddi debet.*
33 *Mater rationem tutelæ gestæ reddere tenetur amp. n. seq.*
34 *Dos materna pro rationis redditione retineri potest.*
35 *Doloso non prodest liberatio à redditione rationum nec si bona possideat.*
36 *Rationum redditio per appellationem differri non potest.*
37 *Compromissum fieri non potest pro reddenda ratione administrationis.*
38 *Omnes simul rationem reddere debent, nec ab vno tantũ reddi potest lim. num. seq. & coram vno iudice.*
39 *Constituti a tutoribus ad gerendum non omnes simul rationes reddunt.*
40 *Tutor qui gerere cœpit pro tutore male gerente tenetur.*
41 *Tutor conueniri potest ante decretam sibi administrationem de iure, licet de consuetudine secus sit.*
42 *Ratio reddi debet etiã non facta promissione per obligatos.*
43 *Tutor si non reddat rationes & male gesserit ac bona pupilli furatus sit vel interuerterit corporaliter punietur.*
44 *Tutor de male gestis à contutore tenetur quamuis non administrauerit.*
45 *Rationem reddens inuentarium libros & instrumenta exhibere tenetur & copiam tradere.*
46 *Liberatus à testatore rationem reddere tenetur, & quatenus amp. & lim. num. seq.*
47 *Liberatio à redditione rationum non operatur quominus tutor vt suspectus remoueri possit lim. num. seq.*
48 *Liberatione patri relicta per filium non potest pater remoueri tamquam suspectus.*
49 *Liberatione, remissa non censentur quæ tutor habuit.*
50 *Liberatione prædicta legata non censetur remissum quod testatoris nomine tutor credidit.*
51 *Liberatione legata non censetur facta liberatio à libri restitutione.*
52 *Liberatio præfata non operatur quoad ea quæ iudex non fuisse remissa fuerit arbitratus.*
53 *Liberatio prædicta nõ operatur quoad verum dolum amp. & lim. num. seq.*
54 *Quietatio tutori facta non operatur si dolus adfuerit.*
55 *Dolus & reliqua remissa censentur si testator hæredi iusserit vt tutorem à redditione rationum liberet.*
56 *Contrarium tenent ibi citati.*
57 *Confessio emissa à testatore rationis redditæ non operatur si dolus interuenerit vel quoad ea quæ tutori remansere.*
58 *Liberatio à redditione rationis tutori relicta non operatur quoad tutoris hæredes nisi de illis mentio facta sit.*
59 *Liberatio à redditione rationis non operatur quoad ea quæ tutor in inuentario ponere omisit.*
60 *Liberatio non operatur vt infra.*
61 *Rationum redditionis requisita. lim. num. seq.*
62 *Rationis redditio non requirit inuentarium nec librum si vnius rei fuerit, etsi vtilius fuisset omitti.*
63 *Fratres & sorores nobiles non tenentur strictam reddere rationem de bonis communibus administratis lim. n. seq.*
64 *Frater, & soror strictam tenentur reddere rationem in casibus de quibus ibi.*
65 *Frater tutor exactam rationem reddere tenetur.*
66 *Frater maior tutor minorum exactam & diligentem rationem reddere tenetur.*
67 *Operis facti apparentis æstimatio per peritos fiet.*
68 *Confessio pupilli maioris effecti quod ratio sufficienter reddita sit id probat nisi error, dolus, vel reliqua restituta non fuisse probetur.*
69 *Contrarium probant ibi citati.*
70 *Omissa inuentario poni, libro sunt describenda.*
71 *Nomina debitorum rationem reddens talia fuisse dum contracta fuere vt quilibet diligens paterfamilias cum eis contraxisset, eisque credidisset.*
72 *Instrumenta non restituẽte tutore rationem reddente, cõtra eum ex dolo & lata culpa in litem iurat adultus.*
73 *Alienata illegitime rationem reddens restituere tenetur.*

74 Fru-

74 *Fructuum secundum quod percipi potuisset ratio reddi debet.*

75 *Plurium tutorum alter non potest rationem reddere lim. num. seq.*

76 *Plurium tutorum alter cui administratio commissa, vel diuisa fuit à iudice pro gestis à se rationem reddere potest.*

77 *Confessio minoris quod ratio sibi reddita fuerit sibi non nocet pacto iurato, & transactione minime obstantibus lim. nu. seq.*

78 *Confessio prædicta liberationem tutoris operatur si rationes extensæ fuissent ostensæ.*

79 *Confessioni prædictæ statur nisi probetur error.*

80 *Ratio in loco reddi debet vbi tutela gesta fuit lim. n. seq.*

81 *Ratio in loco gestionis reddi non debet vbi per tutorem non stetit quin reddidisset, si postmodum absit.*

82 *Rationem offerens si se absentet reuerti non tenetur nisi expensis pupilli.*

83 *Expensas retinet quas fecit tutor pro pupillo, quando rationes reddit amp. & lim. num. seq.*

84 *Alimenta pupillo præstita repetit tutor à pupillo etiam coniuncto.*

85 *Alimenta sorori pupilli præstita tutor repetit.*

86 *Expensas & viatica aliena negocia gerentes ab eis repetunt.*

87 *Expensas pro patrimonio pupilli factas tutor repetit.*

88 *Expensas litis pro alio factas aliena negocia gerens repetit.*

89 *Expensas litis vtiliter cœpta repetit tutor licet tristem euentum lis habuerit. & iuramento probantur vt ibi.*

90 *Expensas in meliorationibus factas tutor repetit vtiliter erogatas, licet res non extent in quibus facta fuere.*

91 *Opera fratris cum fratre viuentis quatenus pensanda.*

92 *Expensæ libro rationum quatenus probentur.*

93 *Expendisse dicens probare tenetur lim. num. seq.*

94 *Expensa probanda non est quando id eius impensa factum appareret cuius rationibus infertur.*

95 *Expensarum probatio non ita strictè inter consanguineos requiritur.*

96 *Liberatione legata ab administratione tutelæ, vel curæ, non est probandum nisi dolum & latam culpam ab esse.*

97 *Pensionem domus pupillo tutor eius habitator pupillo soluere non tenetur si ei expediens fuisset.*

98 *Expensas tutoris iudex arbitratur.*

99 *Rationem reddens non excusatur tutor qui inuentario & libro non factis, introitus pupilli testibus probare velit.*

100 *Liberatio à redditione rationum non tenet etiam ratificatione secuta si dolus interuenerit etiam si testator dixerit omne id tutori restitui debere in quo veniret condemnandus,*

101 *Ratio reddi debet quomodocumque tutela finiatur.*

102 *Ratio reddi debet administrata tutela siue scripta fuerit siue non.*

103 *Rationum redditione vetita adhuc charta in quibus scripta sunt à tutoribus reddi debent.*

104 *Ratio an rite & rectè reddita sit iudicis est arbitrio.*

105 *Reliqua tutor rationes reddens restituere tenetur quæ penes ipsum remansere amp. num. seq. & lim. n. 110.*

106 *Reliqua debet restituere rationes reddere vetitus.*

107 *Reliqua tutor restituit quæ dolo fecit ne haberet.*

108 *Reliqua restituit mater tutrix prohibitione nõ obstante.*

109 *Reliqua non restituens in mala fide censetur nisi eorum exitus ostendatur.*

110 *Damna quæ casu contingunt pupillo cedunt.*

111 *Pactum non reddendi rationes & administratorem non reuocandi non valet.*

112 *Curator ad lites cura finita rationes reddere tenetur amp. num. seq.*

113 *Filiusfamilias patris curator rationes reddere debet.*

114 *Dolo vero versatur qui rationes non reddit & contra eum in litem iuratur.*

115 *Ratio reddenda est de gestis etiam finita tutela.*

116 *Nomina debitorum in redditione rationum more boni patrisfamilias restitui ac præstari debent.*

117 *Rationum redditio lege vel consuetudine tolli nequit.*

118 *Pater tutor & curator filij rationem reddere tenetur & ea facere ad quæ cæteri tutores obstringuntur.*

119 *Ratio reddi debet tam de omissis quam de gestis quæ gerenda non erant.*

120 *Amissio rei per tutorem allegata probari debet.*

121 *Interesse lucri & damni præstat rationes reddere obligatus.*

122 *Ratio etiam à testatore remissa reddi debet.*

123 *Nulliter gestorum ratio reddenda est.*

124 *Gerens per alium rationem reddere tenetur.*

125 *Capitulum bona Ecclesiæ administrãs Episcopo rationes reddere debet.*

126 *Adulto differente malo consilio rationum redditionem petere potest tutor penes iudicem instare eligi coram quibus eas reddat.*

Dominij quæstionem non obijcit rationem reddere obstrictus. eod. num.

126 *Calculum alienum non sufficit præsentari ab eo qui rationem reddere debet. vbi alia videas.*

127 *Singuli tutores diuisa gestione si omnes gesserint & soluendo sint pro virili rationem reddere possunt.*

128 *Falsum in libro rationum à testamentario scriptum non præsumitur.*

129 *Ratio reddenda non est nisi tutela finita lim. num seq.*

130 *Executores rationem reddere debent officio non dum finito.*

131 *Ratio quædam extraiudicialis à tutoribus tutela non dũ finita peti potest.*

132 *Curator cura durante conuenitur ex stipulatione rem pupilli saluam fore.*

133 *Tutela durante non generali, sed speciali puta iniuriarum, vel furti actione tutor conueniri potest.*

134 *Protutor ante finitam officium conuenitur pro rationum redditione.*

135 *Curator furiosi ante finem officij pro rationibus reddendis conueniri potest.*

136 *Hospitalarij quot annis rationem reddunt.*

137 *Ratio durante tutela ex pacto vel statuto reddi debet.*

139 *Semel reddita iterum reddenda non est errore vel dolo cessantibus amp. & lim. num. seq.*

140 *Error sæpius reuideri potest reddita ratione.*

141 *Error calculum ipso iure nullum reddit.*

142 *Error calculi in appellatione deduci potest.*

143 *Errore calculi maior etiam restituitur.*

144 *Error calculi probatur si calculatores non apponenda calculauerint, & ponenda in calculo omiserint.*

145 *Calculo error rationes iterum reddendas operatur amp. & lim. num. seq.*

146 *Error calculi deduci potest vt ibi.*

147 *Calculi error non attenditur nisi ciuilem non criminalem actionem aliquis velit intentare.*

148 Error calculi non attenditur si post calculationem partes ad pactum stipulationem, vel transactionem deuenerunt lim.num. seq.

149 Error calculi deduci potest transactione postea facta non obstante, nisi super calculo lis praecessit transactionē &c.

150 Error calculi deduci potest etiam si incontinenti pactum vel stipulatio interuenerit, vel transactio.

151 Transactio vel pactum inique nulliter & dolose extorta non impediunt calculi errorem reuideri amp.n.seq.

152 Confessio partis non attenditur si nulla & iniqua vel dolosa transactio appareat.

153 Transactio non attenditur si errorem habeat expressum.

154 Calculi error iterum non tractatur si super eo sententia lata sit.

155 Calculi error iuramento assertorio & confirmatorio excluditur.

156 Confessio geminata an calculi errorem excludat.

157 Calculatio facta per gratiam à parte errorem excludit. lim.num.seq.

158 Calculatio gratiosa ab aliquo administratore alienorum non fit.

159 Calculatio à iudice approbata non retractatur lim.n.seq.

160 Calculatio à iudice sine causae cognitione approbata reuidetur.

161 Sententia super calculo errore in ea expresso, vel per relationem ad acta ipso iure nulla est amp. & lim n.seq.

162 Sententia simpliciter lata nulla est si ex eisdem non ex alijs actis error appareat.

163 Sententia referens se ad acta enunciatiue tenet licet secus si per modum causae.

164 Calculatio à iudice approbata ex dolo vero non ex praesumpto infringetur.

165 Error in calculo temporis calculationi non refragatur.

166 Errore allegato si calculus confirmetur vlterius non deducetur lim.num.seq.

167 Appellatione interposita à sententia calculi approbatoria iudex appellationis eam reuocare potest.

168 Errore non probato calculo à partibus electi & à iudice approbati stari debet lim.n.seq.

169 Calculo standum non est à parte electi & à iudice confirmati qui non curauerit officium suum legitime & fideliter exercere.

170 Calculi reuisio cessat si ex interuallo pars remiserit, aut debitorem liberauerit lim.num.seq.

171 Calculi reuisio non tollitur ex remissione incontinenti, facta.

172 Dolo & fraude intercedente, vel quando penes tutorem aliquid remansit iuramento non obstante conueniri potest tutor.

173 Liberatus manet is qui redditis rationibus promissionē à parte obtinuit non contraueniendi verbis generalibus. lim.num seq.

174 Promissio non contraueniendi liberationi à rationibus redditis, non operatur dolo, fraude, vel errore, interuenientibus.

175 Socius qui gessit si rationes semel reddidit iterum non conuenitur. lim n.seq.

176 Confessio dolo & fraude extorta minorib. nō praeiudicat.

177 Laudo à partibus emologato rationes reuidendae nō sunt.

178 Calculo electi legitimè à partibus stari debet lim. n. seq.

179 Calculus electi à partibus errore aliaue legitima defensione interueniente à iudice reuideri debet.

180 Renunciatio errori calculi etiam tacita eius allegationē tollit maxime iuramento interueniente lim.num.seq.

181 Contrarium tenent ibi citati.

182 Calculi error allegari potest in casu num. 180. vt ibi.

183 Renunciatio si fuerit effectum sortita an error calculi, reuideatur.

184 Renunciatio errori calculi condictionem indebiti non tollit.

185 Error calculi per eum allegari non potest qui calculum factum fuisse negauit, nisi ex libro non testibus illum patefaceret, nec impedit executionem.

186 Calculatores quomodo eligantur.

187 Calculator partium consensu electus non iurat.

188 Calculo periti partium consensu electi standum est quia non potest nisi ex noua superuenienti causa suspectus allegari.

189 Calculatores condemnare non possunt, sed eorum iudicium dumtaxat interponere: citatio quibus casibus non requiratur, & de potestatis plenitudine.

Executio calculi laudi vel sententiae nullae fieri non potest.

190 Semel reddita ratio iterum reddi debet si dolus, errorue, interuenerit lim.num.seq.

191 Dolus verus requiritur nec praesumptus sufficit vt ratio semel reddita sit iterum reddenda.

192 Ratio expensis petentis reddi debet quando per eum non stetit qui illam reddere tenebatur quominus redderet. lim.num.seq.

193 Absentans se dolo non potest pro rationibus reddendis expensas praetendere.

194 Absentans si libros secum portauerit suis sumptibus ad locum gestionis redire debet cum libris.

195 Semel male reddita ratio, iterum reddenda est liberatione non obstante.

196 Rationem reddens non tenetur, codices ostendere ille cui libertas relicta fuit sub conditione rationum reddendarum si debitor non sit repertus.

197 Quictantias à pupillo habens tutus est tutor lim.n.seq.

198 Dolus, error, & residua penes tutorem existentia, liberatione tutori facta à pupillo non includuntur.

199 Consumptionem nobilium tutor quomodo probet.

200 Rationem non reddit tutor nihil habens.

201 Expensis pupilli ratio reddi debet si tutor sine dolo absit.

202 Liberatio tutori à testatore relicta operatur vt tutor de dolose gestis dumtaxat teneatur amp.& lim.n.seq.

203 Promissio reddendae rationis testamenti etiam facta mentione in quo liberatio relicta fuit erronea non nocet, nisi certa scientia testamenti probata.

204 Liberatio tutoris non operatur quoad eius haeredem nisi expressum fuerit.

205 Liberatio tutoris à ratione reddenda non tenet non acceptata tutela.

206 Liberatio praedicta non operatur ob dolum, & si res extent penes tutorem amp.& lim.n.seq.

207 Legatum tot bonorum si tutor ex dolo vel lata culpa cōdemnaretur factum à testatore tutori non valet.

208 Liberatio parentibus vel valde coniunctis relicta dolum includit.

209 Liberatio dolosa etiam tenet pro praeterita, non futura administratione.

210 Dolus remissus censetur si testator haeredem grauauit liberare tutorem.

211 Contrarium tenent ibi citati.

212 Inuentario & libro in redditione rationum quando opus non sit.

213 *Hæres tutoris pro rationibus conueniri non potest à tutore non redditis qui eas obtulerat, & pupillum in mora recipiendi constituerat.*

214 *Contrarium tenet Gutier. ibi citatus.*

215 *Executiue tutor conueniri pro certa summa per eum debitam si tutela finita & redditis rationibus nequit.*

216 *Pater legitimus administrator filio de aduentitijs quorũ pater habet vsumfructum rationem reddere non tenetur lim. num. seq.*

217 *Pater dolo versatus filio rationes reddere debet.*

218 *Pater eorum rationem reddit quorum non habet vsumfructum.*

219 *Pater filij emancipati tutor rationes reddere tenetur.*

220 *Pater ex culpa in gestione remoueri potest.*

221 *Rationes reddere non tenetur is quem gessisse non constat & quo nam pacto administrasse probetur.*

174 1. Sublim. non procedere quando rationes redditę fuere, dolo, fraude, inique, aut erroneè Docto. in cap. 1. de cleric. ægrotant. in 6. Montan. sup. n. 180.

175 13. Lim. non procedere in socio qui administrauit qui semel rationem reddit Doc. in d. cap. 1. Montan. supra n. 181.

176 1. Sublim. non procedere in confessione dolo & fraude ex torta, quæ minoribus vti enormissime læsis minime nocet Soc. cons. 190. lib. 2. 92. n. 10. & 20. lib. 4. Montan. supra. n. 183.

177 14. Lim. non procedere si constaret de laudo arbitrorum à partibus electorum per easdem emologato l. ne in arbitris l. cum antea. C. de recept. arb. Bal. in l. final. C. de conttahend. emptio. Caccialup. de transactio. Q. 3. ad finem Montan. d. cap. 38. n. 184.

178 15. Lim. non procedere quando calculatores de partium consensu legitimè fuissent electi Bar. & alij in l. si cui libertas. de condition. & demonstration. & in l. 2. C. de iur. fisc. lib. 10. Montan. supra n. 187.

179 1. Sublim. non procedere docto de errore, aliauè legitima defensione ostensa, tunc enim per iudicem retractari posset Bar. in d. l. 2. vbi Io. de Platea. n. 3. Mõta. sup. n. 188. vel si calculatores dolo, & fraude fuerint per tutores electi, vel daretur in integrum restitutio.

180 16. Lim. non procedere quando errori calculi præsertim cum iuramento fuisset renunciatum; vel ad eius allegationem tempus assignatum; primo enim casu non poterit error calculi allegari Fab. in auth. iubemus C. de iudic. Felin. in cap. 2. in fine versic. tertio. deprobatio. Mascard. concl. 252. n. 22. Seraphi. priuileg. iuram. 90. Meno. de arbitr. iudic. cas. 209. n. 38. Thesaur. dec. 260.

181 Contrarium tenet Ruin. conſ. 134. n. 10. lib. 1. & conſ. 71. n. 6. lib. 4. Pariſ. conſ. 89. n. 39. lib. 1. Rim. Iun. conſ. 338. n. 79. Felician. de ſocietat. cap. 38. n. 80. Rota. Aueniouen. dec. 124. n. 10.

182 1. Sublim. 16. lim. vt ſecunda limitatio primę ſublimitationis 4 limitationis ſublimitata fuit; & quãdo ex facti euidentia error incontinenti pateret Scai. dec. bono. 122. ad fin.

183 2. Sublim. quando executio effectum ſortita fuiſſet pro quo errori calculi renunciatum fuit Seraphi. dec. 1277. ſubdens tenere tranſactionem errore deducto. num. 5.

184 3. Sublim. nam condictione indebiti agi poteſt. Ruin. conſ. 71. n. 6. lib. 4. Barbat. conſ. 71. n. 30. & 31. lib. 3. renunciatione condictionis indebiti non obſtãte vt per eum Ceph. conſ. 562. n. 15.

185 17. Lim errorem calculi per eum allegari non poſſe qui calculum negauit factum fuiſſe, niſi ex ipſo libro, non autem teſtibus illum patefaceret, quoniam probatio euidentiæ excluſa minime cenſetur Caſtr. conſ. 10. n. 3. lib. 2. Iacobin. de Franch. in §. item ſi. nu. 20. ſi de inueſtitur. feud. contro. fuerit.

18. Lim. errorem calculi ſententiæ executionem non retardare Medic. dec. 4. Rotæ Marchiæ Ricci. collec. dec. 719. par. 3. dicam infra ſub n. 189.

16. Lim. lapſis 20. vel 30. annis non poſſe errorem calculi allegari glo. in l. calculi error. de admi. rer. ad ciuit. pertin. Bar. in l. inſtar. n. 7. C. de iur. fiſc. lib. 10. de communi. Munnoz. de ratioc. c. 41. n. 18. & ſeq. Rot. dec. 546. coram Buratto, vbi ex continuata ſocietate excludi, & in communem vtilitatem verſionem etiã coniecturis præſumi & ſi ſocij omnes geſſerint compenſare debeant.

20. Lim. nam vt de calculi errore dignoſci poſſit error ante omnia debet iudici patefieri Doc. communiter. in l. 1. C. de error. calcu. Dec. conſ. 46. n. 4. Crau. conſ. 198. n. 3. de communi Munnoz. d. c. 41. n. 28. & ſequ. vbi tamẽ ſubdit tunc probari ſi par cella onerata exoneranda fuiſſet vel è contra ex Pariſ. conſ. 89. n. 27. & ſeq. lib. 1. & Maſc. concl. 253. vbi alijs modis probari poſt Soc. conſ. 92. n. 12. lib. 4. & plenè & concludenter ab allegãte errorem calculi probari debere Rot. dec. 541. par. 2 recentis.

21. Lim. nam retentio datur quouſque verum debitum ſoluatur, quando in calculo fuiſſet erratum Surd. cõſ. 39. n. 24. Capic. dec. 41. n. 9. Rot. dec. 607. coram Caualer. Surd. dec. 45. n. 8. 46. n. 14. vide ſupra. tit. 19. nu. 243. Rot. Auen. dec. 27. n. 6. fructus tamen in debitum imputari. Surd. d. conſ. 39. n. 25. Rot. d. dec. 607. Surd. d. dec. 45. niſi ſententia condemnatoria lata ad ſecũdum decretum proceſſum fuiſſet, tunc enim pro parte vera ſuſtineri adiudicationem & fructus pro parte veri crediti deberi. Burſ. conſ. 73. n. 33. 34. vbi teſtatur ita Senat. Mantu. iudicaſſe.

22. Lim. nam vt ex errore, vel dolo ratio iterum reuideri debeat, ex claris, & perſpicuis probationibus error, & dolus eius qui rationem reddidit probari debet Rota. in Bononien. reddit. ratio. 17. Februarij. 1607. coram Penia, 56. n. 7. collectarum à Pico. ad ſtat. Vrbis.

186 Declara tamen prædicta de calculatoribus & à iudice eligi debeant, ac de conſenſu partium, eiſue citatis & libri eis præſentandi ſunt & calculus omnibus & ſingulis rationibus examinatis fieri debeat, in ferenda autem ſententia partes citare non tenentur. Papien. in forma. libel. pro ration. reddei. glo fin. nu. 6. Maran. de ordi. iud. par. 6. de citatiõ. n. 24. late Burſa. conſ. 105. Aſſiſ. dec. lucan. 26. n. 9. Rota Roman. dec. 515. n. 14. & ſeq. par. 1. recentior. & dicit Aog. in l. 1. §. Marcellus. n. 2. ſi cui plus quam pe leg. Fal. quod in electione calculatorum & peritorum pars citari debeat non autem quando Iudici relatonem exhibent, & Gab. conſ. 43. n. 1. lib. 1. Gratia. diſcept. 874. n. 33. & ſeq. vbi idem in æſtimatione; vide infra hoc n. verſ. relatio & verſ. citare.

187 Et vbi de partium conſenſu calculator electus fuit iurare non tenetur, quia non facit tunc relationem tamquam teſtis, ſed velut arbitritor qui non iurat auth. decernimus C. de arb. Natt. conſ. 40. n. 2. & 3. pars tamen citari debet Creſc. dec. 2. alias. 80. de arbi. Gratia. ſupra. vbi etiam quod in ipſa relatione citari debent ſi prius citatæ partes non fuiſſent Aldobr. cõſ. 59. n. 6. lib. 1. ſi à partibus electi ſint non teneri iurare ſecus ſi à Iudice Garz. de expenſ. c. 24. n. 18. Munnoz. de ratioci. c. 8. n. 12.

188 Et periti calculo partiũ conſenſu electo ſtandum eſt qui nõ poteſt noua cauſa nõ ſuperueniẽte ſuſpectus allegari. Rot. Rom. dec. 531. 540 & 586. par. 1. recent. Munnoz. ſupra. n. 15. Purp. conſ. 218. n. 12. & calculo ſtari debere etiam teſtibus probato quouſque error, probetur. Papien. in form. lib. qso agit vt pacta ſeru. glo. diſcuſſis. n. 5. Pariſ. conſ. 96. n. 27. & ſeq. lib. 1. Rota. dec. 209. n. 6. par. 2. recentis. Mona. dec. bono. 55.

189 Calculatores autem non poſſunt condemnare, ſed iudicium ſuum dumtaxat interponere l. inſtar. C. de iur. fiſc. lib. 10. Gutierez. de tutel. par. 2. n. 30. 31. c. 9. Gab. conſ. 43. n. 1. & ſeq. lib. 1. vbi vt arbitros eligi, quando eis iuriſdictio tribuitur abſoluendi vel condẽnandi l. ſi cui libertas. vbi Caſt. & alij de coud. & dem. alioquin arbitratores eſſe & diſcuſſores tantum quando ſcilicet illis huiuſmodi, iuriſdictio non tribuitur. Bal. in l. 2. n. 3. & 4. C. de vſur. & fruct. lega. vbi partes citati vt ſint cum diſcuſſore Caſt. in l. 1. §. Marcellus. n. 2. ſi cui plus quam per leg. Fal. nec poſſunt ea calculare de quibus non eſt lis Gab. d. conſ. 43. nu. 7. & 11. vbi calculum nullum probat prout ſi alter calculatorum moueetur n. ſeq. vel ſi omnia calculata non fuerint vel tertium elegerint aliter quam ſibi conceſſum fuiſſet iuramentum nihil operari probans. Munnoz. ſupr. n. 24. & ſeq. Cot. conſ. 43. n. 1. lib. 1. vbi ſi ſimpliciter ad calculandum electus ſit referre tantum debere; ſi autem vt reuideat, & partes ſtare promiſerint calculo arbitros cenſeri. Alex. conſ. 21. n. 11. lib. 7. ſi autem à iudice ad calculandũ ſit electus calculatio valet, & vſque ad ſententiam reuocari poteſt Natt. conſ. 489. n. 3. Meno. de arb. caſ. 209. num. 36. vbi debitum cum credito compenſare poſſe & ſententiam ferre vnum alteri condemnãdo niſi ſtilus aliud ſeruet ex Caſt. in l. ſi cui. 49. n. 3. de verb. oblig. in reuiſore Soc. conſ. 149. lib. 1. n. 9. Strac. de mercat. par. 2. n. 67. licet calculatio non habeat propriè vim ſententiæ Dec. in rubr. C. de error. calcu. n. 2.

Et per ſententiam iudicis relatio approbari debet, alioquin partibus non nocet niſi approbatoria ſententia in iudicatum tranſierit l. 2. C. de iur. fiſc. lib. 10. vbi Bar. & Io. de Plat. Gab. conſ. 43. n. 3. lib. 1. ſi autem

calculus

calculus euidenter fit iniquus sententia illius confirmatoria nulla est Gab. cons. 43. n. 49. lib. 1. & per tot. probans etiam exequi non posse Ond. cons. 79. n. 41. lib. 2. Munnoz. supra.

Executio autem obligationis publico instrumento cõtentæ calculi error impedit si instrumento error calculi reseruatus sit donec iterum calculatio fiat Fulg. cons. 142. ad fi. Thob cons. 63. n. 28. 29. Padilla. in l. error. n. 17. C. de iur. & facti ignor. Lanc. de attent. par. 2. c. 4. lim 28. n. 5. Munnoz. de ratiocin. administr. c. 38. n. 4. 5. Gratia. discep. 793. n. 2. alioquin errore calculi non retardatur executio quo ad liquida, licet si in eis etiam error allegetur impediatur, nisi super hoc etiã iterata facta esset calculatio & transactio Thob. supra. in fi. Ond. cons. 50. n. 17. lib. 1. impediri autem si pro 100. fint calculata 90. sed si circa substantiam erratum sit quia non calculanda sint calculata executio fiet de iure communi non Hispano Munnoz. de ratio. c. 38. & potest iudex ex officio sibi de errore in summis constito tanto minus addicere maxime ex clausula peto ius & iustitiam &c. vt ibi.

Reuidisse calculum iudex censetur quando à perito reuideri iussit Din. in cap. qui facit. 72. n. 5. de reg. iur. in 6. Gratia. discept. 938. n. 15.

Executioni mandari relationem calculatorum à iudice probatam vt in administratore loci pij appellatione non obstante §. Oeconomus, authen. de sanctis. epi. Maran. de ord. iud. par. 6. de appel. n. 187. Duen. reg. 42. lim. 21. Lanc de attenta. par. 2. c. 12. lim. 19. & idem in alijs à iudice electis vel si à partibus, relatione à iudice approbata Gutier. pract. QQ. lib. 1. Q. 37. Afflict. dec. 157. vbi exequi sententiam quæ condemnationem continet ad præstandum computum, & rationem reddendam de gestis, etiam sine partis citatione sed Crau. cons. 275. n. 13. ante calculationẽ exequi posse negat. Munnoz. de ratiocin. cap. 31. secus dicens factis calculis priuatim inter partes; quod si ex libro administratoris publicæ annonæ eo citato calculus fiat executioni locus erit vt per eum n. 18. & seq. et siquid in suos vsus conuerterit restituere debet cum incremento ex l. 2. §. quod de frumentaria de administr. rer. ad Ciuit. pertinen. Munnoz. supra. n. 26. sed hoc casu pœna non fuit imposita Paulo Orasi sed solũ frumẽti restitutio; sed Thomæ Iusti & alijs arbitraria ab Excellentissimo Senatu 1632. Februarij vel Martij me pro eis patrocinante. non enim peculatus sed residuorum crimen incurrere l. 4. ad l. Iul. penul. & Munnoz. supra. c. 33. exequi calculum electi ab altera partium cum electo à iudice in contumaciam alterius partis si à iudice confirmetur etiam si statutum daret executionem facto per electos à partibus, non tamen si ab vno calculatorum electorum, & à tertio factus sit, nisi à mandato de exequendo intra tempus legitimum appellatum non sit; vel nisi tertius partium cõsensu fuisset electus vsque ad n. 19. & executionem pro reliquatu fieri posse contra condemnatum reddere rationes Affl. dec. 157. n. 2. Munnoz. supra. n. 19. prout, & contra condemnatum ad interesse vel fructus illiquidos si postea liquidentur executione initio petita pro his quæ liquidabuntur & liquidatione postea facta n. 20. & seq. & Osasc. dec. 129. n. 10. & seq. & concedi etiam executionem pro certa summa instrumento guarentigiato contenta non obstante clausula, & plus vel minus prout liquidabitur nisi Reus probet, intra breue tempus tantum non debere Villal. communi opi. lit. E. n. 150. Surd. cons. 38. n. 25. Borgni. de tuto. n. 214. Rot. Gen. dec. 191. n. 6. Munnoz. d. c. 33. n. 28. Rot. Rom. dec. 220. coram Ludouis. Put. decis. 382. par. 3. Cartar. dec. 49. n. 8. Franc. dec. 292. in fi. Cacche. dec. 34. n. 29. Cabedo. dec. lusit. 62. par. 1. Guirba. dec. 60. n. 17. Rot. Auen. dec. 124. n. 11. 12. licet secus si pro summa liquidanda facto calculo contracta fuisset obligatio Rot. decis. 612. par. 1. recent. Ces. de Barz. dec. 90. n. 15. Rim. Iun. cons. 385. n. 35.

Calculatores inuiti non coguntur acceptare si tamen acceptarunt tenentur munus exequi, alias si fuerint in mora mortaliter peccant si damnum intulerint, & illud reficere tenentur; etsi de publico sint electi cogentur exequi. Moder. in consuet. Paris. tit. 1. glo. 3. n. 8. Garzi. de expens. c. 14. n. 25. 26. Io. Bap. de arb. Q. 77. post glo. in c. sicut. 11. Q. 1. Munnoz. de ratiocin. c. 8. n. 1. & seq. vbi subdit opus esse ab aliqua partium hoc postulari.

Recusari calculatores nequeunt à partibus electi Anch. cons. 158. n. 19. Maran. de ord. iud. par. 6. nu. 76. Munnoz. d. c. 8. n. 14. 15. nisi noua causa superueniat enumeratam per Maran. supra. n. 27. & sequ. nisi vnus ab vna, alius ab alia parte electus fuisset, vel à iudice, nam tunc etiam recusari possent siue vt arbitri vel tamquam arbitratores electi sint Garz. supra. nu. 27. Munnoz. supr. n. 20.

Tertius calculatoribus discordantibus à iudice eligetur l. si vnus. §. fin. de arb. Cag. in l. 2. n. 268. Pinel. 3. par. n. 4. C. de resc. vend Munnoz. de ratiocin. c. 32. n. 7. & seq. vbi tamen nisi acceptauerit cogi non posse, quod si acceptauerit iurare tenebitur, iurare debet votum suum daturum, & dolum, fraudem, & collusionem absfuturam & quidem partibus præsentibus Bar. in 6. Theopõpus. 11. de dot. præleg. Ias. in l. si quis arbitratu. n. 22. de verbo. oblig. Munnoz. d. c. 32. num. 23. post Spec. tit. de requisit. consil. versi. item fac. & vers. sed numquid & electum à partibus earum alteri adhærere teneri secus si à iudice d. n. 23. & seq. vbi etiã quod iudex non teneatur stare calculo si iniustum constet, nec partes iuramento non obstante si initio non etiã post laudum ita conuenissent ex l. si conuenerit de re iudi. & l. si libertus. de oper. libert. Rot. dec. 149. part. 2. recentis tertium peritis discordantibus eligi debere & Bal. in l. 2. n. 25. C. de resc. vend. eo electo vlterius non procedi ait & Rim. Iun. cons. 212. n. 21. 335. n. 7. & Scain. rot. bono. dec. 94. n. 14.

Reprobatio aliquarum partitarum operatur vt iudex cœteras confirmasse censeatur l. alumnæ §. qui filias. de adim. leg. l. Tribunus. §. fin. de milit. testam. Rot. Gen. dec. 18. n. 7. Munnoz. d. c. 32. n. 18.

Relatio licet fieri debeat citata parte pro certo loco, & tempore ad vidẽdum fieri calculum, nisi calculator electus sit de consensu partium & libri sibi traditi sint; & quando calculator iurat, si de consensu partium à iudice sit electus, non requiritur præsentia nec citatio partis & potest relatio peritorum fieri die fœriata in honorem Dei Ias. cons. 200. n. 3. lib. 2. Meno. cons. 22. nu. 26. sed à partibus electum non iurare Natt. cons. 40. n. 3. vbi etiam ab alio factam relationem subscribi sat esse. Rot. decis. 26. n. 7. par. 2. recentis. in declaratione præcij ab arbitro facta non requiri, si indiscussione facta sit.

Fit

Fit Executio pro liquidis calculatis, iudex cogit ad soluendum, pro non liquidis vbi non fit recta calculatio quia libri rationum non edantur, in litem iuratur Bal. conf. 152. n. 1. lib. 3. Dec. conf. 110. n. 8. & 9. Phanuc. de in lit. iur. 2. part. membr. 2. n. 34. & executioni mādari calculum iudicis authoritate factum. Neuiz. conf. 94. ad fin. & relationem calculatorum à Iudice approbatam exequi appellatione non obstante Maran. de ord. iud. par. 6. tit. de appel. n. 187. Duen. reg. 42. lim. 21. Lanc. de attenta. par. 2. cap. 12. lim. 19. Gutier. prac. QQ. lib. 1. Q. 37. vbi quando electi à partibus fuere & relatio à iudice approbata, vel à iudice electi fuere Affl. dec. 157. n. 2. vbi etiam sine citatione laudum etiam nullum emologatum exequi Zuccar. dec. Luc. 53. & probare & exequi Rot. Gen. dec. 141. n. 1. Cor. conf. 43. n. 1. lib. 1. Paris. conf. 69. n. 32. lib. 1. maxime si à perito prolatus fit iudicis iussu de communi Burs. conf. 105. n. 9. & Mauson. de caus. execu. amp. 11. n. 6. & seq.

1. Lim. non retardari executionem liquidi per illiquida, ita demum si finita iam societate & gestione liquidatio facta calculatione processerit, alioquin secus Thob. conf. 63. n. 26. & seq.

2. Lim. quando error calculi allegaretur calculatione iterum facienda probandus, hoc enim casu executionem liquidi retardari probat Thob. supra n. 28. Rot. dec. 759. part. 1. recentis. quæ firmauit non dari executionem, & immissionem calculi erronei iniusti & nulli, & nullus dicitur si factus sit contra formam deputationis calculatoris, & sine cognitione causę quā abfuisse temporis breuitas ostendit; iniustus si non habuerit eorum rationem quorum habere debebat, & si partitas liquidas calculare debens eas omisit & illiquidas calculauit, & quando se retulit ad acta quę contrarium probarent.

3. Lim. nam ita demum calculus habet executionem paratam si calculum partes approbarint, hoc enim casu nec prætextu erroris calculi executio retardari poterit Masc. concl. 252. n. 9. Meno. de arb. cas. 209. n 37. Decia. conf. 27. n. 6. lib. 5. maxime ob iuramentum Meno. supra n 38. Manci. de iuram. eff. 39. Seraph. priuil. iuram. 90. Sed etiam confessionc non obstante retractari posse ob causam erroneam Masc. supra. n. 17. & seq. de communi Borel. conf. 18. de communi Ang. Aret. conf. 47. nu. 12. & seq. Trentacinq. var. resol. lib. 3. resol. 7. n. 3. etiam si confessio geminata sit n. 4. ex communi & etiam si de errore dictum non fuerit in prima instantia nisi in iudicatum transierit n. 5. de communi Mauson. supra. n. 10. & seq. intellige tamen si error apertissime probetur & dolo factum fuisse calculum nec præsumptus sufficeret Meno. supra n. 34. & 40. Trentacinq. supra. n. 14. Mauson. supra n. 15. etiam si à iudice calculator electus sit partibus discordantibus calculo stabitur donec contrarium probetur Trentacinq. supra n. 8. Mauson. supra. n. 16. non tamen admittetur ad probandum contrarium debitor qui calculum negauerit Castr. conf. 10. n. 3. lib. 1. Cur. Iun. in l. 1. n. 13. C. de erro. calculi Trencinq. supra n. 6. Mauson. supra. n. 17. si verò post calculationem sententia feratur quæ in rem iudicatam transierit exequetur n. 23. nec ob errorem reuocatur si super errore transegerint Jas. in l. 1. C. de erro. calculi ex communi n. 12. Cur. Iun. n. 27. Mauson. supra. n. 24. & si facto calculo conuenerit, quod si minorem quantitatem deberi inueniatur reducatur, adhuc exequetur Gram. decis. 85. n. 11. Cartar. dec. Genu. 83. n. 25. Mauson. supra. n. 25.

4. Lim. calculum non habere executionem paratam si à debitore subscriptus sit non facta scripturæ recognitione Boer. dec. 295. n. 14. Afin. de execut. §. 1. cap. 19. in fi. Mauson. supra n. 26. nisi calculus in iudicio productus esset quia tunc contra producentem probaret. Paris. conf. 47. n. 3. lib. 1. Genua. de script. priua. lib. 1. Q. 4. n. 153. Mauson. supra nu. 26. vbi ex Decia. conf. 109. n. 18. 19. lib. 2. ex communi probat calculum transmissum etiam alterius manuscriptum probare contra scribentem seu transmittentem Rim. Iun. conf. 52. n. 3. & seq. vbi si calculis factis tempus detur ad soluendum non incipiat currere tempus nisi omnibus saldatis calculis.

Citare partem non tenetur calculator à Iudice vel partibus electus l. 2. §. quod de frumentaria vbi glo. & Bar. de admi. rer. ad Ciuit. pert. Iaf. in l. si quis arbitratu n. 22. lim. 6. de verb. oblig. Ricci. conf. 143. n. 30. lib. 5. intelligens quando officialis obtulit librum Reipublicæ affirmans introitus exitusque continere, & sic nihil restabat nisi calculare Papien. in for. lib. quo agit vt pact. seru. glo. discussis. in prima addit. Cast. in l. 2. in fi. C. vbi quis de curial. Iaf. conf. 200. n. 3. lib. 2. Soc. in l. si quis arbitratu n. 31. lim. 8. nisi iudicare debeat de verb. oblig. Iaf. nu. 22. 6. lim. Maran. de ord iud. part. 6. memb. 1. de citat. n. 24. vbi alios casus quibus citatio non requiritur & Gab. de citat. concl. 1. nec citari debet secundarium interesse habens Rot. decis. 328. coram Caualer. nec quando Papa procedit de potestatis plenitudine, nec quando ius est certum. Rot. dec. 281. cri. per Farinac. vbi tunc de potestatis plenitudine procedere ait etiam si non expresserit, si dixit non posse impugnari ex eo quod interessati vocati non sint & citationem non requiri si agatur contra detinentes bona Ecclesiæ, & contra contemptores libertatis & iurisdictionis Ecclesiasticæ, sed non posset Comes potestatis vti plenitudine legitimans. Viu. dec. 339 num. 3. & ex præsentia partis suppletur omnis defectus citationis Rot. dec. 406. n. 1. par. 5. diuerso.

Contrarium tenet Bal. in l. hac edictali. §. his illud. n. 4. C. de secun. nupt. vbi iurare debere à mercatoribus electos partibus præsentibus, Strac. de mercat. part. 2. n. 67. vide supra hoc n. vers. relatio & vers. declara.

1. Lim. primam opinionem non procedere nisi factum adeò sit notorium quod nulla defensio competere possit Abb. in cap. ex insinuatione nu. 6. Franc. in fi. de appel. Iaf. supra n. 23.

2. Lim. vt tertio non obsit ista calculatio. Surd. dec. 256. vbi etiam subdit n. 15. quod licet sufficiat eum citare cuius principaliter interest quoad validitatem actus, non tamen vt ei cuius accessoriè interest nocere possit; nec successori sententiam obesse latam contra authorem vbi successor ius acquisiuisset ante latam sententiam n. 17 & n. 18. præparatoria iudicij non obesse tertio, licet operentur vt contra alium agi possit.

Calculator agrimensor & periti electi tenentur de dolo, & lata culpa Abb. in cap. quia iudicante n. 10. & per tot. de præscript.

Inuen-

Inuentario calculator stare tenetur. Papie. in form. lib. red. rat. tut. glo. debitum rationem. n. 7.

Calculatori non creditur sine iuramento, licet cum iuramento credatur præsertim si sententiam tulerit authore Senatu. Alex. cons. 64. n. 4. lib. 6. Burs. cons. 428. n. 7. Strac. de mercat. par. 2. n. 67. & relationem cum iuramento facere teneri. Ias. cons. 200. n. 3. lib. 2.

1. Lim. non procedere quando de partium consensu electus esset, tunc enim non vt testis, sed velut arbitrator censetur, nec iurare tenetur Natt. cons. 40. nu. 3. vide supra. n. 187.

Calculus auctoritate magistratus factus probat Rota, Gen. dec. 141. n. 1. & contra scribentem probat decis. 77. n. 23. 16. & scientiam denotat in partitis contentorum dec. 132. n. 1. si tamen non sit scriptus vel subscriptus ab eo contra quem producitur non probat contra illum decis. 176. num. 18. 19. Bursat. cons. 428. n. 6. præsertim si iudicialis sit. d. n. 7. non tamen tertio non citato nocet Surd. dec. 256.

Calculus differt à computo, nam in calculo præsupponũtur veræ rationes dati & accepti, sed in computo de rationibus aliquando dubitatur. Rot. Rom. dec. 672. n. 4. par. 3. lib. 3. diuers.

Calculatio non habet effectum nisi ab eo facta sit, ad cuius officium pertinet Bar. in l. 2. n. 12. C. de iur. fisc. Rui. cons. 71. n. 12. lib. 4. Bar. tamen d. n. 12. distinguit quod si lis erat inter partes & à iudice calculator positus sit, calculatio plenè probet & valeat, posse tamen officio iudicis vsque ad sententiam retractari prætextu erroris; sed si computatio à partibus facta sit; tunc aut solam calculationem factam verba demonstrant, & tunc respectu erroris quandocumque reuocari potest; quod si pactum vel transactionem, generalem, vel specialem contineret, tunc præiudicium inferret.

Calculatores rationum à iudice eliguntur duo boni viri eorum quibus tutor inuentarium exhibet ac librum data & accepta continentem, quibus omnibus diligenter visis, si tutorem debitorem pupilli inueniet, eumdem calculo facto in id pupillo condemnabit, quod eis iudex mandare potest licet secundum regulas iuris iudex sit calculator & condemnator. Papie. supra. n. 6. & omnes libros edi debere & iudicem ad soluendum relata cogere. Bal. cons. 152. lib. 3. ex statuto Lucano c. 56. lib. 2. iudex coram quo petitur rationum redditio, tres bonos viros eligere debet partibus non suspectos qui rationes videant, approbent, vel reprobent, & iuxta relationem ab eis vel duobus eorum factam pronunciare tam circa reliquatum, quam circa dolum, & culpam tutoris Lepid. dec. luc. 1. Soc. cons. 92. n. 13. & seq. lib. 4. & parte citata calculatores à iudice eligi debere, ac consensu partium & fieri debet calculus omnibus & singulis rationibus, examinatis Rot. dec. 515. n. 14. & seq. par. 2. recentio. Papien. in form. lib. pro. rat. red. glo. fin. n. 6. qui tamẽ in ferenda sententia non tenentur citare partes Maran. par. 6. de citat. n. 24. Burs. cons. 105. Assis. dec. luc. 26. n. 9. & calculo periti de consensu partium stari debet qui non potest noua causa non superueniente allegari suspectus Rot. dec. 531. 540. 586. par. 1. recẽtio.

Calculus a mercatore in fine folij positus puta per resto posto auanti operatur compensationem dati & accepti illius folij. Meno. cons. 296. n. 50. 51. secus si folium scriptum fuisset loco memorię, quia hoc casu nec promissio nec nouatio facta censeretur Soc. cons. 267. ad fin. lib. 2. Rot. Gen. dec. 1. n. 19. 20. Meno. supra. n. 48. in fine.

Credito autem ex actis apparente licet non fuerit factus calculus à computistis, sufficit iudicem ex eis quantitatem crediti colligere potuisse Rot. dec. 463. nu. 4. par. 1. recentis.

Relatio periti cum iuramento fieri debet Marza. cons. 41. n. 11. ex Bar. in l. si quis arbitratu 43. sub n. 7. vbi de arbitratore. de verb. oblig. vide supra. vers. relatio. hoc num.

Peritorũ relationi ad calculandas rationes electorũ stari debet glo. in l. item si vnus §. principaliter. verbo. authoritate de recep. arb. Abb. in cap. proposuisti. n. 10. Felin. n. 6. de probat. Paris. cons. 95. n. 32. lib. 1. Rot. dec. 484. coram Caualer. & si à partibus electus peritus sit dec. 488. duobus tamen peritis electis, vnius relatio non suffragatur Rota. dec. 400. n. 4. par. 1. recentis. & nulla redditur etiam relatio parte non citata, & si partes in examine negocij non interuenerint ex Cresc. dec. 2. n. 2. de arbitr. 428. nu. 8. par. 1. recentis. vbi stari debere quousque ostendatur error & decis. 533. de consensu partium electo stari debere donec, probetur error nec recusari posse, nisi noua causa superueniat & dec. 289. par. 2. recentis. tertij electi relationi standum, nisi error plene ab allegante probetur. Scain. rot. bono. decis. 77. vbi in iudicatum non transire nisi à partibus electi sint, vel nisi de valore rei deponunt. Rim. Iun. cons. 75. n. 30. & si subiecta materia ex artis peritia certitudinem admittat, iuramẽtum de veritate non de simplici credulitate præstari, debeat ex Pinel. in l. 2. par. 3. c. 4. n. 5. & seq C. de resc. vend. & Couar. var. lib. 2. c. 13. Rot. dec. 526. par. 2. recentis. stari debet à partibus electis & à iudice deputatis & deputare vnum possunt ad nudum ministeriũ vt per eum Pereg. dec. 152. n. 14. vbi tamen partem lęsam à relatione peritorum & huiusmodi petere posse alios eligi reuisores & ab his iudicis officio alios, eligi.

190 2. Sublim. quartam limitationem principalem nõ procedere si dolus interuenisset vt per citatos in ea. Rim. Iun. cons. 338. n. 65. Rot. Rom. dec. 536. coram Ludouis. Soc. cons. 92. n. 12. lib. 4. Rol. cons. 49. n. 66. lib. 1. Ias. cons. 219. n. 2. lib. 2.

191 1. Lim. non procedere nisi in vero dolo non autẽ in præsumpto Meno. de arb. iud. cas. 209. n. 40. Rot. Rom. dec. 184. in fine. par. 2. recentior. Add. ad Rot. Rom. d. dec. 536. & dolus debet clare probari Rota. dec. 101. crim. per Farin. & 334. sed si enormissima lęsio interuenisset secus probat Viui. dec. 400. n. 40. & sequent.

192 3. Sublim. nam si tutor abfuerit, nec per eum steterit quominus rationem redderet ac liberaretur, tũc ratio e spensis perceptis reddi debet Ancharan. Q. 61. n. 4. lib. 2. Borg. de tutor. n. 203. vide supra. n. 82.

193 1. Lim. non procedere quando se absentans in dolo versaretur Borgni. de tutor. n. 203. vero non etiam præsumpto Meno. de arbitrar. iud. cas. 209. num. 39. Montan. supra. n. 118. & seq.

194 2. Lim. non procedere quando libros secum portasset tutor Ancharan. supra. n. 3. Soc. cons. 149. n. 4. lib. 1. rationem probat in loco administratæ tutelæ,

reddi

reddi debere, nisi tutor in loco domicilij conueniatur, tunc enim periculo & expẽsis agentis ad rationũ redditionem portari deberent.

195 4. Sublim. nam si semel male reddita sit, non obstante liberatione iterum reddi debet. Soc. cons. 159. n. 11. 12. lib. 2. Menoch. cons. 1218. n. 36. & seq. Cepo. caut. 221. n. 17. 18. qui tenet quod si minor læsus non sit liberatio teneat, & idem si sciens læsionem liberauerit tutorem cum clausulis amplis & iuramento, secus si minor noluerit liberare si sciuisset se læsum, & inquit cauendum ab appositione dicti iuramenti quia periculosum pro conscientia vide supra. n. 138. Rot. Rom. d. dec. 536. coram Ludouis. vbi semel redditam iterum non esse reddendam, nisi de errore constet; nec etiam constito de errore, si res iudicata vel transactio interuenerit nisi dolus probetur & quidem verus vt per Add. ibi & constito de errore Thob. cons. 63. n. 17. licet secus sit si plenè reddita esset n. 18.

5. Sublim. non procedere quando illegitimè reddita fuisset, tunc enim reddita non censeretur. Manti. dec. 258. n. 4. vbi iterum hoc casu reddi debere. Soc. cons. 92. n. 8. lib. 4. vbi quando non fuisset reddita plenè & n. seq. loquens de statuto Lucano. Soc. cons. 159. n. 13. lib. 2. Rot. dec. 225. coram Caualer. vbi idem si cum solemnitatibus, decreto iudicis & iuramento tutor, liberatus sit, quando integre & solemniter reddita non fuit, nec enim sola tutoris assertio, ac pupilli cõfessio sufficit, sed partitæ librorum iustificari debent, & iudex causæ cognitionem adhibere debet Thob. cons. 63. n. 13. requirens rationum volumina in medium prolata & edita ad examinandas rationes, & vt sciatur an data & accepta propriè relata sint & reliqua restitui.

6. Sublim. nam liberatus à redditione rationis reliqua restituere tenetur vt supra tit. 19. n. 212. dum tamen actor probet quæ sint reliqua restituenda. Rot. decis. 334. cri. per Farin. ex magis communi.

7. Sublim. calculo & saldo non stari si ex alia causa, agatur Ias. in l. emptor. §. Lucius. n. 8 de pact.

8. Sublim. quoad eos qui non interuenere in calculo seu saldo quibus non prodest præsertim contra illum qui licet in calculo interuenerit calculatores suspectos, habet Ceph. cons. 374. n. 19.

196 5. Lim. principaliter nam si gestor, debitor in pecunia non inueniatur, codices ostendere, ac dominũ instruere non tenetur antequam liber sit, ille cui libertas relicta fuit sub conditione rationum reddendarum, quia codices exhiberi debent pro reliquorum restitutione si ergo reliqua nulla sunt codices non sũt exhibendi Bal. in l. cum testamento. 4. n. 4. C. de testa. manumis. Cassan. in consuetud. Burgun. tit. des enfans. rubr. 6. §. 6. n. 8. col. 880.

197 6. Lim. nam tutor tutus est si quictantias habeat à pupillo Cassan. supra. n. 23. & 24. col. 882. Sed à creditore pupilli molestari potest vt rationem iterum reddat l. cum tutor. 18. de tut. & rat. distra. Cancer. var. resol. par. 1. c. 7. n. 133.

198 1. Sublim. non procedere quando tutoris dolus probaretur, aut error, vel apud ipsum aliquid extare probaretur Borgni. de tutor. n. 203. Rol. cons. 49. n. 57. & 58. lib. 1. Caccheran. dec. 58. n. 32. & seq. geminatione minime obstante n. 37. Grat. discep. 563. n. 36.

199 7. Lim. non teneri tutorem probare consumptionem mobilium inuentario descriptorum sed tanto tempore iam elapso cõsumi potuisse probare sufficit Bar. in l. quoad præsens. C. de muneleg. lib. 11. Affl. dec. 13. n. 27. Cassan. supr. n. 19. Peregrin. de fideicom. art. 10. n. 40. & dictam probationem ex verisimili sufficere, probat Gutierez. de tutel. par. 3. cap. 1. n. 94. Borg. de tuto. n. 60. Cancer. var. resol. tom. 1. c. 7. n. 84. Rot. decis. 310. n. 11. par. 5. diuerso.

200 8. Lim. non procedere quando tutor nihil haberet Soc. cons. 282. n. 7. lib. 2. vbi in dolo non dici si non reddat quod debet si non fecit quominus reddere posset. Bero. cons. 28. n. 24. & 27. lib. 2. & quando nulla ratio recepti & expensi subesset excusari tutores, & curatores à ratione reddenda Bar. in l. tutor qui repertorium. n. 16. de admi. tut. Spino. de testam. glo. 29. num. 65.

201 9. Lim. nam si tutor absit sine dolo expensis pupilli ratio reddenda erit Borgn. de tutor. nu. 203. Anch. Q. 61. n. 4. lib. 2. Surd. dec. 184. in fine.

202 10. Lim. nam si testator tutorem liberasset, vel hæredi iussisset vt eum liberaret ab omni eo quod restituere teneretur tempore redditionis rationis, non tenebitur tutor nisi de gestis dolose. Durant. de tutor. caut. 2. Borg. de tutor. n. 115. Bero. cons. 37. nu. 3. 10. lib. 2. vbi idem si tutori legasset omne id in quo condemnaretur de communi Cras. in §. legatum. Q. 40. Gutierez. de tutel. par. 2. cap. 9. n. 7. Rot. dec. 331. par. 1. recentis. vbi de dolo vero tantum teneri, non de præsumpto qui in omittendo consistit, *facta plenissima* liberatione à redditione rationum cum legato eius in quo condemnaretur tutor.

203 1. Amp. vt promissio reddendæ rationis testamenti etiam facta mentione non subsistat, velut erronea, nisi certa testamenti scientia probaretur. Crau. cons. 424. n. 7. post Alex. cons. 164. n. 3. lib. 5.

204 1. Sublim. nam talis tutoris liberatio non operatur quoad eius hæredem nisi fuerit expressum Duran. supr. n. 4. & supra dixi n. . . .

205 2. Sublim. non procedere quando tutor non acceptasset tutelam Plot. de in lit. iuran. §. 9. n. 3.

206 3. Sublim. non censeri à restitutione reliquorum obligatum quæ possideret, nec à dolo, vel lata culpa Alex. cons. 62. n. 8. lib. 4. de communi Dec. cons. 178. n. 2. & 3. 192. n. 4. Crau. cons. 193. n. 9. Boer. dec. 124. n. 8. de communi Gutier. de tutel. par. 1. n. 52. & seq. quamuis non teneatur de consumptis, aut perditis culpa vel negligentia leui & leuissima; nec scrupulosa probatio & specificatio exigatur Gutier. d. num. 7. Cras. supra ex communi omnium Monta. de tutel. c. 32. reg. 8. n. 19. Plot. de in lit. iurand. §. 9. n. 1. Durant. de tuto. caut. 2. Gutierez. de iuram. confirmato. contract. par. 1. cap. 40. n. 18. & seq. est tex. in l. Aurelius. §. Menia. de lib. lega.

207 1. Amp. vt non valeat legatum tot bonorum testatoris si tutor ex dolo, vel culpa condemnetur, quia ad delinquendum inuitaret de communi Crot. in l. nemo potest. n. 56. de legat. primo. licet ipse dissentiat, & communem etiam testatur. Anch. Q. 22. n. 10. lib. 3. Torniol. cons. 39. n. 7. per l. fenus vetitus. vbi Bar. & alij de leg. primo. Durant. d. caut. 2. Rosel. cons. 145. n. 8. inter cons. vltima. volunt. quamuis leuis & leuissima remitti possit. n. 12. Laderch. cons. 160. n. 6. Alcia. reg. 1. præsump. 6. Rol. de for. cap. in testament. rubr.

20. Ang.

20. Ang. de testa. glo. 96. in fine. vbi etiam liberationem in contractu præteriti doli remissionem operari, non futuri. Gomez. delegat. n. 83. ex communi probat dolum & reliqua remissa non censeri, præteritum autem non futurum remitti posse.

208 1. Lim. in liberatione parentibus & valde coniunctis relicta Crot. in d. l. nemo potest n. 55. Diaz. reg. 768. Rom. sing. 111. Meno. de arb. cas. 209. n. 27. Cancer. var. reso. tom. 3. c. 15. n. 312. est tex. in l. Aurelius, §. Titius. delib. leg.

209 2. Lim. non procedere quando testator expræsse dolum remisit pro præterita administratione Bar. in l. Aurelius. §. Caio. n. 6 delib. lega. Crot. & Diaz. supr.

210 3. Lim. non procedere quando testator grauasset hæredem liberare tutorem, tunc enim dolus remissus censeretur. Bar. in d. §. Caius. n. 7.

211 Contrarium tenet Crot. supra nisi in contractu liberatio facta esset Durant. supra. dixi n. . . . .

4. Lim. quando reliqua fuissent liberatione comprehensa Cancer. supr.

212 11. Lim. nam inuentario ac libro rationum opus non est nisi in administratione plurium rerum, vel vnius quæ redditus, & impensas habeat, secus si vtroque careat Garz. de expens. cap. 20. n. 22. Gutier. de tutel. par. 3. c. 1. n. 64 65. vbi subdunt non requiri quando pupilli, eiusue negocia cuius gerebantur, non fieri interreat, vtilius vel expeditius erat.

213 12. Lim. nam si tutor rationes obtulerit & minorem in mora eas recipiendi constituerit, liberetur Ita vt eius hæres de cœtero nequeat conueniri Cephal. consl. 8. Surd. de aliment. tit. 1. Q. 47. n. 10. Meno. cõs. 988. n. 7. Masc. concl. 1257. n. 13. Felici. de societa. c. 37. & seq. Gratia. discept. 760. n. 14.

214 Contrarium tenet Gutierez. d. cap. 1. n. 126. inclinare videtur Surd. dec. 184. in fine licet nil firmarit.

215 13. Lim. executiue non posse conueniri vti certæ quantitatis debitorem ex tutelæ administratione, cũ tempus rationum reddendarũ debeat expectari Alex. cõs. 191. n. 3. lib. 7. vide infra tit. 42. Purp. cõs. 339. n. 3. Rot. dec. 130. par. 2. recentis. Mona. dec. Flo. 64. vbi tamen conueniri posse pro debito particulari vigore instrumenti maxime vniuersali rationis reddendæ nõ instituto iudicio. Sed quod tutor non repetat quod expendit ante redditam rationem, ita nec pupillus adultus non petat sua bona l. 1. §. si. de contr. & vtil. act. tut. l. fi. C. de contr. iud. tut. etiam inuentario scripta Sau. consl. 61. Gallia. consl. 48. n. 13. Cancer. var. resol. par. 1. c. 7. n. 124. & seq. vbi idem de curatore intelligens si per pupillum staret quominus tutor rationem reddat.

216 14. Lim. non procedere in patre legitimo filij administratore qui rationes reddere filio non tenetur de aduentitijs quorum pater habet vsumfructum l. cum oportet. §. non autem vbi Doc. C. de bon. quæ libe. Alex. consl. 110. n. 18. lib. 3. Dec. consl. 55. n. 1. ex glo. in l. Orphanotrophos. C. de episcop. & clerie. Tiraq. in præfatio. l. si vnquam. n. 29. C. de reuocand. donatio. Minsinger. centur. 2. obseruation. 93. Intrigl. de feud. cent. 1. Q. 45. n. 151. Montan. de tutel. cap. 38. n. 109.

217 1. Sublim. non procedere quando dolo gessisset. Soc consl. 34. n. 15. lib. 1. Bero. Q. 15. Crau. consl. 218. Montan. supra. n. 112.

218 2. Sublim. non procedere quoad ea quorum non habet vsumfructum Soc. consl. 2. lib. 1. Bero. supr. Crau. supr. Boer. dec. 61. Montan. supr. n. 113. Fanue. de in lit. iur. par. 2. membr. 2. n. 40. & seq. vbi tamen iurari non posse in litem contra patrem, licet contra matrẽ possit.

219 3. Sublim. non procedere in patre tutore filij emãcipati. Boer. supra. Montan. supr. n. 114.

220 4. Sublim. nam ex culpa in gestione pater remoueri potest de communi Pinel. in l. 1. par. 2. n. 33. C. de bonis. matern. & Montan. supra. n. 116.

221 15. Lim. non procedere non probata administratione, quæ probatur ex reuisione computorum, constitutione procuratorum, literis, & huiusmodi Serapbi. dec. 1408. n. 2.

222 16. Lim. nam consanguinei quamuis rationem, reddere teneantur, non tamen adeò strictè vt alij reddere tenentur, etenim sat est expræssisse quantum singulis annis verisimiliter pro familia alenda expẽdissent, agrorum cultura, territorij custodia, nec ad minutam speci ficationem sunt adigendi Abb. consl. 12. in 6. dub. versic. tertius casus. lib. 1. Soc. consl. 73. lib. 1. & consl. 40. n. 2. lib. 4. Montan. de tutel. cap. 32. reg. 8. n. 14.

223 1. Sublim. non procedere quando aliqua sinistra, vel præsumptio in contrarium militaret ex rei, personæ, vel alia qualitate; vel quando ad onus strictæ redditionis rationum administratio suscepta fuisset. Montan. supra. n. 15.

224 2. Sublim. procedere quando puta frater iure fraternitatis administrasset non autem si vti tutor, vel curator, hoc enim secundo casu præsertim si minorũ bona administrasset quorum tutelam & curam consanguineus suscipere teneretur, rationem strictã reddere teneretur. Soc. consl. 46. lib. 1. Montan. supra. num. 16.

225 17. Lim. non procedere quando certum opus, vel impensam à tutore factam fuisse constaret, quam ratiocinarius non potuerit commode scribere minutatim, tunc enim tantum impensum dicere sufficit quod verisimile foret inspectione vel peritorum æstimatione Bal. in l. qui sub conditione de condition. & dem. Montan. supr. n. 17. & probare sat esset, quod bonus paterfamilias tantum impendisset. Bar. in l. id quod pauperibus in fine. C. de episcop. & clerie. Montan. supra. n. 18.

226 18. Lim. nam tutoris hæredes non præstant nisi dolum & latam culpam, & si quid ad eos peruenerit ex administratione defuncti. l. 1. & fin. C. de hæred. tutor. Crau. consl 812. n. 3. Papie. in form. lib. ad red. rat. tut. glo. debitam. n. 5. vbi hæredes tutoris non teneri de dolo lata & leui ac leuissima tutoris, nisi lite contestata cum tutore, vel nisi ex culpa ista hæres, lucratus sit, vel nisi tutor gratiam fecerit ex l. 1. C. de hæred. tut. licet hæres ex dolo proprio teneatur l. 2. in fi. l. alio iure C. de in lit. iur.

227 19. Lim. nam liberatus à rationum redditione non tenetur scrupulosam reddere rationem, sed ea quæ ad eius manus peruenerunt restituere Ror. Rom. decis. 762. n. 8. par. 2. recentior. de communi Cras. in §. legatum. Q. 40. n. 6. & seq. Munnoz. de ratioc. c. 5. n. 18. & seq. & c. 40. n. 13.

228 20. Lim. non posse hanc rationum redditionẽ peti à donatarijs etiã vniuersalib. Crau. cõs. 812. n. 1. & 2.

229 21. Lim. non deferri iuramentum in litem fideicommissario contra hæredem grauatum, quia inuentarium non fecerit, si illud confici nõ curauerit Alex. in l. in ratione. §. quod vulgo. n. 14. ad leg. Falcid. etita iudicatum testatur Pereg. de fideicom. artic. 35. n. 27. & iudes posset animum suum informare considerata personarum qualitate circa mobilia ex coniecturis & verisimilibus quæ tamen longissimo tempore consumpta præsumi n. 28. Gratia. discept. 215. n. 26. Fusar. de fideic. cap. 667. n. 17. licet contrarium teneant citati à Gratia. supra. n. 29. & Pereg. cons. 16. n. 42. lib. 6. Sed contra hæredes grauati non deferri cons. 51. n. 10. lib. 1. & de fideic. art. 35. n. 27. & Fusar. supr. n. 18.

230 22. Lim. alijs modis vt in corpore conclusionis & quando sine libro ratio redderetur per administratorem; quando inuentarium & librum ex simplicitate omisisset vel ob rusticitatem, vel si à redditione rationum liberatus esset, his casibus non dabitur in litem iuramentum Meno. de arb. cas. 208. n. 21. & seq. Assis. concl. 18. amp. 13.

231 23. Lim. vt libro rationum tutoris in minimis stãdum sit Io. de Plat. in §. fin. in fin. Instit. de Attil. tuto. Bar. in l. 1. §. officio. ad finem de tutel. & rat. distrah. vbi exemplificat in emptione carnium & huiusmodi. Affl. in constit minoribus, n. 23. versic. tamen in rebus Intrigl. de feud. cent. 1. Q. 45. n. 152. iuncto iuramento & causa, vel morte scribentis cum adminiculis. Munnoz. de ratiocin. cap. 10. n. 58. & seq. idem in magnis dicens si operis euidentia concurrat sed non probare nisi probata sit eius persona, & vnitatem negocij contineat Burs. cons. 105. n. 27. Carpa. c. 316. n. 11. vbi tamen contra tutorem, probare. n. 16. & si aliquibus verificatis aliquæ mendaces appareant partitarum, & tunc non teneri minorem librum acceptare, contra se. Rot. Rom. dec. 743. par. 4. diuerso. licet alias in totum acceptatus censeatur ex partis acceptatione Munnoz. de ratioci. c. 13. n. 10. vide supra tit. 19. nu. 3864. & fratri etiam in magnis credi Rui. cons. 29. n. 13. lib. 5. tutoris tamen liber contra tertium non probat nisi legitimè confectus sit & de minimis agatur, etsi fides administratoris suspecta sit nec etiam in paruis probaret contra tertium, contra pupillum in paruis probat l. cum quæreretur. de admi. tuto. Borg. de tut. n. 212. Burs. cons. 105. n. 27. si partitæ sint connexę & fides administratoris probata sit; & Assis. dec. luc. 42. n. 39. & 40. vide Masc. conclus. 976. 977. 978. & Purp. cons. 31. n 5. probat in considerandis paruis summis non fieri earum coarceuationem, sed quamlibet ex se considerari ex Feli. in c. 2. n 24. in fi. de fid instr. Viui. dec. 132. n. 8. & seq. libro stari si in aliquo partitæ verę probentur & in totum acceptari debere Crauet. de antiq temp. par. 1. lim. 4. n. 24. & seq. vbi quando liber tutoris, & alterius administratoris probet etiam in magnis.

232 24. Lim. quando sociorum vterque pariformiter gessisset, tunc enim nisi alter plus altero gesserit non tenentur inuicem rationem reddere, censetur namque inter eos facta compensatio, quamuis secus foret si alter plus altero gessisset Cast. cons. 126. lib 2. Alex. cons. 47. n. 11. lib. 1. Rim. Iun. cons. 280. n. 15. Felicia. de societat. cap. 37. n. 14. Masc. concl. 1256. n. 6. & seq. Gratian. discep. 760. n. 8. & 9. vbi præsertim reddi debere socio alteri qui à se gestorũ rationem reddere offert, quod si ab eo negaretur ei obstaret exceptio non facti implementi pro sui parte. Rimin. Sen. cons. 309. n. 54. & seq. Rim. Iun. cons. 280. n. 15. 16. etiam inter fratres nisi cum temporis longinquitate calculata ratio & consanguinitas concurrerent Bero. cons. 191. n. 41. lib. 1. Affl. decis. 13. n. 2. Soc. Iun. cons. 128. num. 129. lib. 1. Meno. de arbitrar. iud. cons. 88. n. 17.

233 25. Lim nam sat est in redditione rationum tutori bona indicare penes quem sint quando ea in inuentario posuit tamquam reperta in hæreditate *dominij* vel quasi iure, non possessionis; nisi casu fortuito talia bona fuerint occupata, hoc enim casu indicatio occupatoris sufficeret probata occupatione Bar. cons. 239. lib. 1. Rota. in Roman. de Magdalen. 25. Iunij. 1610. coram Rpd. Coccino. Gratia. discep. 767. num. 58. & seq. Rota. in Bonon. redditionis ration. 17. Februarij. 1606. coram Penia. 56. n. 8. collectarum à Pico ad statut. Vrbis.

234 26. Lim. nam si per clericum & laicum ratio reddenda sit coram ecclesiastico vterque est conueniendus veluti magis digno Soc in c. prudentiam. nu. 30. fall. 8. de mutuis petit. Feli. in cap. 1. n. 6. de præscrip. Ferrat. caut. 10. & hoc procedit etiam in materia diuidua Fari. Q. 8. n. 151. vbi contrarium tenentes citat Seraphi. dec. 957. fortius in redditione rationis quæ est indiuidua Bal. in l. plures. nu. 7. C. de cond. *insert.* Rol. cons. 81. n 36. lib. 1. Menoc. de arb. cas. 209. nu. 31. 371. n. 10. Gratia. discep. 641. vbi post Farin. supr. idem probat respectu hæredum tutoris si qui clerici, cum laicis extent vide supra sub n. 126.

237 27. Lim. non esse attendendam æstimationem bonorum quam testator in suo testamento fecit, vel se habere dixit in tutoris prẹiudicium l. 1. C. arbitr. tute. vbi Bal. sed veritati, ac iustis probationibus in rationum redditione standum est, vt ibi.

238 28. Lim. nam sufficit per procuratorem reddi auth. de collato. §. fi. coll. 9. Munnoz. de ratioc. c. 4. n. 22.

239 29. Lim. vt si pecunia mercatori ad negociandum tradita sit ad partem lucri non possit nisi anno elapso sors peti, licet computa lucri anno etiam nondum, lapso reuideri possint vt in omnibus administratoribus sine tempore ab homine vel à lege præfixo ex Bar. in l. non solum. §. liberationis verba nu. 7. delib. leg. Soc. cons. 213. col. 3. concl. 1. lib. 2. & Strac. de cõtrac. mercato. tradit Munnoz. de ratiocin. c. 6. n. 83. & seq. secus dicens in sequestris, æconomis & huiusmodi à quibus quandocumque etiam ex officio ratio peti potest Bal. in l. fi. de bon. autho. iud. possid. Abb. in c. 1. n. 1. de pos. Curt. de sequestr. Q. 26. n. 81. & interpellatio in mora constituit si tempus initio constitutum non sit Rot. Gen. dec. 164. n. 17. de communi Munnoz. sup. n. 86. dies autem si sit apposita n. 87. & idem probat in executoribus vltimarum voluntatum.

240 30. Lim. singularem successorem non affici onere rationis reddendæ Bero. cons. 28. num. 29. 30. lib. 2.

Nec matris tutricis hæres rationis redditionem petet, cum aditione confusæ sint l. debitori C. de pact. Rim. Iun. cons. 486. num. 1. & sequent. vide tit. 19. num. 4349.

241 31. Lim. non esse rationem reddendam non petenti secundum magis communem, nisi lex vel alia dispositio

vsque ab initio determinet, reddi debere certo tempore glo.in clem. quia contingit. §. vt autem. vel. §. illi etiam verbo. annis singulis. de relig. domi. Rol. cons. 49. nu. 16. lib. 1. ex communi Alba. cons. 451. n. 9. ex magis communi vbi Add. & cons. 452. n. 2.

242 32. Lim. non esse reddendam rationem per eum quem gessisse non probaretur Rot. decis. 98. nu. 4. coram Caualer. & decis. 622. part. 1. recentis. capserium fundaci vt rationem reddere teneatur requiri ex necessitate officij exercuisse capsam non sponte & 690. & quando finita tutela non gessit licet si qua gesserit de connexis & dolo & lata culpa teneatur Cor. cons. 255. num. 1. lib. 1. subdens in dubio non praesumi gessisse.

243 33. Lim. non reddi rationem nisi ei qui administratorem deputauit, siue qui habet interesse glo. fi. in l. creditor. §. duobus. manda. Rot. d. dec. 98. n. 6.

244 34. Lim. & declara ac si administrator plures libros confecerit non solum magistralis debeat attendi sed & alij laboratorum, verisimiliter connexi & memoriales secundum mercatorum consuetudinem etiã si liber modo ab vno, modo ab alio scribatur & in hoc plurimum pollet iudicis arbitrium Cor. cons. 319. n. 12. & sequent. lib. 3. Crau. de antiq. temp. part. 1. vers. 4. lim. n. 59. Meno. de arb. cas. 92. Rot. dec. 646. par. 1. recentis vbi etiam quod si in libro scripta sit minor summa vere debita maiorem deberi potest creditor probare.

245 35. Lim. vt si tutor semel rationem reddidit vel reddere obtulit à loco gestionis discedat non possit à pupillo iterum peti nisi suis expensis. Anch. Q. 61. lib. 2. Surd. de alim. tit. 1. Q. 47. n. 9.

TIT. XXXV. DE LIBERATIONE TVTORIS REDDITA RATIONE.

SVMMARIVM.

1 *Liberari tutor debet reddita ratione & reliquis restitutis ab administratione.*
2 *Liberato tutore qui solus gessit alij etiam liberati censentur amp. & lim. nu. seq.*
3 *Liberato eo qui non gessit, alij etiam liberati censentur.*
4 *Liberato tutorum vno, alij non censentur liberati si tutoribus ordinis cessionisque beneficium non competat.*
5 *Liberato vno caeteri non liberãtur qui dictis beneficijs renunciassent.*
6 *Conueniri non potest qui non gessit nisi quatenus quictans non recepit à liberato.*
7 *Acceptilatio tutorum alteri facta caeteros liberat.*
8 *Correorum altero liberato alij liberati censentur si alioquin liberatio proficua non esset.*
9 *Transactio cum tutorum altero facta caeteris prodest lim. num. seq.*
10 *Liberatio vni facta non liberat alios qui gessere prout nec transactio.*
11 *Transactio vni facta non parit actionem sed exceptionem alijs.*
12 *Transactio vni facta qui mandato aliorum gessit non prodest alijs.*
13 *Transactio cum vno facta non liberat alios si omnes dolose gessere lim. num. seq.*
14 *Doloso competit beneficium diuisionis lim. num. seq.*
15 *Doloso non competit diuisionis beneficium si caeteri tutores soluendo non sint.*
16 *Quictatio ad vnum restricta non prodest alijs lim. num. seq.*
17 *Quictatio vni facta omnibus prodest si generaliter facta sit puta ab omni & toto & &c.*
18 *Acceptilatio super transactione ad id restringitur super quo transactum fuit lim. num. seq.*
19 *Acceptilatio super transactione cum eo facta qui poterat insolidum conueniri omnibus prodest.*
20 *Transactio gratuita non liberat omnes.*
21 *Transactio & liberatio ad vnum restricta non liberat omnes.*
22 *Quictatio à redditione rationum errore, fraude, vel dolo, interueniente non tenet amp. & lim. num. seq.*
23 *Transactio super calculo qui iniustus appareat non valet.*
24 *Restitutio non datur tutori aduersus pristinas actiones pupillo aduersus transactionem restituto.*
25 *Error allegari non potest pacto exclusus.*
26 *Quictatio à redditione rationum non extenditur ad bona penes tutorem remansa.*
27 *Accepto ferri non potest nisi nouetur obligatio.*
28 *Quictatio non operatur alijs casibus vt ibi.*
29 *Quictatio non operatur ratione illegitimè reddita lim. nu. sequent.*
30 *Quictatio à maiore facta maxime cum iuramento errore & dolo cessante, vel si aliquid non mãserit penes tutorem valida est.*
31 *Calculo standum est libris e calculatori praesentatis & facta relatione.*
32 *Calculus ob errorem non reuocatur sententia super eo lata quae in iudicatum transierit.*
33 *Compensationem illiquidi etiam tutor contra minorem obijcit amp. num. seq.*
34 *Liquidare non potens tutor creditum aut eius haeres deponere, aliquid sufficit & pro residuo fideiussorem praestare quatenus vltra teneri constiterit lim. nu. seq.*
35 *Inuentario & libro à tutore non factis nõ impeditur executio liquidi contra ipsum quacumque exceptione amp. num. seq.*
36 *Exceptio non reddita rationis tutori ex alia causa liquidũ creditum petenti opponi non potest à minore.*
37 *Restituitur in integrum minor aduersus liberationem tutori vel curatori factam amp. & lim. num. seq.*
38 *Restituitur minor aduersus pignora & fideiussores sibi à tutore data.*
39 *Restituitur minor etiam si tutorem liberauerit, quia facto calculo rationem sibi bene redditam putauerit.*
40 *Restitutio tutori et curatori non datur ad pristinum statum.*
41 *Restituitur minor licet vnum liberasset, & contra alios tutores haberet regressum.*
42 *Restitutio in integrum ex statuto cessat, nisi maximo damno minor afficeretur.*
43 *Restitutio minoris cessat qui cum iuramento & media transactione liberasset, & postea ratificasset lim. num. seq.*
44 *Restituetur minor in casu num. 43. si grauissimo damno affectus sit.*
45 *Restitutio minori non datur in casibus quibus debitore à minore liberato restitutio cessat.*

Yyyy 46 Re-

46 *Restitutio in integrum cessat post quadriennium lim. vt ibi.num.47.*

48 *Restituitur minor & hæres & de nullitate dicunt si ratio nulliter reddita sit.*

49 *Liberatio tutoris à redditione rationum quando nulla sit.*

50 *Legatum liberationis conditionale non operatur conditione non purificata.*

51 *Quictationibus vel solutionibus duabus diuersitatū summarum, vel eiusdem an vna vel plures & diuersæ solutiones præsumantur.*

52 *Quictationibus duabus eiusdem summæ factis an repetitioni locus sit.*

TIT. XXXV. CAP. I. DE LIBERATIONE TVTORIS REDDITA RATIONE.

1 LIberari tutor debet ab administratione post reuisam rationem, calculatam & reliqua restituta, quia solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio. Instit. quib. mod. tol. oblig. in princ. vbi glo. & Doc. & si liberatio legata esset exceptio daretur, & actio vt acceptilatione liberetur, ac iudicis officium quo pronūcietur non debere. Surd. cons. 170. n. 19. in fine Bal. in cap. si autem. nu. 3. de rescrip. vbi modum tradit eam querelam consequendi.

2 1. Amp. vt si ille qui solus gesserit fuerit liberatus, alij etiam qui non gessere liberati censeantur, quia liberanti obstat cedendarum exceptio, siue per contractum vel legatum liberatio emanauerit l. si pupillus. vbi glo. de administrat. tuto. & ibi Bar. glo. in l. 1. C. de transact. Cin. nu. 7. quia tunc qui non gessit conuentus excipiendo dicet conuenias eum qui gessit, & si pupillus respondeat non possum quia cum illo transegit, replicabit tutor, tibi imputes si eum liberasti Bar. nu. 5. Bal. nu. 3. qui enim non gessit eo qui gessit non excusso, non potest conueniri nisi eo qui gessit excusso, sed is qui gessit excuti non potest, cum nec possit condemnari ex quo transactione, vel pacto liberatus fuit, ergo minor excussionis exceptione repelletur, licet secus dicat si tutores exceptioni prædictæ renunciassent Salic. nu. 5. & 6. Castr. nu. 3. Alex. nu. 6. Iacob. nu. 26. & d. glos. ab omnibus approbari tradit Cur. Sen. nu. 10. & Cur. Iun. nu. 14. Dec. nu. 5. de communi omnium Surd. cons. 170. nu. 15. Gratian. discep. 86. nu. 35.

3 1. Subamp. etiam si liberatio ei qui non gessisset facta fuisset, licet enim ordinis seu excussionis beneficium cessaret; non tamen cessionis, quo circa si minor cedere non possit quia transigendo eum liberauit contra quem cessio fieri debebat ab agendo repelletur l. mulier. qui potior. in pigno. babeant. Aret. in d. l. 1. col. 1. versic. sed si contra & in fine d. col. 1. versic. sed numquid. Surd. d. n. 15.

4 1. Lim. primam ampliationem non procedere quando tales sunt tutores quibus non competit ordinis & cessionis beneficium Aret. supra. col. 1. in princip. & col. 2. vers. secundo Fallit. Surd. d. n. 15.

5 2. Lim. non procedere quando tutelam suspicientes dictis beneficijs renunciassent, tunc enim ei qui gessit facta liberatio non proderit his qui non gesserunt Aret. supra. Surd. supra.

6 1. Sublim. vt qui non gessit non possit conueniri nisi quatenus quictans non recepit, à liberato Bar. & Cast. in d. l. 1. nu. 3. Surd. d. nu. 15. versic. hoc tamen.

7 2. Amp. vt liberatio alteri tutorum per acceptilationem facta cœteris prosit quoniam vim solutionis habet l. si ex pluribus. de acceptilat. & quando liberatus insolidū tenebatur Cin. in d. l. 1. in fine quicquid sit in pacto vbi Castr. num. 6. Alex. num. 8. Iacob. nu. 6. Dec. num. 9. Cur. Sen. num. 6. præsertim si gratuitò facta sit non ex causa onerosa. de communi omnium Surd. cons. 170. nu. 20. vide infra lim. 6. 4. ampliationis sequentis

8 3. Amp. vt vni correorum debendi facta liberatio cœteris prosit quando alioquin liberatio non esset proficua l. liberationem §. nunc de effectu. de liberat. leg. vbi glo. magna tradit quod vbicumque correus posset contra correum habere regressum, semper liberatio vni relicta cœteris prodest pro ea parte pro qua regressum habere posset tametsi socius non sit Bar. num. 1. versic. tu confitearis & num. 6. id quod in pacto etiam procedit, quoniam ad alium extenditur, qui regressum habere posset aduersus eum qui pacto liberatus fuit Bar. in l. ex duobus. num. 22. in versic. hoc præmisso; & versic. declaro primo & num. 23. versic. & ideo quia non potest de duob. reis. idem tradens siue socij sint, siue non. Aret. col. 12. versic. secundo adde Surdus. d. cons. 170. nu. 25. vbi etiam tutores correos censeri & insolidum teneri probat. de hac tamen ampliatione plenè dixi in tract. pactorum liberationum ac de non petendo.

9 4. Amp. vt cum vno transactio facta cœteris prosit quamuis ille quocum transactum fuit soluendo non esset Cin. in d. l. 1. num. 7. in fine Alex. num. 2. Iacobin. num. 15. 26. 20. Dec. num. 5. & 6. Cur. Iun. num. 14. C. de transaction. Surd. cons. 170. num. 34. de quo plenè dixi in tractatu transactionis.

10 1. Lim. 4. ampliationem non procedere quando vterque gessisset, tunc enim quia eorum vnusquisque tenetur diuisionis beneficio pro sua portione, vni facta liberatio cęteris quoad ipsorum portiones nil prodest glo. in d. l. 1. in primo casu Cin. num. 7. versic. secundo casu Bar. num. 7. Bal. num. 8. in fine Cast. num. 4. Salic. num. 5. Aret. col. 2. versic. circa tamen prædicta Alex. num. 7. in fine Ias. num. 7. & 8. Iacobin. num. 17. Curt. Sen. num. 10. Cur. Iun. num. 21. Surd. cons. 170. num. 26. idem dicens si nullus gessisset num. 27.

11 2. Lim. non procedere nisi respectu exceptionis quam alteri parat vni facta transactio; non autem respectu actionis quam alteri cum quo facta fuit transactio non producit transactio cum alio inita vt ex Bal. Castr. Aret. & alijs in d. l. 1. tradit Surd. cons. 170. num. 21. & 26. versic. nec aduersatur.

12 3. Lim. non procedere quando illi qui gesserunt aliorum mandato administrarunt, tunc enim quoniam cœteri gessisse videntur transactio cum eo qui gessit, illis minime prodest qui non gesserunt, vel omnes tenentur Bar. in d. l. 1. n. 4. Salic. n. 6. Castr. n. 3. versic. prædicta tamen Cur. Sen. nu. 10. vers. secundus casus Iacobin. nu. 25. versic. quod intelligatis.

Cur.

Cur. Iun. nu. 13. C. de transact. Surd. cons. 170. n. 28. post Cor. cons. 323. col. 3. versic. & hoc nisi tutor. lib. 1.

13 4. Lim. non procedere quando omnes dolosè gessere, & vnus conuenitur pro dolo communi hoc enim casu transactio cum altero facta cœteris non prodest Bar. in d. l. 1. n. 6. 7. Bal. n. 4. & seq. Salic. nu. 8. Castr. nu. 4. qui tamen intelligit quando soluendo non esset ille cum quo transactum fuisset & Ias. nu. 10. qui intelligit quando omnes soluendo non essent, vult enim eo casu transactionem prodesse pro illius parte sed non pro partibus aliorum & Cur. Iun. num. 17. quia prædicto casu beneficium cessionis, tutori minime competit, cum non detur his qui dolosè gesserunt Docto. in l. 1. §. si tractemus. de tutel. & ration distrahend. Bar. in l. 1. nu. 7. Bal. nu. 4. Salic. nu. 6. versic. reuertor. dicens neminem dubitare. Cast. nu. 3. versic. secundo est videndum & versic. sed quæ est ratio. Alex. n. 4. Ias. nu. 10. Iacobin. n. 27. & sequent. Cur. Iun. nu. 23. C. de transactio. Surd. cons. 170. n. 29.

14 1. Sublim. non procedere quoad beneficium diuisionis quod etiam doloso competit. Bar. in d. l. 1. nu. 6. Bal. nu. 6. Salic. nu. 6. versic. reuertor. ex communi. de qua testatur etiam Alex. nu. 4. de magis communi. Ias. nu. 1. versic. his præmissis. de communi etiam Iacobi. nu. 28. de magis communi Cur. Sen. nu. 11. de communi Aret. in §. sed si ex testamento. nu. 7. Instit. de satisdation. tutor Cor. d. cons. 323. col. 3. in fine versic. & ista duo beneficia.

15 1. Lim. d. primam sublimitationem non procedere quando cœteris tutores soluendo non essent Bar. in d. l. 1. nu. 7. Iacobin. nu. 29. Cur. Iun. nu. 21. Surd. cons. 170. n. 30.

16 5. Lim. non procedere quando ad partem illius cui liberatio relicta fuit, quictatio restricta fuit, tunc enim ad alios non extendetur Cuman. cons. 135.

17 1. Sublim. non procedere quando verbis generalibus facta esset puta ab omni & toto &c. Cuman. cons. 24. col. final. versic. tutius tamen Surd. cons. 170. nu. 30. nisi causa expræssa fuisset tunc ad eam restringeretur nisi talis restrictio salua ratione recti sermonis fieri non posset decis. 217. nu. 14. Munnoz. de ratiocin. cap. 40. nu. 24. ex communi de quo plenè dixi in tractatu de pactis liberatorijs. Masc. concl. 1258. n. 27.

18 6. Lim. non procedere quando acceptilatio super transactione facta fuisset, nam ad id restringetur de quo transactum fuisset Bar. in d. l. 1. vbi Castr. nu. 6. Alex. n. 8. Dec. n. 9 & cœteri omnes.

19 1. Sublim. non procedere, nisi transactio cum illo facta fuisset qui non poterat nisi pro parte teneri, vt quia tutelæ administratio fuisset à testatore vel Iudice diuisa (non etiam ab ipsis tutoribus) verum si is quocum transactum fuit pro toto teneri potuisset, vt quia esset in solidum obligatus, tametsi posset aliqua exceptione tueri, tunc etiam super transactione facta acceptilatio ad totum referetur, cœterisque tutoribus proderit Cin. & Auiner. in d. l. 1. in fine Fulg. Alex. nu. 8. Iacobin. nu. 7. Cur. Sen. nu. 6. C. de transact. Cuma. cons. 24. col. penul. in fine Cur. Iun. in d. l. 1. n. 35. Surd. cons. 170. n. 33.

20 7. Lim. non procedere in transactione gratuita Bal. in l. si vnus. §. illud nulla. Q. 3. de pact. Cacchera. decis. 58. nu. 35. dum respondet glo. in l. actione. C. de transac. validam dicente transactionem super dolo de quo lis erat quã etiam probat non procedere dolo in transactione interueniente; & quando ei qui liberatur aliquid adest, liberanti autem abest.

21 8. Lim. non procedere quando liberatio vel transactio quoad vnum restituta fuisset, tunc enim cœteris non prodesset l. non solum. §. tale de liberat. legat. Surd. cons. 170. n. 24.

22 1. Lim. non procedere, errore, vel dolo interueniente vel fraude l. quod ergo §. contrarium. de contra tab. Cacchera. decis. 58. nu. 35. & sequent. etiam si facta fuisset quictatio administrationis, vel redditæ confessio nomine pupillorum, aut à minoribus cum iuramento, ac propinquorum consensu Soc. cons. 159. & 219. lib. 2. constito scilicet errore, vel dolo Paris. cons. 89. nu. 23. & sequent. lib. 1. Ruin. cons. 135. nu. 7. lib. 1. Rol. cons. 49. nu. 49. lib. 1. Plot. de in litem iuran. §. 5. nu. 36. Borgni. de tutor. nu. 203. qui hoc præcipuè procedere inquit si tutor solemnia omiserit præsertim quoad incognita, nec excusari tutorem si librum lacerasse diceret vel factori dimisisse Rol. supra. nu. 31. & sequent. Plot. supra Borg. supra. n. 204. Dec. cons. 349. nu. 11. Alba. cons. 997. nu. 10. vbi etiam dolum coniecturis & enormissima lesione probari. error autem probatur constito rem aliter se habere. Ond. cons. 66. n. 69. & si scriptura inualida vt valida producta sit n. 70. lib. 1. vel instrumentum relatum aliter loquatur Rot. decis. 588. sub nu. 1. part. 2. recentis. vbi etiam statuto prohibente mulieri disponere de certa parte residuũ agnatis reseruans in residuuo eos non posse grauare Soc. cons. 116. lib. 1. vbi nec ad pias causas nisi mulieri relinquens aliud cauisset Cor. cons. 132. num. 2. lib. 1. & iuramento errorem probari ad excludendũ falsum Bertaz. cons. cri. 8. nu. 56.

23 1. Amp. transactione super calculo facta qui iniustus apparet Ruin. cons. 71. nu. 4. lib. 4. Ancha. Q. 56. n. 16. lib. 1. Paris. supra Odd. mox citandus.

24 2. Amp. vt tutor non restituatur aduersus pristinas actiones pupillo, aduersus eiusmodi transactionem, seu quictationem restituto l. cum minor. vbi glo. & Doc. de minor. quod mirabile inquit & contra l. 1. C. de reputat. ratio specialitatis est quoniam hoc in odiũ tutoris vel curatoris induci debet, ne assuescant ab eorum pupillis vel adultis liberationes extorquere; quod mirabile inquit Odd. de restitutio. in integr. Q. 85. nu. 10. & 11.

25 1. Sublim. si conuenisset non contrauenire ratione erroris Meno. cons. 22. n. 17.

26 2. Lim. talem quictationem non extendi ad bona penes tutorem existentia nec ad non descripta in inuentario Dec. cons. 110. nu. 7. Franc. Marc. decis. 608. lib. 2. Rol. cons. 49. nu. 54. & sequent. lib. 1. Borg. de tuto. nu. 203. Coua. varia. resol. lib. 2. cap. 14. & in cap. officij. nu. 8. de testam. vbi liberationem tutori relictam non operari quoad actionem realem.

27 3. Lim. non posse accepto ferri nisi nouetur obligatio Natta. cons. 162. n. 17.

28 4. Lim. alijs casibus vt supra. 4. ampliatio limitata fuit.

29 5. Lim. non procedere quando per tutorem vel curatorem ratio non fuisset legitime reddita, tunc enim liberatio à redditione rationum non valeret. l. non omni. C. de administratio tuto. l. pactum curatoris. C. de pact. Caechera. conf. 63. n. 32. & sequent. & decis. 58. n. 31. & sequent. & quando quietatio facta fuit nō seruata statuti solemnitate Rota. decis. 647. nu. 5. coram Caualer.

30 1. Sublim. nam confessio vel quietatio à maiore facta præsertim cum iuramento nisi dolus, error, aut reliqua non fuisse restituta probentur; effectum sortitur Ceph. conf. 192. Gutierez. de iurament. confirmato. contract. cap. 40. nu 20. & seq. & de tutel. part. 3. cap. 1. n. 121. & seq.

31 2. Sublim. vel potius secus esse dicas quando libri præsentati fuere calculatori vel arbitro electo qui relationem fecerit, ei etenim standum foret, ac exequi deberet Paris. conf. 96. n. 26. & seq. lib. 1. Meno. conf. 22. n. 28.

32 3. Sublim. vel potius secus esse dicas quando circa rationem administrationis esset prolata sententia, quæ in iudicatum transiuisset, nam vsque ad sententiam tantum error etiam calculi cognosci potest Cor. conf. 43. lib. 1. Borg. de tutor. nu. 205. Ceph. conf. 192. nu. 12.

33 4. Sublim. & declara nam tutor compensationem etiam illiquidi contra minorem opponere potest, si quid ei debeat, quod intra tempus executionis poterit liquidari, nisi tutor in inuentario bona cum iuramento restituere promisisset. Borg. supra n. 216. cessare autem compensationem vbi nomine proprio quis creditor est, debitor autem vt tutor Mastril. decis. 189. n. 10. & sequent. nisi creditor proprio nomine puta mater dotis causa fructus ex bonis filij percepisset dotis fructus excedentes, tunc enim compensatio fieret vt ibi & licet illiquidi cum liquido cesset compensatio & speciei cum quantitate, secus si citò liquidari possit & ad quantitatem species redigi Med. de compens. par. 1. Q. 10. & 13. & Medic. decis. 100. vbi etiam illiquidum culpa eius qui compensationem excludit admitti.

34 1. Amp. vt si tutor vel eius hæres rationem reddere minime possit, & suum creditum infra tempus executionis liquidare, tutori aut eius hæredi sufficiat aliquid deponere cum protestatione quod si in plus teneri constiterit præstita illico fideiussione d. residuum soluendi Ang. & alij. in l. 4. §. ait Prætor de re iud. Benint. decis. 77. n. 2. & per totam declarat quomodo procedat. Borgn. de tutor. nu. 217. versic. si autem tutor.

35 1. Lim. d. primam ampliationem non procedere quando tutor seu administrator inuentarium non fecisset, ac librum rationum, non posset retardare executionem rerum & creditorum minoris liquidatarū ex quauis causa debitarum, quia tunc non poterit tutor excipere de reddenda ratione administrationis fuisse conuentum, ac de rebus postmodum restituendis, nam vti bonorum vsurpator statim via executiua cogendus erit, ad omnium inuentario descriptorum, eorumuè æstimationem restituendam, nisi in vtilitatem minoris erogata in continenti ostenderet Borg. supra n. 218. qui ita iudicasse testatur.

36 1. Amp. è contra minorem non posse opponere tutori ex alia causa creditum petenti non fuisse redditam rationem nec ideo soluere teneri, quia debitorum ex causa diuersa, propria puta vel sociali non potest compensatio obijci Borg. supra. num. 219. & 220. qui testatur ita iudicatum. Magon. decis. Luca. prima.

37 6. Lim. nam minor restituitur in integrum aduersus liberationem tutori, & curatori factam l. cum minor. de minor. Mauric. de rest. in integr. cap. 134. quia minor restituitur aduersus quamlibet liberationem suis debitoribus factam l. patre §. penult. de minor. vbi Doc. Odd. de restit. In integ. Q. 85. art. 2. Gratian. discep. 761. nu. 27. & sequent. quam etiam hæredes minoris petere posse & de nullitate dicere probat & Rota. decis. 100. part. 2. diuers. Intrigl. sing. 98. nu. 132. lib. 3. Paris. conf. 89. nu. 28. lib. 1. Bero. conf. 39. n. 12. 13. lib. 1.

38 1. Amp. procedere etiam contra fideiussores vel pignora à tutore vel curatore data, quia ad illa quoque vt renouata intelligantur restituitur d. §. penult. & ibi Fulgos. Odd. supra. n. 8.

39 2. Amp. etiam si ex eo liberauerit, quia facto calculo putauerit à tutore vel curatore sibi fuisse satis factum & bene redditam rationem Paris. cons. 89. n. 28. & sequent. & per tot. lib. 1. Odd. supra. num. 9.

40 3. Amp. vt tutori & curatori non detur in integrum restitutio ad pristinum statum l. cum. minor. de minor. vbi glo. Bar. & alij Odd. supra. nu. 10. qui mirabile inquit.

41 4. Amp. etiam si vnum ex pluribus tutoribus liberauerit & contra alios habeat regressum Odd. supra nu. 12.

42 1. Sublim. non procedere, quando statutum contrarium disponeret nisi minor damnum grauissimum reciperet Bero. conf. 127. nu. 6. & 7. lib. 3. Odd. supra n. 13. & 14.

43 2. Sublim. non procedere, quando minor cum iuramento & media transactione liberasset, ac postea ratificasset Paris. conf. 96. lib. 1. Odd. supra. num. 15.

44 1. Lim. non procedere quando minor ex ista liberatione damno grauissimo fuisset affectus Bero. conf. 39. n. 12. 13. lib. 1. Odd. supra. n. 16.

45 3. Sublim. non procedere in casibus quibus debitore à minore liberato restitutio cessat Odd. d. n. 26. in fine & Q. 63.

46 4. Sublim. non restitui post quadriennium à die qua maior euadit l. fin. C. de tempo. in int. rest. pet. vbi glo. & Doc.

47 1. Lim. nam hoc quadriennium non incipit nisi à diæ scientiæ Bal. in l. falsam. nu. 3. C. si ex fals. instrum. est enim vtile ab initio vt per eum etiam si centum anni laberentur de communi. Durant. de art. test. tit. 11. caut. 1. n. 4. & Odd. de restit. in int. Q. 20. art. 4. & conf. 40. nu. 45. & Ond. conf. 80. nu. 84. lib. 2.

48 7. Lim. nam si nulliter fit reddita ratio minor vt iterum reddatur petere potest Rui. conf. 95. num. 7. in fin. lib. 5. Gratia. discep. 761. num. 1. & nedum minor, sed etiam eius hęredes nullitatem allegare possunt Rota. Roma. dec. 110. part. 2. diuers. Soc. conf. 79. n. 47. lib. 4. Affl. dec. 240. n. 8. Crau. conf. 200. n. 7. verum

rum & restitutionem in integrum petere Gomez. var. resol. tom. 2. cap. 14. n. 6.

49 8. Lim. vt si adultus cum iuramento authoritate curatoris, & decreto iudicis tutorem ab administratione facta liberauit, si de enormi læsione constet, ac statuti forma seruata non sit, tunc dolum præsumentis, liberatio ipso iure nulla fit, nec clausula ex certa sciētia quicquam operabitur Rui. conf. 135. n. 7. & 17. lib. 1. Gab. de claus. 1. n. 58. Alba. conf. 328. nu. 19. & seq. qui liberationem valere ait à minore cum iuramento factam, non obstante statuto eam iuratam annullante, nisi diceret contractum fraudulentum præsumi ex magis communi subdens statutum prohibens tutoris liberationem non extendi ad fideiussorem tutoris & 597. n. 10. ex læsione enormissima dolum conijci & liberationis nullitatem.

50 9. Lim. vt ligatum liberationis conditionale non operetur deficiente conditione Rot. decis. 73. n. 5. part. 1. recentis. l. pecuniam quam vbi Alex. n. 4. ff. cert. pet.

51 10. Lim. & declara vt si duæ quietationes vel scripturæ adsint diuersas summas continentes, diuerso tempore factæ inter easdem personas, diuersæ censeantur, secus inter personas diuersas & non ad fauorem personæ eiusdem sed tertij, etiam addita clausula computata omni alia summa quia inter eosdem operatur nō respectu tertij vel absentis Surd. conf. 80. per tot. Rot. dec. 746. part. 1. recentis. & 709. n. 1. & secus est etiā quando identitas probaretur vt d n. 1. vel si coniecturæ pro identitate summæ vel debiti concurrent vt causæ & personarum identitas, temporis vicinitas, & actuum, & verisimilitudo Seraph. dec. 1093.

52 Lim. vt liberatio facta respectu vnius pupilli non operetur quoad tutelam fratris cuius liberās extitit heres l. qui cum tutoribus. ff. de transact. Odd. in repet. §. duo fratres. n. 43.

53 Et Duabus liberationibus diuersis temporibus factis eiusdem summæ, bis præsumetur facta solutio, & vna per bis liberatum repeti poterit glo. in l. ne causa C. de discussio. lib. 12. Surd. conf. 80. n. 17. 18. non tamen creditor binam solutionem accepisse præsumetur de quo die vt per Masc. concl. 1250. alias. 1255. & Munnoz. de ratioc. cap. 40. n. 25. non præsumi nisi patri administratori vna, & filio administratori alia tradita fuisset & Rot. dec. 709. part. 1. recentis. vbi identitatem probari posse.

TIT. XXXVI. DE ACTIONE TVTELÆ DIRECTA ET VTILI.

SVMMARIVM.

1 *Actio directa pupillo contra tutorem datur pro ratione reddenda etiam pro malè gestis amp. & lim. num. seq.*
2 *Actio ista directa & pro tutelæ bonæfidei sunt.*
3 *Actio contra tutorem datur per se vel aliam gesserit.*
4 *Actio contra vnum non liberat alterum tutorem amp. & lim. num. seq.*
5 *Actio contra vnum qui fuit absolutus, non liberat alium vt ibi.*
6 *Transactio cum vno tutorum non prodest alijs.*
7 *Transactio cum vno qui totum soluit prodest alijs.*
8 *Liberato altero tutorum à minore authoritate curatoris alij etiam liberati censentur.*
9 *Procuratorem debitorem suum adulto constituente non dicitur illum tanquam debitorem approbasse, sed etiam contra curatorem agere potest.*
10 *Actio tutelæ directa hæredibus etiam pupilli cōpetit, lim. num. seq.*
11 *Actio directa hæredi pupilli non datur cum prælatione cæteris creditoribus.*
12 *Actio directa non datur hæredi minoris 25. annis sine curatoris authoritate.*
13 *Actio directa pupillo etiam contra hæredes tutoris datur amp. & lim. num. seq.*
14 *Vsuras pecuniæ in arca retentæ non restitutæ tutor præstat. lim. num. seq.*
15 *Actio tutelæ de ration. distrahen. contra hæredes tutoris & successores alios non datur.*
16 *Heres tutoris de leui culpa propria vel tutoris non tenetur lim. num. seq.*
17 *Heres tutoris ex leui culpa tutoris pluribus casibus vt ibi.*
18 *Heres tutoris non iure dati & qui se non ingessit dolum & culpam non præstat.*
19 *Heres vnus non tenetur ex persona sua si non exegit hæredem alterius qui tutelæ finitæ tempore soluendo fuisset.*
20 *Heres tutoris ex proprio facto hac actione non tenetur.*
21 *Heres tutoris dolo qui lite contestata decessit non tenetur ignorans vbi sint instrumenta nisi tutoris dolo forent amissa.*
22 *Heres tutoris nomine alterius contutoris tutela finita soluendo existentis non conuenitur, nisi tutorum alter tutela durante obijsset.*
23 *Heres tutoris non tenetur pro iure non dum errato.*
24 *Tutores insolidum conueniri possunt nisi à testatore vel à Iudice tutela diuisa esset.*
25 *Tutores omnes coram eodem iudice conueniri debent.*
26 *Actione ista id omne venit quod interest pupilli gestum vel non gestum fuisse.*
27 *Actio pro non gestis contra tutorem datur à die qua se datum sciuit, nec excusationem proposuit amp. & lim num. seq.*
28 *Tutor decreto tutor datus absens tenetur si se non excusauerit.*
29 *Interpellatio tutoris vt gerat non requiritur, sed quandocumque innotuisset sat est.*
30 *Curator qui cessauit curatores finita tutela conuenire tenetur amp. num. seq.*
31 *Curator instare debet pro cura sibi decernenda lim. num. sequent.*
32 *Directa non tenetur qui non gessit sed vtile.*
33 *Inutiliter datus si non gesserit conueniri nequit.*
34 *Tutor de non gestis tenetur ante inuentarium si dilationē patiebantur amp. num. seq.*
35 *Tutor quoad ea quæ dilationē patiuntur idest non admittunt dilationem testantis voluntatē seruare non tenetur.*
36 *Actio tutelæ directa perpetua est lim. num. seq.*
37 *Gestorum approbatione secuta quinquennij lapsus præsumi facit illud ex causa necessaria processisse dolo secluso.*
38 *Periculo tutoris pereunt quæ vsu consumuntur ab eo non distracta.*
39 *Agere contra tutorem pupillus potest ex quo eum suspectum non allegauit.*
40 *Conueniri tutor potest pro dolo amissis, non acquisitis, & pro eo in quo pupillo nouit.*

41 *Appellare omittens ab iniuſta ſententia, vel cauſam proſequi pupillo tenetur.*

42 *Pecunias pupillares in proprios vſus conuertens, vel aliquid auferens tenetur pupillo refundere.*

43 *Amiſſorum cauſa tenetur niſi dolo & culpa ceſſante id euenſſe probet amp num.ſeq.*

44 *Furto ablatorum cauſa tutor tenetur niſi probet dolum & culpam abfuiſſe.*

45 *Vendicans tutor rem pupilli à patre pupilli alienatam vt ſuam, & poſtea pupillum conueniri curans pro euictione, hac actione tenetur.*

46 *Officia ſi non expleuerit ante tutelam & curam, & in tutela & cura vt tenebatur hac actione tutor conueniri poterit.*

47 *Heriens vel dubitans ſe tutorem hac actione tenetur.*

48 *Mater quæ geſſit negocia pupilli hac actione tenetur.*

49 *Patronus qui liberti tutelam geſſit hac actione tenetur.*

50 *Actio directa tutelæ datur etiam ſi iniuſta fuerit pronunciata appellatio ab excuſatione, ac gerere tutor omiſerit.*

51 *Actio prædicta contra tutorem datur quoad ea etiam quę pupillo tutela durante acceſſere lim. num. ſeq.*

52 *Actio quoad alia contra tutorem non datur, quando certorum bonorum tutor datus fuit.*

53 *Actio prædicta contra tutorem datur ſiue damnum in rebus, corpore pupilli, vel moribus contigerit.*

54 *Actio prædicta competit etiam tutore à teſtatore liberato à rationum redditione.*

55 *Damno abſente tutore eueniente dummodo ei intra dies 30. notificetur, & alij 30. expectatur hac actione tutor obſtringitur.*

56 *Actio iſta contra tutorem competit etiam ſi in nihilum pupillo tutor fuerit author effectus.*

57 *Liberato tutorum altero niſi ſoluiſſet cæteri conueniri poſſunt.*

58 *Tutor cõueniri poteſt etiam ſi loco ſui alium ſubſtituiſſet.*

59 *Curatore condemnato quando contra tutorē pupillus agat.*

60 *Spolio tutores tenentur pro rebus pupilli retentis amp. nu. ſequent.*

61 *Spolio tenētur protutores curatores, actores, adiutores, et huiuſmodi niſi iuſtam habuerint cauſam retinendi; & minor etiam conuenitur ex ſpolio tutoris & Eccleſia ex ſpolio prælati. & ipſi alios conueniunt ex contractu iniuſto vel imperfecto ſpoliati.*

62 *Actio pupillo datur etiam ſi ei hæres ſucceſſerit cuius tutelam ſuus tutor etiam geſſerat.*

63 *Addito tutore ad augmentum vbi alter tutor erat, periculum commune erit.*

64 *Tutores inſolidum tenentur ſi nullus geſſerit, vel aliquid omiſerint niſi talia forent quæ cęptorum conſumationem ab eo deſiderarent qui cœpit, vel adeò geſtis annexa forent vt ſeparari minime poſſent amp. & lim. n. ſeq.*

65 *Diuidentes inter ſe tutelam ex eo ſe tueri nō poſſunt quod alter non geſſerit.*

66 *Gerens aliqua cum cæteris æqualiter tenetur etiam ſi pleraque non geſſerit.*

67 *Abſens Reipublicæ cauſa poſt aliquorum geſtionem pro eo tempore quo abfuerit non tenebitur.*

68 *Mandans geri tenetur ſiue mandatarius geſſerit ſiue non amp. & lim num. ſeq.*

69 *Actio tutelæ contra eum datur qui à contutore ſatis accepit rem pupilli ſaluam fore, eique tutelæ totam adminiſtrationem permiſit.*

70 *Actio contra tutorem datur pro delicto mandatarij lim. nu. ſeq.*

71 *Mandans tutor pro delicto mandatarij non tenetur qui rectè gerere ſolitus erat.*

72 *Actione tutelæ conuenitur is qui à cæteris tutoribus rationes accipere iuſſus recuſauit.*

73 *Notitiæ cauſa datus tutor conueniri poteſt vt alij tutores.*

74 *Filiusfamilias pro tutela male geſta tenetur amp. nu. ſeq.*

75 *Actio tutela contra patrem datur pro filio qui de patris voluntate tutelam geſſit & in ea dolum commiſit.*

76 *Vtilis actio contra dominum datur de peculio progeſtis à ſeruo.*

77 *Agi contra fideiuſſores tutorum iſta actione poteſt amp. & lim. num. ſeq.*

78 *Fideiuſſorum vnus inſolidum conueniri poteſt.*

79 *Fideiuſſor non tenetur quoad ea quæ tutor tutela finita voluntarie geſſit.*

80 *Fideiuſſor liberatur ſi tutor ſolidum ſoluerit.*

81 *Mater & aliæ mulieres non tenentur pro tutoribus datis filijs earum, ſi pro eis aliuſue fideiuſſerint niſi indemnitas fuerit cum decreto iudicis promiſſa pupillis.*

82 *Fideiuſſor non tenetur quoad ea quæ vltra ſuam partem & regionem geſſit.*

83 *Fideiuſſor conueniri non poteſt vbi nec tutor.*

84 *Fratres maiores qui geſſerunt conueniri poſſunt.*

85 *Nominator tutoris conueniri poteſt, ſi prius actum ſit cõtra tutorem contutorem & fideiuſſores amp. num. ſeq.*

86 *Nominator conueniri poteſt vt n. 85. ſiue per ſe, vel per alium tutorem nominauerit.*

87 *Magiſtratus in ſubſidium conueniri poteſt.*

88 *Affirmans tutorem & curatorē idoneum cõueniri poteſt.*

89 *Promittens indemnitatem tutori poſt ſuſpectam adminiſtrationem actione iſta conueniri poteſt amp. num. ſeq.*

90 *Tutor qui ceſſit adminiſtrationem à pupillo ſeu minore cõuentus contra eum agere poteſt qui adminiſtratione ſuſcepta indemnitatem tutori promiſit.*

91 *Pater tutor filiorum hac actione conuenitur ſecus ſi legitimus adminiſtrator foret & vſumfructum in bonis filiorum haberet.*

92 *Fiſcus actione tutelæ tenetur ſi bona pupillorum ad eum peruenere.*

93 *Tutores etiam diuerſi fori eorumque hæredes coram eodem iudice conueniri poſſunt.*

94 *Actione tutelæ venit quod tutor non percepit ſed percipere potuit.*

95 *Curator eodem modo, & eadem ac tutor actione conue- (niri poteſt.*

96 *Vſuræ legitimæ pupillares tutelæ actione cõtinentur amp. & lim. num ſeq.*

97 *Vſuras pupillares tutores & protutores ſoluere tenentur.*

98 *Vſuras quas tutor præſtat ſecundum facti contingentiam, eaſdem præſtat tutela finita.*

99 *Vſuras tutor præſtare tenetur quas recipit ab alijs, niſi alias teſtator conſtituerit.*

100 *Vſuræ pupillares poſt ſex menſes ab habitis pecunijs, quæue haberi potuere & currunt etiam tutela finita.*

101 *Vſuras tutoris hæres ſoluere tenetur ſi pecunias non reſtituerit.*

102 *Vſuras iſtas quatenus filius emancipatus tutoris ſoluat.*

103 *Vſuræ pupillares iure etiam canonico debentur lim. nu. ſequent.*

104 *Vſuræ inhoneſtæ non ſunt à tutore quærendæ, ipſe tamē ad vſuras tenetur etiam pro contutore.*

105 *Vſuras nolle ſoluere tutores & curatores poſſunt, ideoque pupillum conuenire, vt contra eos agant pro ratione reddenda lim. num. ſeq.*

106 *Mora*

106 *Mora committi non potest si debitum liquidum non sit lim.num. seq.*

107 *Liquida pars debiti offerri debet, et pro illiquido aliquid deponi fideiussore præstito de soluendo id plus quod deberi constiterit lim.num seq.*

108 *Deposito, & fideiussione opus non est nisi pro actione consequenda in illiquidis, secus si à pœna, & interesse excusatio prætendatur.*

109 *Fideiussor deponere non tenetur in illiquidis.*

110 *Vsuras centesimas non præstat tutor qui bona fide ex se vel à contutoribus pecunias pupillares accepit.*

111 *Vsuras quas permisit tutori testator & non alias tutor soluet amp.& lim n.seq.*

112 *Vsuras vnciarias præstat tutor qui suo nomine pupillares pecunias fœneratus fuit, si pupilli nomine quas fuerit fœnoris causa stipulatus lim num.seq.*

113 *Vsuras quas tutor percepit præstare non tenetur nisi nominum cæterorum pupillus suscipiat periculum.*

114 *Vsuras pecuniarum pupillarium quas præstet tutor qui cum illis negociatus fuit.*

115 *Pater tutoris pro vsuris istis peculio tenus dumtaxat, tenetur nisi tutelam agnouisset, tunc enim insolidum teneretur; non tamen pro agnitione scientia, vel patris consensus sufficit.*

116 *Condemnatio huius actionis minuitur eo quod seruus pupilli vel actoris percepit.*

117 *Vsuras minimas quæ percipi potuissent consequetur, tutore pupillares pecunias non collocante, ista actione pupillus ab eo lim. num. seq.*

118 *Vsuras maiores præstat tutor qui in proprios vsus pupillares pecunias conuertit.*

119 *Actio tutelæ perpetua est & annis 30. viget lim. num. sequent.*

120 *Actio pœnalis non est perpetua.*

121 *Actio in factum contra falsos tutores & hæredes annalis est.*

122 *Actio tutelę expirat ex statuto breuiori tempore.*

123 *Protutelę actio directa et cōtraria cōtra eū datur qui pro tutore gessit; negociorum gestorum qui gessit vbi gestor negociorum.*

124 *Furti & spolij tutor tenetur qui res pupilli subripuit. lim.num.seq.*

125 *Furti ac spolij non aget minor actione tutelæ electa.*

126 *Actio tutelæ de ration. distrahen pupillo eiusque hæredi competit contra tutorem ob furtum rei pupillaris, quæ non tollitur actione protutelæ nec è contra, nec furti actione lim. num. seq.*

127 *Actio tutelæ de ration. distrahen. non datur contra eū qui iure tutor datus non sit.*

128 *Actio tutelæ de ration. distrahen. contra hæredem tutoris non datur.*

129 *Actio tutelæ de ration. distrahen. non datur nisi tutela finita.*

130 *Actio ex stipulatu rem pupilli saluam fore, vbi & tutelæ, datur, si res salua non sit, vel penes tutorem reperiatur, & non restituatur amp. & lim.num.seq.*

131 *Actio ex stipulatu prædicta datur contra protutorem eiusque fideiussorem.*

132 *Actione prædicta res cum fructibus continetur ac vsuris.*

133 *Fideiussores rem pupilli saluam fore insolidum tenentur nec beneficium diuisionis habent.*

134 *Actio ex stipulatu non nisi tutela competit finita.*

135 *Actiones tutori pupillus cedere tenetur ex stipulatu agens.*

136 *Actione ex stipulatu non tenetur tutor inutiliter datus nisi à Iudice fuerit confirmatus.*

137 *Magistratus qui tutorem dedit in subsidium cōuenitur.*

138 *Actio tutelæ datur in casibus quibus ibi.*

Executio criminalis impeditur petita redditione rationum. administrationis.

139 *Actio tutelę minime contra tutorem datur tutela vigente amp.& lim.num.seq.*

140 *Contutor durante tutela non agit contra contutorem pro ratione reddenda, sed pro remotione tamquam suspecti.*

141 *Curator non cogitur rationes reddere nisi post 25. anum minoris completum.*

142 *Actio creditæ pecuniæ finita tutela die adueniente mouenda est nisi tutori nequeat imputari.*

143 *Curator furiosi dum gerit negociorum gestorum conueniri potest.*

144 *Protutore negocia gerens conuenitur protutela durāte.*

145 *Actio tutelæ vetustior ex administratione tutelæ minime procedens, officio adhuc vigente datur.*

146 *Actio tutelæ singulis annis datur si ita tutor cōuenerit.*

147 *Remotus à tutela tamquam suspectus statim conueniri potest. lim.num.seq.*

148 *Suspecto si sit curator adiunctus non nisi finita tutela, conuenitur.*

149 *Translata ad alium tutela tutor conuenitur.*

150 *Absens causa Reipublicæ si fuerit excusatus rationem reddet.*

151 *Capto ab hostibus tutore si habuerit eum qui iudicium suscipere offerat tutelæ actio intentari poterit.*

152 *Actiones furti damni & iniuriarum tutela vigente intentari possunt.*

153 *Altero ex duobus impuberibus adolescente, tutelæ rationem reddet tutor.*

154 *Ratio per tutorem à contutore, tutela durante extra iudicium intentari potest.*

155 *Pupillus eius hæres cuius tutelam tutor suus gesserat, actionem ex hæreditaria causa habebit cum suo tutore.*

156 *Tutor inutiliter datus hoc perspecto se abstinens, & alium dari curans pro futuro tempore non tenetur.*

157 *Testamento tutor nulliter datus si non administrauerit, non tenebitur.*

158 *Culpa tutoris cessante non tenebitur.*

159 *Augmenti causa tutor datus pro anteriori non tenebitur.*

160 *Testamento quod ruptum videbatur tutor datus, quod non tenet nisi à die confirmationis vel iussu iudicis non tenetur nisi post iudicis iussum.*

161 *Puberis negocia gerens, & eius qui non dum natus erat non tutelæ, sed negotiorum gestorum actione tenebitur lim num. seq.*

162 *Posthumo tutor datus testamento si antequam nascatur se ingerat negociorum gestorum actione tenebitur, postea tutelæ & vtriusque rationem reddet.*

163 *Gestorum causa post tutelam finitam non datur tutelæ actio lim.num. seq.*

164 *Finita tutela pro gestis quæ sunt connexa tutelæ actio datur.*

165 *Erranter gerens finita tutela non tenetur de periculo post pubertatem.*

166 *Notitiæ causa si litem appellationis incboatam iussu consulum tutores perfecerint, nec iudicatum prosecuti sint,*

sint, quia non potuerint illius periculo non subijcientur.

167 *Fideiussor tutoris ad ea conueniri non potest quæ tutor gessit finita tutela.*

168 *Nominantes tutores vt magistratus conueniri non possunt nisi excusso nominato eiusque fideiussore.*

169 *Ratificatione stipulationis per pupillum sine tutore factæ rem pupilli saluam fore animo nouandi, facta ab eo effecto pubere tutelæ actio tollitur.*

170 *Posthumo non rato tutelæ actio cessat, & aliæ dantur actiones.*

171 *Curator pro tutore, & è contra non tenetur lim. n. seq.*

172 *Curator pro tutore & è contra tenetur si nomina assignata agnouerint vel susceperint vt ibi.*

173 *Actio tutelæ cessat alijs casibus vt ibi.*

174 *Curatore agnoscente nomina sibi per tutorem assignata non poterit pro eis tutor conueniri amp.num.seq.*

175 *Curator qui nomina talia qualia recepit non tenetur de periculo.*

176 *Minores lites calumniosas scienter contra tutores et curatores mouentes condemnari debent.*

177 *Contra voluntatem testatoris vtiliter gerens actione ista tenetur.*

178 *Tutore alio à iudice dato non tenebitur alterqui nil gessit pro futuro periculo.*

179 *Fortuito de casu qui non potuit præcaueri tutor minime tenetur.*

180 *Excusatum se erranter credens si ab administratione cessauit non tenetur.*

181 *Damnum quod minori accidit antequam tutor gerere se tutorem ignorans pupilli est.*

182 *Conditione pendente subqua tutor datus est non tenetur si damnum acciderit.*

183 *Damnum tutela finita contingens non spectat ad tutorē.*

184 *Curator impuberi datus conueniri nequit.*

185 *Debitor qui soluit tutori conueniri nequit sed tutor conuenietur.*

186 *Conueniri tutor nequit si cum alio quia soluit, vel cum omnibus transactum fuerit.*

187 *Remissa actione tutelæ tutor conueniri nequit.*

188 *Cessione actionum non facta non potest agi contra contutorem & quando hoc procedat.*

189 *Conueniri tutores, & curatores alibi nequeunt quam vbi tutela & cura gesta fuere.*

190 *Semel reddita ratione, dolo cessante non tenetur tutor ad locum redire, nisi expensis petentis iterum reddi.*

191 *Pupillus tutoris hæres ab eo gestis stare tenetur.*

192 *Plures tutores qui gessere & finitæ tutelæ tempore soluendo sunt pro rata conueniri debent amp.n.seq.*

193 *Tutore idoneo subito collapso nil collegæ potest imputari.*

194 *Inutiliter dati nisi sponte gessissent pro alio non tenentur.*

195 *Contutor non tenetur de gestis per alium tutorem tutela finita.*

196 *Tutor alter pro liberato à pupillo non tenetur.*

197 *Testamentarius non prius conueniri debet quam magistratus.*

198 *Tutor qui contutorem cuius nomine conuenitur suspectum fecit, nisi tardius id fecerit, vel præuaricatus fuerit, non tenebitur.*

199 *Tutor gerere cessans si suo nomine non teneatur velut si inutiliter datus se non ingesserit, nec facto contutoris conueniri possit.*

200 *Tutore alio impuberis, & alio puberis curatore existēte quatenus conueniri possint.*

201 *Honorarij qui nil gesserè conueniri nequeunt. lim. num. sequent.*

202 *Gerentes si soluendo non sint conueniri poterunt non gerentes amp.num.seq.*

203 *Gerens tenetur pro non gerente non soluendo etiam si non gerent suspectum facere non potuerit.*

204 *Honorarij qui non gessere quando conueniri possint.*

205 *Plures tutores quando pro rata tantum teneantur.*

206 *Tutor ad litem qui alia non gessit pro gestis tantum conueniri potest.limita.num.seq.*

207 *Tutor ad litem pro male gestis tenetur eiusq; bona sunt hipothecata lim.num.seq.*

208 *Actoris bona non sunt tacitè hipothecata.*

209 *Excusatus vel remotus conueniri nequit.*

210 *Scientia constituti tutoris in tutore probari debet.*

211 *Solutione vnius cæteri tutores liberantur nec conueniri possunt.*

212 *Lucri alterius loci ad quem tutor merces non transmisit conueniri nequit.*

213 *Bannitus cum bonorum publicatione conueniri nequit, sed fiscus etiam si absque bonis fuerit restitutus.*

214 *Conueniri non potest vt tutor qui tutorio nomine actum non gessit.*

215 *Conueniri non potest tutor alijs casibus vt ibi.*

216 *Conueniri prius debet qui gessit amp.num.seq.*

217 *Conueniri prius debet qui male gessit postea qui non gessit in subsidium.*

218 *Agere contra tutorem pupillus debet non contra indemnitatis promissorem.*

219 *Agere contra tutores & curatores adultus non cogitur, sed tunc quid agendum ne vsuræ currant.*

220 *Fideiussor qualiter præstetur per obligatum reddere rationem.*

TIT. XXXVI. CAP. I.
DE ACTIONE TVTELÆ DIRECTA ET VTILI.

1 ACtio directa pupillo datur cōtra tutorem pro redditione rationum & ex eo quod non rectè gesserit l.1.de tutel.& ration.distrahend.l. si pater.C.de testam.tutel.§.tutores.Inst. de oblig. quæ ex quasi contrac.nascun.Odofred.de libel. in action. ciuil.cap.32.Montan.de tutel.cap.39.n.1.Galgan.de tutel.lib.2.tit.25.n.1. Petr. de Vnzola. de arte. notariat.rubr.de obligation.ex contractu.n.12.& ea quasi contractu oriri probat rubr.de oblig. ex quasi contract.n.11. & in ea petitur rationem reddi & reliqua restitui, vel condemnetur ad certam quantitatem ad quam restituendam declaretur Rot.Gen.dec.202.n.1.Munnoz.de ratiocin.c.4.n.17.Petr.Iac.in pract.rubr.114.n.1.vbi tradit formam libelli & si tutor authoratus pupillo sit in donatione etiam mortis causa d.l.1.& si rem sibi à patre pupilli depositam vel commodatam non reddat l.1.de tut.& rat.distra.ex bono & æquo tractatur l.1.§.1.eod.tit.Vvesembec.conf.226.n.22.

2 Et hæc & pro tutelæ contraria sunt bonæ fidei.Zas.in §.actionum.n.178.Instit.de action. fol. 178. Ang. de Gambelion.de testament.glo.96.n.1.Gratian. disceptation.215.n.27. & ex quasi contractu nascuntur §. tutores. Institution. de oblig. quæ ex quasi contrac. nascun.

3 1. Amp.

3 1. Amp. teneri & conueniri posse tutorem siue ex se siue per alium gesserit l. ita autem. §. quod si quis. de administrat. tuto. etiam si alium substituerit l. curator. C. qui dari tutor. Montan. supra. n. 70. etiam si modicum attigerit l. 5. §. gessisse. de admi. tut. vbi Bar.

4 2. Amp. vt si cum altero duorum fuerit actum non liberetur alter l. qui tutor in fine. de administrat. tuto. l. conuento. de tut. & ration. distrahen. Montan. supra. n. 71.

5 1. Subamp. procedere etiam si tutor conuentus fuerit absolutus, vel per dolum vel quia nulliter actum fuerit, idque non dum finita tutela l. Lucius §. tutelæ de administra. tuto. l. nisi de tutel. & ration. distrahend. Montan. supra. n. 72.

6 2. Subamp. etiam si cum tutorum altero quis transegisset etiam dolo communi transactione inita, alteri enim eiusmodi transactio minime proderit l. qui tutor. & ibi glo. de administratio. tutor. l. si ex duobus de tuto. & ratio. distrahend. Monta. supra. n. 74. glo. in l. 1. Sali. n. 2. Ias. n. 1. & alij C. de transact.

7 1. Lim. non procedere quando actum vel transactum totumque solutum fuisset, tunc enim tutor alter, in totum liberaretur d. l. qui tutor vbi glo. versic. non liberabitur & d. l. si ex duobus Montan. supra. n. 75. vide infra n. 57. & quando liberatus fuit qui gessit, quod omnes liberentur Surd. cons. 170. n. 11. & seq. nisi tutores renunciassent beneficij diuisionis, ordinis & lesionis, vel si eis non competant intelligendo posse conueniri quatenus minor non recepit.

8 2. Lim. non procedere quando pupillus pubes effectus alterum ex tutoribus authoritate curatoris liberauerit, tunc enim alterum conuenire minime posset l. si pupillus de administratio. tutor. Montan. supra. n. 76. Bello. communi opi. verbo conuentio col. 8.

9 3. Amp. etiam si adultus debitorem suum procuratorem constituerit ex hoc enim non videtur eum vt debitorem idoneum ex causa præambula approbasse; sed etiam contra curatorem agere posse l. Lucius. 47. vbi glo. verbo. videri & Bar. de administration. tutor. Montan. supra. n. 77. & contra curatorem quia cum posset non exegerit tempore curæ agere posse. glo. supra.

10 4. Amp. vt actio tutelæ directa competat hæredibus pupilli. l. 1. §. hanc, & §. fin. de tutel. & ration. distra. l. tutelæ 12 C. arb. tute. Montan. supra. n. 78. Galgan. de tutel. lib. 2. tit. 26. n. 1. in fine. & nu. 12. Papien. in form. lib. ad red. rat. tut. glo. debitam. n. 5. & contra quemlibet tutorum insolidum l. á tutoribus. 34. §. hæredibus vbi glo. & Bar. de admi. tuto.

11 1. Lim. non dari cum priuilegio prælationis in personalibus cœteris creditoribus l. ex pluribus de administratio. tutor. Montan. supra. n. 79. Galganet. d. nu. 12. licet in realibus & tacita hipotheca competat quę transit actiuè & passiue per l. fin. § final. C. de vir dot.

12 2. Lim. non dari hæredi minori 25. annis sine curatoris authoritate agenti l. de ijs C. de administrat. tutor. Montan. supra. n. 8.

29 6. Lim. non procedere quoad sumptus à tutore factos excepto salario à iudice constituto l. à tutoribus. in fine. de administrat. tutor. Montan. supra. n. 51.

30 7. Lim. non procedere in expensis pupillo non expedientibus quæ tutori non pupillo imputantur l. 1. §. præterea. de tutel. & ration. distrahend. d. l. quid ergo. Montan. supra. n. 44. Galganet. supra. n. 8. & 9.

31 1. Amp. procedere etiam in immodicis in lite factis licet tutor obtinuisset; sed Iudex eas taxabit Bar. in l. 2. n. 1. vbi pupil. educa. debe. Montan. supra. n. 45. Galganet. d. n. 8. & 18.

32 2. Amp. procedere in immodicis in funere patris, & aliorum ad pupillum spectantium glo. in d. l. 2. versic. pro modo. Montan. supra. n. 46.

33 8. Lim. non procedere in expensis pro rebus turpibus ac simoniacis Aret. conf. 48. n. 3. Montan. supra. n. 47.

34 9. Lim. non procedere quando tutor pro contutore indicato pecuniam soluerit, non enim contra pupillū agere poterit; sed à contutore, vel eius hærede repetet. l. 1. C. de contrar. tut. actio. Montan. supra. nu. 50. Galgan. d. tit. 36. n. 6. nisi ad officium contutoris solutum pertineret ex Ruin. conf. 1. n. 23. & 24. lib. 3.

35 10. Lim. non procedere quando sumptuum petitio reiecta fuisset, & tutor acquieuisset, tunc enim Iudex resarcire minime posset l. 1. §. præterea. de contra. tutel. actio. Montan. supra. n. 54.

36 11. Lim. non procedere quando pupillus tutori successisset, pro ea etenim parte qua eius erit hæres actio tutelæ confudetur l. si pater. C. de contrar. tute. actione l. licet. C. ad leg. Falcid. l. si ab eo C. de nego. gest. Montan. supra. n. 56. & seq. Alba. conf. 492.

37 12. Lim. nam tutor contra tutorem tutelæ, aliauè actione, quam pupillus intentare posset nequeat experiri, nisi propter suspecti crimen l. quoties. 10. §. cōstat. Lactus. 20. l. si fine. 37. de administration. tutor. Galgan. de tutel. lib. 2. tit. 4. n. 12. tit. 20. n. 13. sed ob exilium non poterit tutorem qui domi mansit allegare suspectum. l. planè. 32. de excus. tutor.

38 13. Lim. non procedere quando tutor indebitum soluisset l. si fine. 33. §. Lucius. de administr. tuto. l. tutor. 14. §. in soluendis eod tit. Galgan. d. tit. 36. n. 7.

39 14. Lim. non procedere in curatore cui non datur hæc actio, sed negociorum gestorum Galg. supr. n. 24.

40 15. Lim.

40 15. Lim. non posse tutorem vsuras petere si pupillares pecuniæ extitissent, quibuscum sibi soluere tutor potuisset l. quid ergo. de contra. & vtil. action. tutel. Cop. de fruct. par. 3. cap. 3. n. 3.

41 16. Lim. non computari quod tutor creditoris recepisse confessus fuit nisi publico instrumento, vel testibus realis solutio probetur l. Lucius. §. tutelæ de adm. tuto. Borg. de tuto. n. 324. etiam si confitens haberet mandatum cum libera de magis communi Munnoz. de ratioci. c. 23. n. 31. & seq. vbi respondet contrarijs subdens n. 46. & seq. quod procurator qui per instrumentum de recepto sibi à debitore solutum recognouit iuratus vt testis probaret maxime teste alio de visu concurrente vel adminiculis post Cor. conf. 168. n. 2. lib. 1. Surd. dec. 129. n. 25. quod si debitor procuratori decoquat non erit soluens liberatus nisi procurator haberet mandatum cum libera Munnoz. supra, num. 56.

TIT. XXXVIII. DE HIPOTHECA BONORVM TVTORIS CAVSA TVTELÆ.

SVMMARIVM.

1 *Hipothecata sunt tutorum & aliorum administratorum bona ex lege taeite pupillo & alijs eorum principalibus amp. & lim. num. seq.*
2 *Hipotheca prædicta datur tam pro male gestis quam pro neglectis.*
3 *Hipothecata sunt bona tutorum etiam &c. qui non gesserunt.*
4 *Hipotheca prædicta transit ad hæredes actiuè & passiuè.*
5 *Hipothecata etiam sunt bona patris quoad proprietatem peculij adueutitij non etiam profectitij.*
6 *Hipothecata sunt etiam protutoris bona lim. num. seq.*
7 *Matris bona non sunt tacite hipothecata et dotem repetit.*
8 *Hipothecata sunt bona curatorum ad lites, & eorum fideiussorum.*
9 *Hipotheca prædicta competit etiam condemnato hærede tutoris, & defensore minori.*
10 *Hipothecata sunt bona fideiussorum tutorum.*
11 *Hipothecata sunt bona prælati & administratoris Ciuitatis.*
12 *Hipothecata sunt bona curatoris furiosi & mente capti.*
13 *Hipotheca incipit à die tutelæ vel curæ decretæ.*
14 *Hipothecata sunt bona actorum à tutore, vel curatore constitutorum lim. num. seq.*
15 *Hipothecata non sunt actoris bona à iudice dati.*
16 *Hipothecata non sunt, bona actoris minorum.*
17 *Hipotheca prædicta præfert pupillum creditoribus posterioribus etiam expressam habentibus.*
18 *Hipothecata sunt bona patris qui filio consensit tutelam suscipienti.*
19 *Hipothecata bona tutoris cum sua causa in fiscum transeunt.*
20 *Hipothecata sunt bona tutoris etiam si non fecerit inuentarium.*
21 *Hipothecata sunt bona dotalia matris tutricis.*
22 *Hipothecata sunt bona secundi viri pro tutela vxoris quæ ad secunda vota transiuit non reddita ratione. lim. num. sequent.*
23 *Hipothecata non sunt bona secundi viri quando mater legitimè tutelam suscepisset.*
24 *Hipothecata sunt bona male et illegitime administrantis.*
25 *Hipotheca testamentarij tutoris à die scientiæ obligati incipit ampl. num. seq.*
26 *Scientia testamentarij ex gestione colligitur & vndecumque sciat sufficit.*
27 *Hæres tutoris ad id tenetur ad quod tutor etiam pro neglectis & ad interesse.*
28 *Hipotheca cessat in actore à iudice dato.*
29 *Dotis maternæ retentio non datur pro tutelæ gestione lim. num. seq.*
30 *Dotis maternæ retētio datur si debitum ex gestione liquidum sit.*
31 *Hipothecata non sunt bona hæredum tutoris & curatoris pro tutelæ administratione. amp. num. seq.*
32 *Hipothecata non sunt bona hæredum tutoris &c. ex pecunia empta in hæreditate tutoris remansa.*
33 *Hipotheca cessat pupillo subsidiaria contra magistratum agente.*
34 *Hipotheca cessat in bonis tutoris ventri dati nisi in lucem prodierit.*
35 *Priuilegium quod habet pupillus in bonis tutoris ad hæredem à se etiam descendentem non transmittit.*
36 *Prælatio non datur pupillo contra realem hipothecam habentes, nec contra anteriorem personalem.*
37 *Hipothecata non sunt tutori bona minoris pro expensis.*
38 *Hipothecata non sunt cum prælatione bona curatoris dati bonis, absentibus, & ventri non edito partu.*
39 *Mulieris bona quæ tutelam legitimè non acceptauit non sunt hipothecata.*
40 *Hipotheca cessat in bonis magistratus qui tutorem dedit.*
41 *Hipotheca cessat in bonis eius qui non vt tutor, sed vt amicus gessit.*
42 *Hipotheca cessat quoad ea quæ iussu testatoris alter gessit.*
43 *Hipotheca ista non impedit quominus tutor sua bona alienare queat.*

TIT. XXXVIII. CAP. I. DE HIPOTHECA BONORVM TVTORIS CAVSA TVTELÆ AC MINORVM.

1 Bona tutorum & curatorum & aliorum administratorum sunt taeite obligata ex lege pro administratione, pupillis minoribus & eorū principalibus quibus rationem reddere tenentur. l. pro officio. C. de administratio. tutor. vbi Docto. Bar. sing. 72. vbi in bonis, tutorum, protutorum, & curatorum minores ac furiosos iuris priuilegium consequi ex l. final. de tutel. & ratio. distrah. (idem probans in hærede suo pupilli ex glo. in l. dabimus. de priuileg. creditor. quam falsam dicit per l. non solum. §. final. de ritu. nuptiar.) Mattesi. not. 44. Soc. conf. 85. sub n. 9. lib. 1. Bero. in c. qualiter & quando. n. 70. de accusati. & in ea præfertur minor posteriorem habenti etiam fisco à die decretæ tutelæ & administrationis Specul. de curator. §. cum autem n. 6. Rebuf. de constitution. reddit. glo. 14. n. 16. Borgni. de tutor. num. 225. Sebast. Medic. de acquiren. rer. domi. glo. 2. par. 1. n. 170. Vital. de clauf. in clauf. & specialiter obl gentur nu. 37. in fine, pag. 84. Mandos. ad Roman. conf. 28. lit. B. Cepha. conf. 393. n. 155. Affli. dec. Perus. 75. n. 4. Decian. conf. 37. n. 2. lib. 1. Moz. de contract. tit. de contract. pignor. in 2. diuisio. seu subdistinct. n. 3. Dec. conf. 349. n. 10.

n.10.Paris conſ.80.n.34.lib.1.Surd. conſ. 7. n. 16. & ſequent.Molina.de contracti.diſputatio.536.n.6.& 29.Lopez.de contract.lib.2.cap.18. verſic. ſecundo. Rim.Iun.conſ.484.n.60.Menoch.conſ.851.num.43. Rot.Rom.dec.114. par. 1. diuerſo. Pacif. de ſaluian. interdicto.inſpect.2.cap.4.n.99.& in 2.editione num. 489.qui Rot. Rom. alias ita tenuiſſe teſtatur Gutier. de iuram.confirmator.contract.par. 1. cap. 32. n. 5. Manti.de contract.lib.11.tit.16.n. 1. Spino. de teſtament.glo.29.n.42.Noal.de tranſmiſſion.caſu 23.nu. 12.Peregri.conſ.42.n.37. lib. 1. idem probans de ſocijs & procuratoribus alijſque adminiſtratoribus Gutierez.de tutel.par.1 cap.8.n. 49. vbi de bonis matris & par.2.cap.16.n.1.& 31. idem quoad futura dicens de communi Montan.de tutel.cap. 31. effect. 2.n. 1. Galganet.de tutel.lib.2.tit.32.n.18.tit.37.n.1.& ſeq. niſi expræſſa fuiſſet, tunc etenim ex expræſſa ageretur, vt per eum Gratia.diſceptatio.225.n.72. de cõmuni omnium Munnoz.de ratiocin.cap.34.n.12.39. n.1.vbi indubitatum inquit & nu.ſeq.Papien.in form. lib.ad red.rat.tut.glo.debitam rationem.in princ.vbi de bonis tutoris curatoris & executoris Vanderan. de priuil.cred.c. 6. n. 18. nec amittitur receptis vſuris l. qui nominibus.45.§.1.vbi glo.& Bar.de admi. tuto.

2 1. Amp. procedere tam pro male geſtis quam pro neglectis Doc.in d.l.pro officio.Neguz. d. n. 6. de communi Sebaſt.Med.d.n.170.Decia.ſupra n. 3. Rebuf. d.n.16.Surd.d.conſ.7.n. 17.Manti.ſupra.Gutierez ſupra.n.3.& ſeq Pacifi.ſupra.n. 100. & in ſecunda editione.n.490.& pro omnibus pro quibus tutores tenẽtur Gutierez.de tutel.par.3.cap. 1.n. 109. & Piag. de tutel.Q.19.n.18.Montan.ſupra.n.3.

3 2. Amp. procedere quoad eorum bona qui non adminiſtrarunt Manti.ſupra.

4 3. Amp. tranſire ad hæredes actiue & paſſiue Galga. de tutel.lib.2.tit. 26. n. 12. cum prælatione reſpectu, realis tantum.

5 4. Amp. in bonis patris quoad proprietatem aduentitij non profectitij peculij ſi fraudulenter geſſiſſet de magis communi Soc.conſ.34.n. 16. & 17. lib. 1. Neguz.ſupra.n.14.& 19.Mantica. ſupra.nu. 19. qui ſubdit patrem non eſse legitimum adminiſtratorẽ quoad bona in quibus non habet vſumfructum, rationem reddere teneri; eiuſque bona obligata eſse Montan. ſupra.n.25. & ſeq. ex magis communi dolum requiri probans Rot.Rom.dec.560.n.2.par.4.diuerſ.de magis communi Gutier.d.cap.16.n.25.Galgan.d.tit.37. nu.16. & à die adminiſtrationis cœptæ non autem à mala geſtione Doc.in l. cum oportet. §. fi. C. de bon. quæ lib.Neguz. de pig.4.membr.2. par. prin. nu. 17. 18.Scain.dec.bono.41.n.14.Medic dec.75.n.15.Pereg.cõſ.38.n.11.lib.6.à die adminiſtrationis aſsũptę.

6 5. Amp. in bonis protutoris eius ſcilicet qui cum tutor non eſset pro tutore ſe geſſit glo.final. in d. l. pro officio.& in l.dabimus.§. 1. de priuileg. creditor. vbi Bar.Soc.conſ.85.n.9.verſic.& idem.lib. 1.Neguz. ſup. n.7.Rebuf.d.n.16.Seb.Med.v.n.170.Dec.conſ.591. n.1.&2.Capic.dec.129.n. 3. de communi Rota. Roman.dec.114.n.1.par.1.diuerſo.& deciſio.560.par. 4. diuerſo. quæ idem firmauit hæreditate etiam non dum adita de communi etiam teſtatur Bertaz. conſ. 25.n.45.loquens de protutrice, & procuratrice Mãtica.ſupra.n.8.Gutierez.dicto cap.16.n. 13. de communi Montan.d.effec.2.n.13.Galganet.d.tit. 37. nu. 10.poſt Aretin.conſ.29.n.1.Gratia. diſceptatio. 282. n.32.de communi.Rip.in l.dabimus.§..ſi quis.n.9. de priuil.cred.Vandera.ſupra.n.19.

7 1. Lim. non procedere in matre Bar. in l. ſi quis ſub conditione n.22.de teſtamen.tute.Bal.in l.cum oportet.§.final.n.4.C.de bon.quæ liber.Pute. deciſio. 146. n.4.lib.1.Rota. Roma.dec.1055.par.3.lib.3.diuerſo. Pacif.ſupra.n.104.& in ſecunda editione.n. 497. vbi in contrarium citat Mantica.de contract.lib. 11. tit. 16.n.4.& dotem repetere poſse Rot.d.dec.1055.vide infra. nu. 17. expræſsa enim requiritur hipotheca in matre vt per eos.

8 6. Amp.in bonis curatorum ad lites datorum eorumque fideiuſsorum quæ obligata ſunt pro adminiſtratione.l.properandum.§.finali.vbi Bal.& alij.C.de iudic.Neguz.ſupra.n.8.Seb.Med.d.n.170.Rebuf. d. n. 16.Manti.ſupra. n. 9. intelligendo ſi à tutore non autem à Iudice dati ſint Pacifi. d. ſecunda editio. cap. 4. inſpect.3.n.505.Aſſiſ.dec.Peruſ.4.n.2.Montan. ſupra n.14.Galgan.ſupra.n.15. Gutierez. d. cap. 16. & 22. Munnoz.d.c.39.n.3.Vandera.ſupra.

9 7. Amp. procedere etiam contra hæredes qui fuerint condemnati & defenſores.l.defenſor.22.de tutel.act. ſeu de tutel.& rat.diſtrah.Galgan.d.tit.37.n.11.

10 8. Amp. in bonis fideiuſsoris tutorum Bald. in d. l. properandum.§.final.n.1.C.de iudic.Manti.d.tit.16. n.10.Gutierez.d.cap.16.n. 17. & ſeq. ſecus probans in bonis hæredum.Montan.ſupra.n.14.

11 9. Amp.in bonis prælati & adminiſtrationis Ciuitatis Molina.de contract.diſputatio.536.n.7.Galg.ſup. n.18.Lopez de contract.lib.2.cap.18.verſic. deinde. Decia.conſ.n.4.& 5.lib.2.Manti.de contract.*lib.* 11. tit.16.n.21.& 22.Sebaſt.Med.ſupra. n. 175. *Pacific.* ſupra.in prima editione.n.114. & 115. & in ſecunda. nu. 509. & 510. de quo dixi in tractatu Pignorum de magis communi in adminiſtratore rerum Ciuitatis. Munnoz.de ratiocin.c.39.n. 6. idem probans fiſci fauore n.8.& Eccleſiæ.n. 13.& hoſpitalis n.14. & fiſcũ habere tacitam etiam in bonis dotalibus vxoris pro primipilari n.9.ex l.fatis C.in quib.caſ.pig. vel hipo. taci contrah.& Peregr.conſ.96.n.7.lib. 4. doti præferri tenet.

12 10. Amp. procedere in bonis curatoris furioſi, & mente capti Gutierez.conſ.14.n.17.Munnoz.d.c.39. n.4.vbi idem de curatoribus alijs puta *ſurdi & muti* præterquam ſi bonis cauſa cuſtodiæ curator datus fuiſset n.5.

13 11. Amp. incipere à die tutelæ vel curæ decretæ nõ autem à die malæ adminiſtrationis glo. in l. ab officio.vbi Sali.de communi C.de admi. tuto. Neguz. de pignor.4.membr.2.par.n.12.Borgni.de tut.n.187.& 225.Gomez.in §.1.n.15.Inſtit.de action.de cõi. Soc. conſ.61.lib.1.n.1.Pacif.in d.2.editione.d.cap.4.num. 491.Surd.conſ.7.n.18.de communi Gutier.d.cap.16. n.31.& Villalob.cõmun.opinio.lit.H.n.54.& Montan.ſupra.n.21.Med.d.n.170.Rim.Iun.conſ.587. nu. 10.& ſeq.& ex magis cõi.Surd.cõſ.7.n.17.& 18.& de alim.tit.8.priuil.49.n.17.Moli.d.n.6.Meno.cõſ.851. n.43.ſecus dicens in cœteris adminiſtratoribus ſed idem in eis Rim.Iun.ſupra.Manti.d.tit.16.n.18.Galgan.de tut.lib.2.tit.37.n.14.de cõi.Scain. dec. bono. 41.n.13.Med.dec.75.n.15.Pereg.conſ.38.n.11.lib.6.

14 12.Amp.

14 12. Amp. procedere etiam in bonis actorum à tutore vel curatore constitutorum Bar. in l. actor. nu. 7. rem. rat. haber. Castr. cons. 121. in fi. lib. 1. Neguz. sup. n. 9. Seb. Med. d. n. 170. Rebuf. d. n. 16. Molina. supr. Affis. d. dec. Perus. 4. n. 2. Gutierez. sup. n. 15. Montan. sup. n. 16. idem dicens si dans actorem solemnia nõ implesset n. 17. Munnoz. d. c. 39. in fi. intelligentes de actore constituto instante minore, vel eius intuitu, secus si tutoris intuitu, hoc enim casu tutor solus actoris bona hipotheeata habebit.

15 1. Lim. non procedere in dato à iudice Bar. in d. l. actor. n. 7. Ias. in l. properandum §. final. n. 5. C. de iud. Neguz. sup. n. 10. Affis. sup. n. 2. Pacif. d. 2. edit. n. 505. & in prima. n. 110. Montan. supra. n. 18.

16 2. Lim. vel potius secus esse dicas in actoribus seu procuratoribus minorum Bal. in d. l. properandum. §. final. de iud. & procuratores minorum non habere priuilegia minorum Vandera. de priuil. cred. cap. 6. n. 20. & seq.

17 13. Amp. vt præferatur pupillus in bonis tutoris omnibus posterioribus tutoris & curatoris creditoribus expræssam etiam habentibus, & etiam fisco Borg. de tutor. n. 225. Neguz. supra. n. 98. Pacif. sup. n. 492. in secunda editione Galgan. d. tit. 37. Vandera. sup. secus dicens in hæredibus pupilli. & priuilegium prælationis non perimitur nouatione necessaria per sententiã condemnatoriam latam contra tutorem l. defensor. 22. de tut. & rat. distra. & idem in bonis protutoris & curatoris. l. fi. ff. eod.

18 14. Amp. procedere etiam in bonis patris qui filio consensit tutelam suscipienti, nisi esset testamentaria, vel nisi filius esset emancipatus; si tamen pater filium decurionem effici consentiret, teneretur pater. Barbos. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. n. 9. soluto. matrimo. Pacif. in d. c. 4. in secunda editione nu. 513. & seq. vel si pater tutelam & curam filiarum gessisset. l. cum oportet §. si C. de bon. quæ lib. Moli. de iust. & iur. 2. part. disp. 536. col. 4. vers. filius itẽ Surd. de alim. priuil. 49. n. 18. & dec. 271. n. 12. Munnoz. de ratioci. cap. 39. n. 2.

19 15. Amp. vt si bona tutoris transeant in fiscum transeãt cũ sua causa hipothecæ huius l. vnic. C. rem alieger. Baldui. de pignor. cap. 7. col. 3. vers. idem est.

20 16. Amp. procedere etiam si inuentarium non fecisset Bal. in l. cum pater. n. 2. C. de neg. gest. Capic. dec. 129. n. 3. Gutierez. d. cap. 16. n. 2.

21 17. Amp. procedere in bonis dotalibus matris tutricis Soc. cons. 126. lib. 1. Dec. cõs. 349. col. final. Gutierez. sup. n. 14. Montan. d. effect. 2. n. 6. & seq. etiam si contutori vel alijs gestionem mandasset Galganet. d. tit. 37. n. 4. vide supra n. 7.

22 18. Amp. procedere etiam si mater tutrix ad secunda vota transierit non reddita ratione vel non petito tutore filijs. nam bona etiam secundi viri sunt tacitè obligata pupillis l. penult. in quib. caus. pig. tacit. contrah. l. 2. C. quando mul. tut. off. fung. pos. Salic. in d. l. 2. n. 2. Balduin. sup. Garron. in rub. C. de secund. nup. n. 54. Anch. cons. 316. n. 2. in fi. Ruin. cons 94. n. 3. lib. 3. Dec. cons. 591. n. 1. Soc. cons. 180. n. 2. lib. 2. Neguz. de pignor. 4. membr. 2. part. n. 156. Maran. de ord. iud. part. 6. vltimo actu. n. 53. Bursat. cons. 210. n. 19. Borg. de tutor. n. 322. Surd. cons. 175. n. 17. Marsil. sing. 248. Gail. obseruat. 90. n. 2. cautũ propterea fore dicentes si quietatio fiat ante secundas nuptias Molina. supr. d. n. 6. & dicit Rol. cons. 17. n. 5. lib. 4. quod datur retentio dotis cõtra matrẽ, hipothecaria & exceptio. Gab. de secund. nupt. concl. 9. n. 4. Rim. Iun. cons. 484. n. 63. Manti. de contr. lib. 11. tit. 16. n. 2. & seq. vbi etiam filios dotem retinere posse Galg. d. tit. 37. n. 5. Pacif. de saluian. interdict. inspectio. 3. c. 4. in prima editione. n. 105. & in 2. n. 500. post Spec. de anom. tuto. n. 5. & in proxima limitatione citandi Munnoz. d. c. 39. nu. 12. vbi tamen non dari contra hunc maritum executionem pro reliquis administrationis tutelæ vxoris contra Maran. de ord. iud. de execut. sent. n. 53.

23 1. Lim. non procedere quando mater tutelam illegitimè suscepisset, tunc enim bona secundi viri non erũt pro tutela obligata Mantica. sup. n. 5. Dec. cons. 591. n. 4. Surd. cons. 175. n. 19. & 37. 460. n. 63. & seq. Gratia. discep. 86. n. 52. & seq.

24 19. Amp. in male & illegitime administrãte Cor. cõs. 303. n. 8. lib. 1. Ruin. cons. 92. n. 6. lib. 5. Mago. decis. Flor. 1. n. 57. & in bonis hæredũ quæ sunt tacite obligata legatarijs si hereditaria dissipauerit Thes. Q. 84. n. 6. lib. 2. Medic. exam. 23. n. 44. nisi à testatore talis hipotheca remissa esset, vt facere potest etiam tacite. n. 45. ex communi Cras. in §. legatum. Q. 76. n. 4.

25 20. Amp. vt testamentarius à die scientiæ obligetur, quæ scientia ex administratione præsumitur, & litteris probetur Soc. cons. 283. n. 3. lib. 2. Ias. cons. 47. lib. 1. Gab. cons. 27. n. 7. lib. 2.

26 1. Subamp. sufficere vndecumque sciat Barbat. cons 1. n. 54. lib. 2.

27 21. Amp. vt hæres tutoris ad id teneatur ad quod tutor Alciat. cons. 237. n. 5. & seq. vbi etiam quoad interesse. l. 2. C. de hæred. tut. vel curat. vbi etiam de non gestis à tutore teneri eo prius conuẽto qui gessit & ibi glo. & Salic. & de nõ exactis. per defunctum & neglectis & quoad ea quæ ad defunctum peruenere l. 3. & 4. & vtrobique glo. & Sali. C. eod.

22. Amp. etiam pro fructibus bonorum inuentario descriptorum l. Lucius qui pot. in pig. habe. Caeche. dec. 129. n. 11. Franch. dec. 374. n. 5. Decia. cons. 75. in fi. lib. 4. Mastril. dec. 119. n. 20. vbi etiam de interesse & Surd. dec. 240. n. 16. Rip. in l. priuileg. n. 15. de priuil. cred. vbi secus ait si pro sorte tantum contracta esset & in tacita controuersum probat licet in ea non contrahi nisi à tempore quo annua præstatio deberi incipit ex Soc. cons. 41. n. 14. & seq. teneat Mant. de contr. lib. 14. tit. 46. n. 9. 10. Seraph. dec. 481. n. 5. intelligit hanc amp. in eo procedere qui pro vsuris & sorte poterat obligari non si tantum pro sorte.

28 1. Lim. nõ procedere in actore dato à iudice loco tutoris vel curatoris, quia eius bona non sunt tacitè hipothecata Bar. in l. actor n. 5. rem. rat. haber. Ias. in l. properandũ. §. fin. n. 5. C. de iudic. Neguz. de pignor. 4. memb. 2. part. n. 10. Sebast. Med. d. nu. 170. Rebuf. d. glo. 14. n. 16. Mantica. d. tit. 16. n. 16. de contract. lib. 11. idem in bonis procuratoris vel amici qui administrasset; licet secus probet actore dato a tutore vel curatore num. seq. Gutierez. d. cap. 16. n. 28.

29 2. Lim. non dari retentionem dotis maternæ pro ratione tutelæ per ipsam gestuę, qoniam dotis causa nullam patitur retentionem l. 1. §. taceat. C. de rei vxor. action. Neguz. de pignor. primo memb. 5. part. nu. 36. Borgn. de tutor. n. 219. vbi ita inquit iudicatũ & Viui.

decis.317.lib.1.& Thes.Q.forens.28.lib.3. Natt. cōs. 106.n.5.Rot.Rom. dec. 1055. part.3.lib.3. diuersō. infra tit.41.n.18.

30 1.Sublim.non procedere nisi debitum ex causa tutelæ illiquidum sit vt per citatos in limitatione.

31 3.Lim.non procedere in bonis hæredum tutoris & curatoris quæ non sunt tacitè pro administratione hipotheca ta Cuman.cons.78.Rebuf.d. n.16. Neguzan. sup.n.11.Seb.Med.supra.n.170.Molina.d.n.29.Rim. Iun.cons.484.n 62. Mantica. de contract. lib.11. tit. 16.n.11.& seq.Gutierez.d.cap.16.n.18. & 19. Montan.sup.n.36.Rip.in d.§.si quis.n.10.Franc. dec.321. n.7.Gratia.discept.225.n.75.

32 1.Amp.procedere in bonis emptis per hæredem tutoris ex pecunia in hæreditate tutoris remansa l.3. C. in quib.caus.pig.tacit.contrahat.glo.& Docto. in l. si hanc C.qui potior.in pigno.habean.Cuman.cons.58.

33 4. Lim. non procedere quando pupillus subsidiaria contra magistratum agere l. 1. §. priuilegium de magistrati.conuenien.Galganet.d.tit.37.n.8.

34 5.Lim.non procedere in tutore ventri dato nisi in lucem prodierit Tiraq.in l.si vmquam.verbo.susceperit. liberos n.146.C.de reuocan. donatio. in fine Pacif. d. cap 4.n.493.

35 6.Lim.nam priuilegiū quod habet pupillus in actione tutelæ non transmittit ad hæredem etiam ab eo descendentem l. ex pluribus. de administratio. tutor. Gutierez.supra n.19.qui ex lege Hispanica intelligit in personali non in reali & personam pupilli minime egredi Galg.d.tit.32.in fine & tit.37.n.7.lib.2. de côi. Ripa.supra.n.16.

36 7.Lim.non tamen prælationem dari pupillo contra realem hipotheeam habentes.glo.in l.eos.C. qui potior. in pig. habean. Molina. supra n. 6. & 29. in fine nec contra habentes interiorē personalem suboscure tamen. Ripa.in l.dabimus.§.si quis cum tutor.n.16. de priuil.cred.Gutier.de tutel.2.part.d.c.16.n.19. Noal. de transmission.cap.23.n.12.

37 8.Lim.bona minoris è contra non esse hipothecata tutoribus pro expēsis & alimentis Alberi. in l. pro officio, C. de administr. tutor. Ripa.in d.§.si quis.nu.13. de priuileg.creditor.Gutierez.d,c.16.n.20.Montan. sup.n.38.qui ita fuisse iudicatum testatur,& eam non habere tutores quamuis retentio eis detur pro credito liquido Galgan.de tutel. tit.37. nu.19. & seq. nec pro reliquatu sibi restituendo Munnoz. de ratioc. c. 39. in fine Medic.dec.19.qui tamen sublimitat in curatore hereditatis iacentis, cui esse hipothecata cum prælatione probat exemplo mutuātis pro rei refectione vel conseruatione si id factum sit & res extat & exam. 11. non tamen doti præfertur dec. 20. vbi idem de illatis. & inuectis Surd.de alim.tit.9. Q.44. vbi cōtraria tollit licet tutor & pupillus correlatiui sint.

38 9.Lim.non procedere in curatore dato bonis, absenti, ac ventri l.6.& 8.de priuileg. creditor. Galg. d. tit. 32.in fi.si venter partū ediderit dabitur prelatio.d.l.8.

39 10.Lim.non procedere in muliere quæ legitime tutelam non acceptauit, eius enim bona non sunt tacitè pro gestione obligata quia nō est tutrix Put. dec. 146. par.1.& dotis restitutio non retardatur ob nō redditā rationem gestorum vt iudicatum testatur ibi in fi.& in matre quæ ille gitimè gessit Decia.cons.79. n.46. lib. 2.& eitati infra lim. 12.

40 11.Lim.non procedere in bonis magistratus qui tutorē dedit quæ non sunt tacitè obligata pupillo l. 1. §. priuilegium.de magistr. conuen.Montan.sup.n.40.

41 12.Lim.non procedere quando non ratione officij, sed intuitu pietatis vel amicitiæ aliena negocia aliquis gessit glo. in l. si negocium de priuil. cred. & ita obtinuisset inquit Ang.in l. idem priuilegium eod. tit. Decian.cons.79.n.46.lib.2. vel cōiunctionis Gratian. discep.282.n.32.Rui.cons.94.n.2.lib.5.in matre Put. supra.

42 13.Lim.non procedere quando tutor non administrauit ea, quorū administratio à tutore alteri demandata fuit Decia.cons.85.n.51.lib.5.

43 14.Lim.non tamē impedire quominus tutor sua bona alienare possit, quamuis cū d.onere transeant.l.pro officio.20.C.de administ.tutor.l.1.C.rem alien.gerēt. Galgan.de tutel.lib 1.tit.1. n.25. & testari etiam potest ac donare cum sua causa l. de successione. 17. vbi glo.& Salic.C.de administ.tuto.vel curato.

44 15. Lim. nam tertius possessor bonorum tutoris hipothecariā actionem præscribit ac saluianū decennio inter præsētes ex côi.nisi in conditionalib[9], & vbi agi non posset, at si in contractu adesset constitutū, contra tertiū titulo possidentē dabitur condictio ex l.fi.C. de acqui.pos.quæ annis triginta cōpetit Affl.dec.139. n.5.Rota.dec.315.par.2.recentis.Gamma. dec. inst. 99.n.5.& in integrum restitui iuste ignorantem quis successit in ius alterius d.dec.315.

TIT. XXXIX.

PROPRIO NOMINE AN TVTOR CONVENIRI QVEAT.

SVMMARIVM.

1 *Vide supra tit.19.cap.63.*

TIT. XXXIX. CAP. I.

PROPRIO NOMINE AN TVTOR CONVENIRI QVEAT.

1 Vide supra tit. xix. cap. lxiii.

TIT. XL.

DE APPELLATIONE A SENTENTIA CONTRA TVTOREM LEGITIMVM VEL ILLEGITIMVM PRONVNCIATVM.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio datur à pronuncia tutorem legitimum vel illegitimum esse dic vt ibi.*

2 *Appellatio datur à pronuncia tutorem legitimum vel illegitimum simpliciter.*

Appellatio à reiectione excusationum datur & an ab electione tutoris vel curatoris.

3 *Appellare non potest tutor ad rationem reddendam condemnatus, nec eius hæres nec alter administrator emp. & lim.num.seq.* (*test petere*

4 *Compromissum fieri super ratione reddenda tutor non po.*

5 *Appellatio datur à pronuncia tutorem legitimum vel illegitimum.* (*mandet.*

6 *Appellatio datur si minori sine curatore solui iudex*

7 *Appellare debet tutor si contra ipsum fuerit iudicatum.*

8 *Appellatio per vnum ex tutoribus interposita quando alteri non prosit.*

TIT.

TIT. XL. CAP. I.
DE APPELLATIONE A SENTENTIA CONTRA TVTOREM LEGITIMVM VEL ILLEGITIMVM PRONVNCIATVM.

1 A Pronuncia tutelæ vel curæ legitimæ datur appellatio, quando scilicet iudex pronunciat tutorem vel curatorem fuisse legitime constitutum & personam legitimā habere prout de procuratore dicitur, quem iudex pronunciauit legitimum habere mandatum si aduersarius ex hoc grauetur appellare potest, ex hac enim pronunciatione procurator non fit, neque cum eo acta domino præiudicant l. cum non iusto. de collus. de teg. Doc. in l. falsus C. de furt. ideo si procederetur in causa & aduersarius vinceret, non prodesset, nec per appellationem à diffinitiua grauamen istud reuocari potest, quod si pronuncietur non esse procuratorem, procurator appellare potest, quia cum eo non speratur alia diffinitiua & in tutore idem est quod in procuratore si pronuncietur non esse legitimum tutorem, id est legitime constitutum; si vero pronuncietur eum esse tutorem, tunc si iudex adiecerit decernens ratum esse quod eo tutore factum fuerit non poterit aduersarius appellare, quoniam non grauatur ex quo gesta per eum valida sunt l. 1. §. idem Pomponius quod falso tutor. autho. &c. si vero fuerit simpliciter pronunciatum ipsum esse legitimum tutorem, tunc potest appellari sicut in procuratore quia gesta per eum non præiudicant pupillo l. si tutor. C. in quib. caus. in integr. restitut. non est necess. si vero in principali persona iudex pronunciet eam nō habere legitimam personam standi in iudicio, vel nō esse legitimam vt minorem ex aspectu, tunc appellare non potest quia non grauatur, statur enim pronunciationi huic nisi persona sit cui imputari possit quia veritatem scire deberet l. minor 25. annis ex aspectu de minot. Bar. in l. 2. Q. 3. n. 15. de appellatio. recipien. subdens iure canonico indistinctè appellari posse siue legitima, siue illegirima pronuncietur ad standum in iudicio persona comparens. Benintend. dec. 79. n. 10. Menoch. de adipiscen. possessio. remed. 4. n. 824. & seq. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 4. in fine.

2 Vbi autem, tutor simpliciter pronunciatur legitimus vel illegitimus datur appellatio quia talis pronuncia secum trahit executionem nec alia diffinitiua speratur Bal. in l. 2. n. 14. C. de Episc. aud. Sig. cons. 14. n. 9. Meno. supra Ruggin. de appellat. §. 2. cap. 3. nu. 63. Galg. de tute. lib. 2. tit. 38. n. 3.

Vbi vero quis datur tutor vel legitimus vel testamentarius eligitur vel curator non appellat, & appellans rerum pupilli periculum patitur, quamuis iniquitate vel imperitia iudicis elatus appellare queat, tutor etiā electus in contumaciam nō fit tutor appellatione durante nec decretum quoad expensas ea pendente exequatur; licet alia officia publica authoritate & vtilitate appellationem admittant ac tribuant Grat. decis. 30.

TIT. XL. CAP. II.
DE APPELLATIONE A REIECTIONE EXCVSATIONVM A TVTELA.

Vide supra tit. 25.

TIT. XL. CAP. III.
DE APPELLATIONE CONDEMNATO TVTORE.

3 Tutor condemnatus ad reddendam rationem non appellat, nec eius hæres, nec alius administrator, non enim propterea grauatur cum ad hoc iure sit obligatus Maran. de ord. iud. part. 6. actu. 2. nu. 187. limitat. 18. Lancelot. de attenta. part. 2. cap. 12. lim. 19. Rugginel. de appellat. §. 2. cap. 3. nu. 56. Galganet. de tutel lib. 2. tit. 38. nu. 5. Munnoz. de ratiocin. cap. 4. n. 5. Borg. de tuto. n. 222. Gutier. pract. QQ. 37. per tex. in auth. de satis. Episc. §. œconomos coll. 9.

4 1. Amp. vt non etiam petere tutor possir super ratione reddenda compromissum fieri Mars. sing. 467. n. 8. Borg. de tutor. n. 223. Galganet. supra n. 5.

5 1. Lim. nam bene datur appellatio à pronuncia tutorem esse legitimum vel illegitimum vt supra. cap. 1. & à reiectione legitimæ excusationis vt cap. 2.

6 2. Lim. quando iudex minori sine curatoris authoritate solui mandaret, tunc enim daretur appellatio Guid. Pap. dec. 75. n. 2. Rebuf. de sentent. execu. art. 10. glo. 1. n. 5. Galg. supr. n. 6.

7 3 Lim. quando in iudicio contra tutorem vel pupillū fuit iudicatum, tunc enim appellare tenetur nisi sententia in iudicatum transitum fecisset Scauia. de appellatio. Q. 5. n. 40. Galganet. supra n. 7. & lib. 2. tir. 5. n. 6. & 7. (vide supra tit. 18. cap. 4.) alioquin ad interesse tenetur lib. 3. Q. 40.

8 Si autem duo tutores fuerint condemnati reseruata facultate probandi remissionem debiti si vnus probationē susceperit alter autem appellauerit, & obtinuerit, ista sententia contutori non proderit, quia suscipiendo onus probandi, beneficio vtendi alterius appellationi renunciasse videtur Hortman. Pistor. Q. 47. n. 21. Gratian. discep. 115. n. 14.

TIT. XLI.
DE EXECVTIONE CONTRA TVTORES.
SVMMARIVM.

1 *Executio contra tutores & eorum bona pro debito pupilli fieri nequit amp. & lim. num. seq.*
2 *Executio non fit contra tutorem qui nomine proprio se obligauit vbi minor non tenetur, alioquin secus.*
3 *Condemnatoria sententia tutoris proprio nomine nulla est, nisi omisisset inuētarium, litēue calumniosā sustinuisset.*
4 *Litem tutorio nomine alter mouens proprio in expensis non condemnatur amp. num. seq.*
5 *Expensas nomine proprio non soluit tutor in lite calumniose mota.*
6 *Contrarium tenent ibi citati. lim. num. seq.*
7 *Expensas litis calumniosæ non soluit de suo tutor nisi calumnia euidens sit lim. num. seq.*
8 *Contumax tutor expensas soluit amp. nu. seq.*
9 *Contumacia tutoris pupillo nocet.*
10 *Grauari non potest tutor pro debito pupilli.*
11 *Executio sententiæ latæ contra tutorē fit contra pupillum pro interesse quantiplurimi, & pro alijs lim. n. 28. 29.*
12 *Conueniri nō potest tutor pro contutore soluendo existēte.*
13 *Contrarium tenet Tenni. ibi citatus lim. num. seq.*
14 *Conueniri alter pro altero nequit diuisa à testatore administratione lim. n. seq.*
15 *Negligens contutorem suspectum remoueri conueniri pro eo potest.*

16 *Expensas vt tutor soluat ratione processus retardati dolus requiritur.*
17 *Sententia nulla est cum procuratore, vel actore constituto per tutorem ante inuentarium & solemnia.*
18 *Retentio dotis maternæ non datur ob rationem nõ redditã.*
Executio sententiæ an contra procuratorem fieri possit.
19 *Executio contra personas & bona tutorum etiam si mater sit non reddita ratione fiet.*
20 *Contrarium in matre tenent ibi citati lim. num. seq.*
21 *Mater pro tutela carceratur si inhoneste viuat.*
22 *Executio contra tutorem fit proprio nomine obligatum & ita condemnatum.*
23 *Executio fit contra tutores pro expensis litis euidenter calumniose per eos mota vt ibi.*
24 *Inuentario liquidè recepta per tutorem probante, reddere ea tutor debet non expectata generali rationum redditione.*
25 *Contrarium tenent ibi citati.*
Executio contra socium ratione non reddita an fieri possit.
26 *Carcerari potest tutor bona pupilli habẽs nec illa exhibẽs.*
27 *Carcerari tutor potest pro fructibus pupilli consumptis nisi bona possideat pupillo hipothecata.*
28 *Executio contra tutorem instrumenti cancellati quando detur.*
29 *Executio nulliter facta contra tutorem confirmari debet.*
30 *Contrarium tenent ibi citati.*
31 *Executio non impeditur opposita compensatione.*

TIT. XLI. CAP. I.
DE EXECVTIONE CONTRA TVTORES ET EORVM FIDEIVSSORES ET ALIOS.

1 EXecutio contra tutores & eorum bona fieri non potest pro debito pupilli, etiam tutore nomine tutorio condemnato, nisi eiusdem pupilli bona detineat, nec ea exhibeat l. 1. C. quando fisc. vel priuat. vbi Bal. l. 1. C. quando ex facto, tutor l. 2. de admi. tuto. l. 4. de re iud. Spec. de Reo. §. 1. n. 18. Gutierez de tutel. part. 2. cap. 23. Marant. de ord. iud. 3. actu part. 6. de execution. sentent. n. 38. Duen reg. 275. n. 8. nec enim tenetur de his quæ tutor gessit, officio postea finito quia ex necessitate se obligauit. Christo. de Castel. cons. 3. n. 5. Natta. cons. 641. n. 9. Franc. Marc. decis. 99. n. 4. lib. 2. Ripa. in l. si se n. 17. de re iud. vbi idẽ si tutor condemnatus esset ex contractu nomine pupilli inito Montan. de tutel. cap. 31. eff. 6. n. 1. Galganet. de tutel. lib. 3. Q. 40. n. 1. Duen. reg. 275. n. 8. nec iudicati sententia contra tutores exequetur Ang. Aret. in l. 4. n. 4. de re iud. nec eis nocet l. cum quędam C. de admi. tut. Cancer. tom. 3. resol. 17. n. 566.

2 1. Amp. etiam si nomine proprio se tutor obligasset quando pupillus non tenetur, licet aliàs si se nomine proprio obligasset teneretur. & executio in suis bonis fieri posset Rebuf. de liber. oblig. artic. 2. glo. 1. nu. 96. & seq.

3 2. Amp. vt si tutor fuerit condemnatus proprio nomine sententia nulla sit, nisi inuentarium facere omisisset, litemue calumniosam sustinuisset Macerat. resolutio. 8. n. 31. & seq. lib. 2.

4 3. Amp. vt si tutorio nomine litem alicui mouisset, proprio nomine in expensis condemnari minime possit Tholos. dec. 40. vbi Add. tria remedia tunc pupillo contra tutorem competere probat vel restitutionis in integrum, vel quod contentus actionem cedat contra tutorem vel eius hæredem vel aget contra tutorẽ & eius hęredẽ Bero. cons. 103. n. 4. & 5. lib. 3. Anchar. in c. adhęc n. 14. de litis cõtest. qui actiones cedẽdo liberari inquit intelligens si nomine tutorio fuerit condemnatus & Flo. idem tradit in l. qui solidum § etiam n. 6. 7. de legat. 2. & Magon. dec. Florent. 142. n. 3. & 4. Aimo. in consuetud. Aluer. tit. 7. art. 2. n. 31.

5 1. Subamp. etiam si tutorio nomine in lite mota calumniosa tutor succubuerit vt tenent in ampliatione citati.

6 Contrarium nempe tutorem de proprio soluere expẽsas si in lite calumniose per ipsum mota succubuisset l. quoties. § sicut. de administratio. tutor. l. non est eod. tit. l. 6. vbi Salic. C. de admi. tuto. Bar. in l. 1. § si procurator. in fine si quis ius dicen. non obtemp. Ripa. in l. si se n. 18. de re iud. Bertaz. cons. crim. 409. n. 8. Maran. de ordin. iud. part. 6. actu. 3. n. 39. Borgni. de tuto. nu. 49. & seq. Abb. in cap. final. n. 22. de iuram. calum. & in cap. repræhensibilis. n. 19. & 21. de appellat. & litẽ calumniosam præsumi. Mago. dec. Florent. 142. nu. 4. & 5. Sola. in constit. Sabaud. tit. de minor. & eorum inuent. n. 28. pag. 92. qui probat ad expensas teneri propter iudicij protelationem, & dilationem productionis instrumenti ex Neuizan. cons. 17. n. 15. debet enim inutilem causam deserere Natta. cons. 17. n. 8. Piag. de tutor. Q. 19. n. 15. Gutierez. de tutel. part. 3. cap. 1. n. 104. & 105. Montan. de tutel. cap. 32. reg. 9. n. 102. vbi etiam de honorario aduocatorum & cap. 40. n. 18. & sequent. malam causam fouere inquit, si contrariam sententiam reportauerit. nisi ex euidentia facti, vel communi Doctorum sententia aliud appareat Galganet. de tutel. lib. 3. Q. 40. de suo tutorem teneri probans etiam ob libelli mutationem, vel perempta instantia; & ad interesse si non appellauerit cum pupillus bonam causam foueret & Rui. cons. 119. lib. 5. & subdit ex Couar. pract. QQ. 27. n. 3. agentem in dubio præsumi malam causam habere, quamuis succumbens malam causam habere dicatur & Borg. de tuto. n. 49. & 50. Plot. de in litem. iuran. §. 5. n. 20. vide infra lim. 3. principali Duen. d. n. 8. Gutier. de tut. part 2. cap. 4. n. 13. & seq. Tholos. dec. 40. & in dubio litem præsumitur iniuste mouisse de communi Coua. prac. QQ. cap. 27. n. 3. vers. 6. Gutier. supra n. 16. 17. vbi etiam ex Borg. supra n. 53. tutorem ad expensas mutati vel emendati libelli teneri probat, vel instantia perempta n. 18. Masuer. in pract. tit. de tut. & cur. n. 24. vide supra n. 4351.

7 1. Lim. hanc secundam opinionem non procedere nisi calumnia euidens esset, nec enim succubuisse sat est, nec sola temeritas, sed calumnia requiritur Ceph. cons. 429. n. 35. & 86. Meno. cons. 145. n. 15. Gutierez. supra n. 106. vbi etiam n. 107. ex Meno. supra n. 21. & 22. calumnia cessare subdit in tutore accusante iniuriam pupillo illatam nisi euidenter probetur. Signor. cons. 36. n. 8. vbi etiam non pręsumi calumniam & inuestigare teneri vbi sint bona minoris & inuentario ponere & ideo excusari n. 9. Ripa. supr. n. 19. & sufficere bonam causam fouisse putasse Bertazo. cons. cri. 409. n. 9. 10. vbi ab expensis & interesse tam tutorem quam pupillum excusari Intrigl sing 11. lib. 3.

8 1. Sublim. hanc primam limitationem non procedere quando tutor contumax fuisset, nam ex sua contuma-

cia

eia expensiuis condemnabitur Ias. in 1. §. si procurator n. 21. qui satisd. cog. Natt. cons. 17. n. 9. Galgan. supra Carpan. super statuto Mediol. cap. 10. n. 7.

9 1. Amp. vt hęc tutoris contumacia pupillo etiam noceat Bar. In l. 1. §. si procurator n. 6. si quis ius dicen. non obtemperau. Contard. in l. diffamari. in amp. nu. 54. C. de ingenu. & manumis. ex magis communi, sed non potuit reperire Alex. quem citat de ea testantem & Bar. distinguit circa vnius distinctionem vide ibi Cur. Iun. n. 25. & seq.

Contrarium tenet Cag. in d. §. si procurator n. 33. Cur. Iun. n. 27. & est tex. in d. §. si procurator.

10 4. Amp. vt pro debito pupilli nequeat tutor grauari nec in persona, nec in bonis Bal. in l. cum etiam C. de reb. cred.

11 5. Amp. vt contra pupillum executio sententiæ contra tutorem latæ facienda sit pro interesse quantiplurimi l. 7. quando ex facto tuto. latè Bero. cons. 103. lib. 3. n. 11. tutor enim moram pupillo committit & pro his pro quibus tutor & curator cōdemnati fuere executio contra pupillum vel minorem fi. & l. 1. C. quando ex facto tuto.

12 6. Amp. conueniri non posse pro contutore soluendo existente Io. de Plate. in l. hi qui. C. de peric. lib. 11.

13 Contrarium probat Tenni. caut. 289. n. 6.

14 1. Lim. hanc secundam opinionem non procedere quādo administratio à testatore vel iudice diuisa fuisset Tenni. supra n. 7.

15 1. Sublim. hanc primam limitationem non procedere quando per dolum, aut culpam contutorem suspectum remoueri non iurassent, vel tarde cum aliquis eorum non soluendo factus esset, vel suspicionis causam agendo sua sponte pupilli iura prodidissent Tenni. supra n. 7. & seq. per l. 2. §. 1. C. de diuid. tutel. vel si cum sciret vnus quid agēdum administrationem alterius concernens, ignoranti alij notum non fecerit l. Titium. §. tutores. de ądministrat. tutor.

16 7. Amp. nam vt ratione retardati processus tutor, aut aliter tutor in expensis condemnetur dolus probari debet qui non præsumitur Signorol. cons. 36. n. 8.

17 8. Amp. vt sententia nulla sit cum procuratore vel actore constituto per tutorem ante Inuentarij ac solemnium confectionem Cacchera. cons. 36. n. 14. & seq. 25. & seq. nec ideo executioni contra aliquem mandari possit, cum nulla sententia numquam transeat in iudicatum l. ea quæ. C. quomodo & quam iud. Soc. Iun. cons. 70. n. 34. lib. 1. vbi de communi. & Gab. cons. 43. n. 43. in fine lib. 1. & sententia pro illius executione lata nulla est, vel reuocanda, nec aliquod præiudicium potest afferre Cor. cons. 284. n. 5. lib. 4. Gab. cons. 43. n. 44. & seq. lib. 1. qui post Bal. cons. 274. n. 2. lib. 3. subdit quod si sententia ex actis & iuris allegationibus iniusta detegatur numquam est exequenda, & quod etiam sententia illius confirmatoria non nocet in aliquo. de communi Onded. cons. 79. n. 40. & seq. lib. 2.

18 9. Amp. vt dotes matris tutricis ob non redditam rationem retineri non possint etiam expræssa extante hipotheca nisi eius debitum liquidum foret Rot. Roma. in Romana tutelæ 17. Februarij. 1603. coram Seraphino, Borgni. de tutore n. 219. qui testatur ita iudicatum latè Gratian. discep. 129. n. 21. & seq. Rot. dec. 1055. part. 3. lib. 3. diuerso, dixi supra tit. 38. n. 7. & 29. Costa de rati. ratæ. Q. 54. in fi. Q. 58. nu. 10. Neguz. de pig. 1. membr. 5. par. n. 36. Medic. exam. 56. n. 42. & ita pluries iudicatum ait Neguz. supra, nu. 37. Gomes. dec. 66. lib. 1.

10. Amp. vt neque contra procuratorem sententia exequi possit Affl. dec. 64. n. 3. Guid. Pap. cons. 24. n. 9. in fi. Afin. in prax. §. 31. cap. 2. lim. 21. n. 2. etiam respectu expensarū si fuerit executus quod in mandatis habebat l. 3. §. si procurator. quod quisque. iur. Bar. in l. 4. n. 2. de re iud. Intrigl. sing. 11. lib. 3. Ang. de Aret. in d. l. 4. n. 9.

1. Lim. non procedere quando procurator se liti obtulisset, tunc enim contra ipsum sententia exequi posset Bar. in d. l. 4. Cor. in l. 1. n. 8. C. de sent. & interlo. om. iud. Papien. tit. de forma execut. sent. glo. sapiens. nu. 29. in fine Intrigl. supra.

11. Amp. vt nec contra pupillum sententia exequi possit, qui ab eius hæreditate, cuius causa condemnatus fuit, se abstinuerit l. 2. vbi Bar. de admi. tutor. & l. pen. vbi Bar. de autho. tut. vbi quando restitutus in integrum fuit ad se abstinendum ab hæreditate condemnati.

12. Amp. vt executio contra tutores & curatores iudicati actio non detur pro gestis finita tutela & cura, si nullam ex consensu post depositum officium nouationem factam, & in curatorem, vel tutorem, obligationem constet esse translatam l. post mortem. 5. vbi Bar. quand. ex facto. tuto.

15. Amp. vt si sententia laudum & transactio nulla sit etiam pro parte exequi non possit Put. dec. 323. lib. 1. Franch. dec. 173. Monach. dec. Bono. 25. & nullum dicit dec Luc. 53. n. 30. quando non fuit super toto iudicatum & si necessarium ex statuto sit & nulla & iniusta exequi non posse. Ond. cons. 79. n. 40. & seq. lib. 2. Mona. dec. Bono. 13. n. 108.

Lim. quando iudex cognouit super excusatione & sententiauit, nisi appelletur nec ex notoria iniustitia executio impeditur Surd. cons. 405. n. 15.

16. Amp. vt contra pecunias pupilli etiam in eruptionē prędiorum destinatas executio sine iudicis decreto fieri possit quia necessaria est alienatio l. à Diuo Pio. §. sic quoque vbi Ias. n. 2. de re iud. Alex. n. 7.

19 1. Lim. nam si tutores non reddant rationes pupillo, executio contra eorum bona & personam etiam si mater sit fieri poterit illam etiam carceri mancipando, quamuis si mater non posset reliqua restituere carcerari non posset, prout nec alij qui non tenentur nisi in quantum facere possunt Bar. in auth. matri & auiæ n. 13. C. quando mulier. tutel. offi. fungi. poss. Dec. in l. fœminæ. n. 74. de reg. iur. Bertaz. cons. crim. 441. n. 1. & 2. de communi Montan. de tutel. cap. 15. nu. 63. & seq. & pro reddenda ratione Bertaz. cons. cri. 441. n. 2. ex Roma. cons. 118. n. 3. Gail. obs. 50. nu. 4. lib. 2. Decia. cons. 94. n. 19. lib. 3. 42. nu. 20. 21. lib. 5. receptiorem ait Coua. initio 2. par. relect. n. 7. fol. 381.

20 Contraria sententia in matre magis communis est vt carcerari neutiquam possit, verior, & æquior vt testatur Gutierez. de tutel. part. 1. cap. 8. num. 36. & part. 2. cap. 16. n. 12. pract. QQ. lib. 2. Q. 26. post Couar. var. resol. lib. 2. cap. 1. nu. 3. Add. ad Mattes. sing. 108. n. 5. & seq. latè Farin. Q. cri. 27. n. 63. & Spino. de testament. glo. 29. n. 69. Galganet. de tutel. lib. 2. tit. 2. n. 12. & lib. 3. Q. 11. n. 23. vbi veriorem Borgn.

de tutor. n. 323. & seq. Munnoz. de ratioc. cap. 35. vbi idem de patre & alijs ascendentibus secus tamen in fratre probat si tamē dolus probetur. Add. ad Bertaz. supra Vasq. de suc. lib. 3. §. 22. n. 82.

21 1. Lim. hanc vltimam opinionem non procedere quando mater inhoneste viueret. Add. ad Mattesil. supra n. 8. & seq.

2. Lim. quando mater omni iuris & legum auxilio renunciasset Soc. cons. 180. n. 2. lib. 2.

22 2. Lim. principaliter non procedere quando tutor proprio nomine se pro pupillo obligasset, & ita condemnatus fuisset Marcabrun. cons. 77. n. 2. Io. Imbert. inst. forens. lib. 1. cap. 50. lit. B. Montan. sup. n. 1. Euer. in loco de tamquam seu respectiuis. n. 12. vbi idem de procuratore, curatore, & alio legitimo administratore Boer. decis. 80. ad fi. 273. n. 6. Scain. decis. Bono. 49. n. 15. Coler. de proces. exec. par. 2. cap. 3. nu. 246. Mauso. de caus. execu. lim. 11. n. 69.

23 3. Lim. non procedere quando tutor causam euidenter iniustam sine peritorum consilio prosecutus in expensis condemnatus fuisset, vel male conceptum libellum emendasset, tunc enim tutor & curator expensas lucrit l. non est ignotum. l. si bona C. de administrat. tutor. Ias. in l. edita nu. 40. C. de eden. Doc. in l. 4. de re iud. Montan. supra n. 2. & 3. idem in alijs administratoribus dicens & non imputare pupillo honoraria aduocatorum l. quoties §. sicut. de administratio. tutor. & idem in administratoribus loci pij & procuratore generali post Euerard. in loco a pupillo ad Ecclesiam Borg. de tutor. n. 51. & seq. & 286. Duen. d. n. 8. Bertaz. cons. crim. 409. n. 8. Maran. de ordine iudiç. part 3. actu. 6. n. 39. & quando sui culpa restitutionem in integrum petit Contard. in l. diffamari. in ampliatio. n. 74. C. de ingenuis & manumis. & quando instantia perijsset, appellatio vel non fuisset à tutore interposita, illamue non fuisset prosecutus Borg. sup. n. 53. & seq. & in dubio litem iniustè mouisse præsumi n. 50. Couar. pract. QQ. cap. 27. n. 2. versic. sexto. Galgan. de tutel. lib. 3. Q. 40. n. 3. vide supra amp. 3. & tit. 18. cap. 4. & executio fiet contra tutorem, tutorio nomine condemnatum & contra pupillum qui tamen cedendo actiones contra tutorem liberatur si tutela finita sit ea enim durante à pupillo exigetur qui à tutore recuperabit Afin. in prax. §. 31. cap. 2. amp. 50.

24 4. Lim. vt si ex inuentario vel aliter constet quid & quantum ad tutorem ex pupillorum bonis peruenerit cogatur quod recepit restituere non expectata generali rationum redditione Soc. cons. 24. n. 36. lib. 1. Benint dec. 90. Minf. cent. 2. obs. 6. Surd. dec. 184. ex magis communi & cons. 296 n. 23. & 24. quando inuentario descripta peterentur. & Gratia. discep. 129. n. 6. & seq. & alias decisiones pro hac parte citat Ricci. collect. dec. 2017. Rot. Bono. decis. 124. nu. 7. per Fundac. & Gipsi.

si detur institutus hæres creditor præiudicia euitabit de communi Gutier. in l. nemo potest, num. 224. de leg. 1. & conf. 17. Rui.conf. 151. nu. 1. lib. 3. Borg. de tuto. nu. 91. & conditione pendente possessionem bonorum hæres institutus agnoscet d. conf. 17. nu. 3. 4. & Capi. supra secutus est Borg. supra. nu. 110. Simō. de Pret. conf. 54. nu. 26. alios autem curatores non teneri citare proximiores probat. Alba. conf. 328. n. 70. non dari subdens si hæres adsit & si clericus citari à laico debeat clausula addi debet si sua interesse putauerit Alba. conf. 208. non tamen adijci potest clausula alias &c. Gutier. conf. 48. n. 9. Fari. Q. 8. n. 87. & seq. Gail. obs. 37. n. 7. lib. 1. vbi clericum ratione officij tutelæ curæ &c. coram laico conueniri, & laicū ratione bonorum Ecclesiæ puta operariūm corā Ecclesiastico conueniri Dec. conf. 700. n. 3. Gail. supra. Viu. dec. 30. vbi si putauerit sua interesse citari coram laico posse in publicatione testamenti, & inuentario nec forum hoc casu declinare, licet secus sit si author laudetur ad emptorem defendendum nisi litem suscipere velit declinat etiam à colono laudatus Fari. Q. 8. n. 87. & seq. vbi coram laico si sua interesse putauerit citari posse & comparens fit voluntarius actor, potest vero declinare forum, nec potest in citatione à laico addi alias contra ipsum procedetur Seraphi. dec. 512. & operarios coram Ecclesiastico esse conueniendos Gutier. conf. 48. Garzia. de benef. part. 5. cap. 1. nu. 599. sed operarios fabricæ & exactores oblationum coram laico conueniri si laici sint, & Ecclesiastico rationem reddere Loter. de re benef. lib. 1. Q. 36. n. 53.

12 11. Amp. non posse constitui die qua contrahit adultus, ne præcipitanter & sine causæ cognitione contractus celebratus videatur, sed prius debet constitui Bertaz. de clausul. clauf. 8. glo. 9. & 10. post Alex. cōs. 163. n. 5. lib. 5. vide infra n. 29. amp. 24. Ias. in l. iudicis. n. 3. C. de iudic. Pic. ad stat. Vrb. lib. 1. cap. 151. glo. 20. n. 11.

13 12. Amp. vt absentis bonis curator non debeat tamquam vacantibus dari, sed vt absentis & indefensi, vel vita functi, alioquin datio corruet non seruata forma tradita per Specu. de curator. §. cum autem tradēs formas quæ in datione curatorum seruari debēt. Castr. conf. 143. n. 1. lib. 1. & citatio saltem generalis per proclama fieri debet an aliquis absentem defendere velit vt per eos, nec nisi de absentia constet; creditores instent coram competenti iudice coram quo scilicet absens iudicium subire coactus fuisset, curatorem iudex dare minime potest Rol. conf. 48. n. 14. & seq. lib. 1. qui subdit curatorem legitime datum absentem sine cunctatione defendere promittere teneri (vide. supra. tit. 4. amp. 5.) Meno. de arbitr. iud. cas. 150. n. 2. & infra. amp. 14. hoc tit. & à iudice ex officio dari posse Bar. & Alba. in l. de curatore. de cur. bon. dand. & vacantia esse oportere & propinquos, & amicos absentis citari debere Crau. conf. 651. vel saltem ad domum absentis.

14 13. Amp. vt proximiorum citatio requiratur si curator bonis defuncti detur, licet secus si absentis Simo. de Pret. conf. 54. n. 26. Gail. obseruation. 130. n. 4. lib. 2. Gab. conf. 28. n. 41. lib. 2. citatione ista omissa actū nullum dicens si ita citandus declaret; sed & proximiores esse citandos si absentis bonis curator detur Simon. de Pret. conf. 136. n. 7. Crau conf. 651. & conf. 740. n. 3. vbi de dato hæreditati iacenti & conf. 225. nu. 1. & 2. vbi quando datur bonis absentis Gail. obs. 130. n. 3. lib. 2. requritur etiam si detur liti pupilli Affl. decil. 262. nu. 2. Cacche. dec. 89. nu. 6. Mastril. dec. 73. nu. 7. Gratia. discep. 668. nu. 26. & generale est si bonis detur Bat. in l. 1. n. 3. de cur. bon. dand.

15 1. Lim. nam pupillus cui curator dari debet non est citandus, licet adultus cui curator constituendus est citari debeat Alberi. in l. ait prætor. §. permittitur n. 4. de minor Add. ad Salic. in l. 1. C. qui pet. tutor. Gab. de citatio. conclus. 1. nu. 498. Maran. de ord. iud. part. 6. in princip. nu. 35. vbi quando tutor, vel curator pupillo sine inquisitione à iudice decernitur. Imo. in l. si finita. §. non autem circa finem de dam. infect. Add. ad Salic. in l. 1. C. qui petant. tutor. Natta. ad Alex. conf. 122. lib. 1. Ias. in l. nequicquam. §. vbi decretum. n. 40. de offic. proconsul. Afflict. in prax. §. 7. cap. 7. limitation. 65. (quicum Gab. supra congerit casus requisitæ & non necessariæ citationis) & adultum citari ad curatorem sibi petendum cautius inquit Neuizan. conf. 17. n. 77. Ang. in l. 1. n. 1. & seq. C. qui pet. tut. minorem citari debere vt curatorem sibi ad litem petat, quod si non fecerit ei inulto ad litem dari.

16 1. Sublim. non procedere nisi (quod attinet ad adultum) quando non petijsset sibi curatorem dari, tunc enim adultus citandus esset, secus si certum sibi constitui petijsset, tunc enim alia citatione opus non esset Surd. supra n. 278.

17 2. Lim. non tamen prodigi citationem requiri quando ei curator dari debet Dec. in l. furiosi. n. 7. de reg. iur. Ias. in d. §. vbi decretū n. 39. Maran. de citation. n. 31. Ruin. conf. 89. n. 13. lib. 5. Marf. in l. de vnoquoque n. 69. de re iud. vbi alios casus quibus non requiritur citatio & Gab. de citat. concl. 1. n. 297.

18 Contrarium tenent *Docto.* in l. is cui bonis. 6. de verbo obligatio. Gab. de citatio. conclus. 1. n. 188. & seq. de communi Cag. in d. l. furiosi. 40. nu. 17. & Soarez. comm. opinio. lit. P. n. 324. Bero. Q. 122. (qui tamen in demente secus inquit) de communi etiam com Cag. & Soarez. testatur Viui. commun. opinio. verbo. prodigus citandus.

19 Distingue vt si prodigo administratio fuerit interdicta citatio requiratur, alioquin secus. Cag. d. num. 17. Scrader. de feud. part. 10. sect. 19. n. 179.

20 3. Lim. furiosi citationem non requiri quando ei dādus est curator Dec. in d. l. furiosi. n. 7. Cag. n. 18. Marant. supra. n. 35. Gab. supra. n. 297. Afin. supra lim. 64. de communi Scrader. supra. n. 280. vbi reijcit Fab. & Aret. contrarium tenentes. Marfil. in l. de vnoquoque. n. 69. de re iud. nec etiam demens citari oportet Bero. Q. 122.

21 4. Lim. in infante qui citari non debet vbicumque ei potest curator dari Bal. in cap. 1. n. 20. de milit. vasal. qui centum. Afflict. dec. 256. 262. 369. Neuiz. conf. 17. n. 21. Scrad. supra. n. 281. vbi tamen & coniunctos & amicos probat esse citandos.

22 14. Amp. vt in curatore dando absenti, ab hostibus capto, & hereditati iacenti ea seruari debeant quæ tradunt Bal. conf. 352. lib. 1. Neuizan. conf. 17. n. 24. & seq. Rol. conf. 48. nu. 14. & seq. lib. 1. Crau. cōl. 651. Bero. Q. 122. Brun. de cession. bono. Q. 19. principali.

Menoch.

Menoch. de arbitr. cas. 150. & vita absentis probari debet Gozad. cons. 68. n. 5. Montan. de tutel. cap. 18. n. 85. & absentia & quod procurator relictus non fuerit n. 72. Ang. cons. 103. vbi etiam non debere latitare vt detur, & Monta. supra. n. 84. & furorem, prodigalitatem, & aliam qualitatem vel causam probari debere ob quam dandus est curator Galganet. de tutel. lib. 2. Q 31. & Ang. supra requiri probat clare de absentia iudici constare, & quod instante maiori parte creditorum vel interesse habente puta filia proximiore fuerit constitutus, & quod á iudice administratio decernatur. In curatore dando furioso vel mente capto seruari debent tradita per Ancharan. cons. 314. & Alexan. cons. 86. lib. 2. quos refert Carpa. cap. 34. nu. 45. & 46. vbi refert Menoch. supra respectu curatoris bonis absentis vagabundi & iacentibus, & in dando bonis seruari debent solemnia de quibus per Alex. cons. 221. n. 5. lib. 6. Dec. cons. 575. Vant. de null. ex defect. manda. n. 146. Borg. de tuto. n. 333. refert. Carpa. supra n. 58. & citatio specialis necessaria est eorum quos prima causa successionis respicit Alex. cons. 137. n. 11. lib. 2. & constare 1. debere iurisdictionem iudicis, 2. absentem non dimisisse procuratorem. 3. de absentia debet apparere. 4. dubia debet esse mors absentis. 5. Iusta causa curatorem dandi velut si bona dissipentur, creditores vrgeant vel quod instent primum gradum successionis tenentes. Meno. supra nu. 15. & seq. & Carpa. cap. 34. n. 45. & seq.

23 15. Amp. vt licet in testamento dari non possit in quo tutor datur idem tutor & curator, contrarium tamen consuetudo seruat Gratia. discep. 225. n. 23.

24 16. Amp. satisdare curatorem teneri priusquam administrationem suscipiat l. cognatos. C. de captiu. & postlim. reuers. Alex. cons. 221. n. 8. lib. 6. Dec. cons. 575. n. 2. in fi. infra tit. seq. c. 2. Bar. in l. fi. §. sed cũ C. de curato. furiosi. vbi legitimũ & datiuũ nisi facultatib⁹ idoneus satisdare teneri non etiam testamentarium.

25 17. Amp. curatoris dationem valere sine citatione eius de cuius præiudicio consequenter ageretur Alex. cons. 86. n. 1. & seq. lib. 2. & sine inquisitione. n. 7. quãdo autem curatorem dari quis petit minori ætatem probare debet, probatur autem ex aspectu partibus præsentib. vel citatis & iudice ita decernente Bal. cõs. 1. n. 6. 7. lib. 4.

26 18. Amp. vt si extent creditores absentis de quorum præiudicio ageretur curator sit constituendus ex consensu maioris partis eorum l. 2. in prin. de curat. bon. dand. Alex. cons. 221. n. 9. lib. 6.

27 19. Amp. dari curatorem hæreditati si substitutum viuere dubitetur Bal. cons. 267. n. 2. lib. 4. vel hæredes deliberent. l. 3. de curato. furio.

28 20. Amp. ex officio iudicis dari posse nemine petente Dec. cons. 575. n. 3. & prodigo dari posse licet agnati soleant petere de cõi. Rip. in l. is cui bonis. num. 38. de verbo. oblig. nec opus est Episcopi præsentia Bar. in d. §. sed cum & extra banchum iuris in Camera. Bal. in l. qui habit. §. quolibet. n. 2. de tutel. Pie. d. glo. 20. n. 21.

29 21. Amp. pendente appellatione super datione tutelæ, curatorem pupillo dari l. cum in vna. §. tutor pupillo. de appel. vbi Aret. Imo. & alij; sed si necessaria sit tutoris authoritas, tutor dabitur, non curator, vt in adeunda hęreditate d. §. tutor vbi Bar. & alij. Imo. n. 2.

22. Amp. vt si minori & prodigo detur, administratio minori vt prodigo debeat interdici de cõi. Rip. in l. is cui bonis. n. 35. de verb. oblig.

23. Amp. sub conditione dari posse, & dilatione pendẽte vrgentia vendere & soluere posse Cuma. in l. si quis §. item si. n. 3. 4. de hæred. inst.

24. Amp. vltima die pubertatis dari posse Bal. in l. si cũ n. 3. C. quand. prouo. non est neces.

25. Amp. die feriato etiam in honorem Dei dari posse l. nec mandante. §. fi. de tut. & cur. dat. ab his. Bal. in l. qui habet §. quolibet. de tute. Salic. in l. actus n. 2. C. de fer. Pie. ad stat. vrb. lib. 1. cap. 151. glo. 20. n. 19. licet in curia Roma. non seruetur.

30 1. Lim. dari non posse nisi in subsidium bonis & hæreditati iacenti si scilicet tutor cesset, aut non extet suus hæres, alioquin cum curatore isto gesta nulla sũt Bal. cons. 308. n. 1. & seq. lib. 1. Crau. cons. 651. n. 3.

31 2. Lim. non dari a iudice si subsit dubium ætatis ne præiudicium fiat. Purp. in l. pacta nouissima nu. 68. C. de pact.

32 3. Lim. non posse per epistolam dari cum decretum iudicis requiratur, sed pręsens esse debet Cast. in l. procurator est. §. dari. n. 5. post Bal. n. 1. de procur. Gail. obs. 108. n. 5. lib. 2. Genua. de scrip. priu. lib. 3. Q. 16.

33 4. Lim. adultis non posse testamento curatorem cõstitui nisi furiosis aut mente captis Dec. in l. quo tutela. 73. §. nemo. n. 4. de reg. iur.

34 5. Lim. ad contrahendum non dari á Iudice nisi minor vel mulier id petat l. 2. §. curatores. qui pet. tut. Bal. in l. curatorem n. 2. de neg. gest. Gab. cons. 25. nu. 12. lib. 2. Pancirol. cons. 160. n. 9. Pic. ad stat. Vrb. glo. 20. cap. 151. lib. 1. n. 18.

TIT. VII.
QVÆ FACERE CVRATOR TENEATVR.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium curator facere debet manu publici notarij lim. nu. seq.*
2 *Curator ad litem non tenetur inuentarium facere, nisi lis finita sit; nec alij vt ibi.*
3 *Curatoris gesta ante inuentarium tenent sed illud postea facere tenetur.*
4 *Defensionẽ curator minoris vel absẽtis promittere debet.*
5 *Solemnia curatores fecisse ex cursu longissimi temporis præsumitur.*
6 *Solemnia præsumuntur impleta ex eo quod minor curatorem aliquem esse asseruit.*
7 *Solemnia curator non tenetur implere appellatione à cura decreta pendente.*
8 *Creditor bonis curator dari potest, & satisdat vt ibi lim num. seq.*
9 *Curator testamento datus non satisdat.*
10 *Satisdationem iudicatum solui non præstat curator.*
11 *Curator pecuniam collocare tenetur et bona salua facere.*
12 *Curator non potest nuptias contrahere cum persona cuius negocia gerit.*
13 *Litem deserere non potest curator generalis nominãdi specialem qui melius agat.*
14 *Dotare adultam tenetur & cogitur curator.*
15 *Negligentis curatoris est periculum curæ lim. vt ibi. num. 16.*

Subrogatus curator ea facere debet quæ curator facere tenebatur & eamdem habet authoritatem.

17 *Satisdare an debeat curator rem pupilli saluam fore.*

18 *Periculũ administrationis tutoris & curatoris quãdo sit.*

Amp. & lim. generales.

TIT. VII. CAP. I.
QVÆ FACERE CVRATOR TENEATVR.

1 CVrator inuentarium facere tenetur manu publici notarij l.fin.C.de curato.furios. Bar. in l.tutor qui repertorium nu.1. de administratio.tuto. & in l.1. n.5. de curator. bon. dand. loquens de dato bonis vniuersaliter Boer.dec.23. n.99. vbi de dato furioso Montan.de tutel.cap.28.n.8. Papien. in form.lib.ad red.rat.tut.glo.& curatores n.5.per.fi.C. de cur.furio.Surd.cons.168.n.19. subdens semper curatori huic obijci posse quod inuentarium non confecerit Marcabr.cons.42.n.26. Odof. de cur.bon.dand. n.64.vbi etiã omnia in eo describi debere. post Spec. de curato.§.vt autem n.4.& §.cum autem. n.16. Nepos à Mont. Alba .de excep. art. 12. Boer. dec.23. nu. 101.alioquin vt suspectum remoueri posse subdens. (vide supra tit 6.) Gail.obs.130.n.5.lib.2. vbi etiam teneri creditoribus copiam tradere.Rebuf.de inuent. n.3.& illud augere debet auctis facultatibus Rauen. sing.90.Bal.cons.137.lib.1.vbi de curatore dato ventri, vel bonis.Io.de Plate.in l.si quando.n.1.C.de bon. vacan.lib.10.Aret.in l.si omnes n.3.C.si min. ab hæred se abstin. Seb.Med. reg. 10. n.34. sufficere ait referre se ad inuentarium tutoris Cald.de rest.in int. in princ n.36.

2 1.Lim.non procedere in curatore ad litem qui inuenuentarium facere non tenetur nisi lis finita sit secundum cõem Doc. sententiam Bar.in d.l. tutor qui.n.5. & in l.si vacantia.n.11.C.de bon. vacan. lib.10.& in l.8.rem.pup salu. fore prout si datus esset ad actũ certum Porcellin.de inuent.Q.2.n.17. secus dicens in dato ad credita exigenda & hanc limitationem primã communem testatur Balb.decis.152.Put.dec.130.lib. 3.Mantua.sing.582.Borgni.de tutor. n.284. Gratia. disceptatio.225.n.32.& seq.subdens tamen librũ expensarum facere teneri & inuentarium quando ad eius manus aliquid peruenit ex Rol. de inuentar. Q. 45.n.8.&9.Bertaz.claus.8.glo.5.n.3.& 4.de cõi Carpan.cap.34.n.49. ita iudicatum dicens Rot.dec. 1. de iud.in nou.Ricci.collect.2314.& ita in camera obseruatur Gail.obs.108.n.11.lib.2. Tholos. dec.246. Larath.cons.27.n.13.Gratia.dec.75. n.6. Papien. supra n.8.Rebuf.supra per l.de creationibus vbi glo. verbo. conscripto C.de Episcop. aud. vide supra tit.4. n. 16. tenetur tamen illud facere de iuribus quæ ad ipsum peruenere Io.de Plat.d.n.1.& ad litem vel vnum actũ datum id facere non teneri Bar.in l.1. nu.5. de curat. bon. dand.Ang. in l. 1. n. 3. C. qui pet. tut. vbi non teneri inuentarium facere nisi postquam cœperit bona administrare quæ ad eum propter litem venere. & Sali.in l de creationibus.n.2 C.de epi.& cle. Aufr.ad Tholos.dec.72.Cancer.var.resol. tom.1. cap.7. num. 40.

3 2.Lim. nam gesta interim tenent sed postea fieri debet Simo.de Pret.cons.54.n.29.& gerere potest circa tempore peritura & adulto prodesse non obesse Alex. cons.163.lib.5.

3. Lim. in curatore ad negocia puta ad diuisionẽ faciendam dato. Bal. cons. 146. n. 2. lib.2. & ad vnum actum datum non teneri inuentarium facere cum nõ habeat administrationẽ nec ei solui possit glo. in l. de creatione C.de epi.Audien.Spec.de acto ab Vniuersitate n.9. Bar.in l. & si. C. rem pup. salu. fore Aufr. ad Tholos.dec.146.& cõiter seruari Bal.cons.146. nu.2. lib.2.Bertaz.claus.8.glo.5.n.4.Pic.ad stat.Vrb.lib.1. cap.151.glo.20.n.27.

4 2. Defensionem minoris vel absentis curator electus promittere tenetur absque vlla cunctatione suscipere satisdare, vtilia facere & inutilia prætermittere, & a Iudice administrationem sibi decerni facere l. fin. §. sed cum C.de curator. furiosi. Ang. cons. 103. n. 1. & seq. Alex. cons. 221. n. 8. lib. 6. & 163. lib. 5. vbi de omni curatore & satisdare etiam saltem sine inquisitione datus tenetur & Dec.cons.575.n.3.& Cap.Tholos.dec.247.& Capic.dec.87.Marcabr.cons.42.n.26. vbi etiam iurare debere.Specul.de curator. §. vt autẽ. n.4.& §.cum autem.n.16.qui bonis datum ex inquisitione non satisdare; secus si sine ea. Tholos.dec.72. in addition.satisdate teneri, & promittere vtilia facere & inutilia prætermittere & minorem indefensum nõ relinquere & dec.247. Porcellin.de inuentar.cap.2.n. 17.ad lites datum non teneri facere inuentarium, secus in dato ad credita, ad prædia, etiam, non si ad rem certam Montan. d. cap. 28. n.81.solemnia facere & curam minoris habere debere *alioquin contra* eum in litem iurari cap.29.n.36. Gratian. *disceptat.* 225.n. 32. probans teneri satisdare de iudicio sisti nõ etiam iudicatum soluendi ex Fabr.in §.item inuiti. n. 5. Instit.de curator. etiam si ad litem, vnumue negocium datus sit; satisdare debet, quamuis Rota.Rom. secus seruet vt in dec.216.num.6.&7.par.4. diuerso. Achil.de Gras. dec. 89. quæ tamen exceptis Romanis propter statutum Rotam probat inclinasse pro cautione. Crau.cons.540.n. 1. subdens teneri rem pupilli saluam fore Bertaz.claus.8.glo.5.n. 4. qui probat curatorem generalem ad omnia teneri ad quæ tutor tenetur specialem autem puta ad litem, vel actum certum non teneri inuentarium facere teneri, tamen *iure* iurando minoris defensionem promittere expressè ac specificè l.finali.§.omnem. vbi Doc. C. de admini. strat. tutor. nec sufficiet promittere vtilia facere, & inutilia prætermittere nisi expræssè etiam promittatur defensio ex communi, teneri etiam satisdare rem pupilli saluam fore etsi ad species rem pupil. saluam fore vbi Bar. & Bal. sed curæ datio sustinebitur etiam si rem pupilli saluam fore vt in d.l. & si ad species non fuerit expræssè promissum modo fuerit promissum vtilia facere, & inutilia prætermittere, & fideiussio præstita, quia hæc id ipsum important. Alex. cons.80. col. fin.lib.5.Bertaz.supra.n.4.& 5.Odofred.de curator.bon.dand.n. 65. Iurare debere vtilia acturum, & inutilia prætermissurum probat, & gubernare curare & administrare bona teneri.n.75.Menoch.de arbitr. cas. 150. n. 25. & seq. & ad litem etiam datus iurare debet vtilia facere & inutilia prętermittere non etiã satisdare Assis.dec.Perus.88.Gratian.dec.75. March. Ricci.collect. decis.2314.& satisdare debere nisi inquisitione dati sint. §. 1. & sequent. Institut. de satisd. tutor. & curator. & Mandos. de commis. forma. 4.vers.

4. verſ. curatorem ad lites vbi tamen Rotam curatores admittere etiam ſatiſdatione non præſtita & Gratia. dec. 75. in addit. glo. in l. mutus 43. §. is qui verbo. ſatiſdare de procur. vbi aduerſario. adulti ad litem ſatiſdari, vel curatori quando ad negocia de rato ſcilicet Mago. dec. Flo. 139. n. 6. & ſequent. vbi idem de matre curatrice niſi aliud Iudici videatur; & iurare teneri Io. de Plat. ſup. n. 2. & ſi Reipublicæ curator à defenſione deſiſtat ſententiam contra Remp. latam ipſo iure nullam eſſe in l. 1. in fi. C. de iur. Reip. lib. 11. & cogi poteſt per iudicem vt defendat Bar. & Alba. in l. eum qui res. C. de procur. & in l. ſancimus. §. omnem C. de admi. tuto. & ab auo paterno datus teſtamento non ſatiſdat Cum. in l. quidam. n. 2. de confir. tuto. & teſtamentarium non ſatiſdare furioſo datum ſed inuentarium facere & iurare debere, legitimum & datiuum ſi non ſit facultatibus idoneus ſatiſdabit Bar. in l. fi. §. ſed cum. de curat. furioſ. & in l. 2. n. 5. bonis datum non ſatiſdare de rato. Bal. in l. mulier 28. n. 23. C. de iur. dot. vbi ad vnum actum datum ſatiſdare non tamen refert ſi fideiuſſor nõ ſit idoneus. Ang. in l. ſancimus C. de admi. tut. remoueri vt ſuſpectum ſi non defendat minorem Crau. conſ. 540. n. 1. vbi ad litem minori datum defenſionem bonorum promittere, ac rem ſaluam fore cauere debere Vant. de nullit. ex defect. mand. n. 148. vbi ſatiſdare debere Boer. dec. 23. n. 99. & ſeq. vbi de dato furioſo. Put. dec. 130. lib. 3. vbi ad litem datum non teneri ſatiſdare Cald. d. n 36. vbi alias acta nulla eſſe Genua. de ſcrip priu. lib. 3. Q. 16.

5 1. Lim. nam ex longiſſimi 30. annorum temporis curſu ſolemnia interueniſſe præſumuntur Soc. conſ. 153. n. 3. & ſeq. lib. 2. Surd. dec. 231. n. 28.

6 1. Amp. idem eſſe quando minor aliquem curatorem eſſe aſſeruit Surd. ſupra n. 23.

7 2. Lim. vt ſi appellatio pendeat à cura decreta curator datus ſolemnia implere non teneatur Gab. conſ. 28. n. 38. lib. 2.

8 3. Creditor bonis curator dari poteſt & ſi abſque inquiſitione datus fuerit, debet ſatiſdare, idemque ſi cum inquiſitione datus non ſit idoneus facultatibus l. 1. & l. quoties. de ventre in poſſeſſio. mitten. l. bonorum. de curato. furioſ. Odofred. ſupra n. 66. & ſeq. vbi cum fideiuſſoribus diuitibus & facilibus conuentu, quos ſi dare non poterit iuratoria cautio ſufficit.

9 1. Lim. nam datus in teſtamento non ſatiſdat. §. 1. Inſtitut. de ſatiſdatio. niſi viuo teſtatore deſierit eſſe ſoluendo l. liberto. §. Largius. de adimen. legat. Odofr. ſupra. n. 73.

10 2. Lim. in ſatiſdatione iudicatum ſoluendi quam non præſtat Odofr. ſupra. n. 74. nec rem ratam habere, niſi dubitetur an ſit curator n. 86. 87. Roffred. de libel. part. 5. rubt. vltim. n. 6. nec agendo, nec conueniendo per l. actor rem. rat. haber.

11 4. Pecuniam collocare & bona ſalua facere tenetur, eaque gubernare curare & adminiſtrare l. 1. §. iubet. & §. ſi cum duobus. de collatio. bono. Odofr. ſupra. n. 75. & 77.

12 5. Nuptias contrahere cum perſona non debet cuius negocia gerit etiam per quadriennium, quo datur reſtitutio l. penult. §. & ſi quis. de ritu nuptiar. Odofr. ſupra. n. 89.

13 6. Litem deſerere non poteſt generalis curator ſub prætextu quod ſpecialis nominatus ab eo melius gereret l. pen. vbi glo. & Sali. C. qui dari tut. vel cur. poſ.

14 7. Dotare adultam tenetur & cogitur à iudice curator l. ſi curatores. 9. vbi glo. & Sali. C. de admi. tuto. (vide infra tit. 9. n. 36.) Natt. conſ. 76. n. 8. l. curator. 53. de admi. tuto. vbi etiam teneri impendia nuptiarum facere.

15 8. Curam negligere non debet curator dum ſcit vel ſcire debet ſe curatorem datum alioquin eius erit periculum l. 2. vbi glo. & Salic. C. de ſuſpect. tutor. & tã generalis quam ad litem datus officium ſubire cogitur Ang. in l. ſancimus. §. 1. n. 4. C. de admi. tut.

16 1. Lim. nam curator teſtamento datus ſi ante confirmationem non gerat, non tenetur de negligentia, ſi adultus non petat confirmari; prout nec ſi teſtamento non ſolemni datus ſit Tholoſ. dec. 270. & ibi Add.

2. Lim. nam circa nomina debitorum curator de culpa lata tantum tenetur Alex. conſ. 104. n. 3. lib. 4. ex l. 2. C. arb. tut.

17 9. Satiſdare curator debet rem pupilli ſaluam fore, & de rato vt ſup. n. 4. Alex. conſ. 221. n. 8. lib. 6. Saltem quando ſine inquiſitione datus eſſet & Gab. conſ. 28. n. 17. 18. lib. 2. quæ inquiſitio exigit talem eſſe caſum in quo debeat curator dari & iudicem talem qui dare poſſit, & illis bonis detur quibus dari debet ab eo iudice & hi dentur qui dari potuerit & idonei ſint n. 19. Pic. ad ſtat. Vrb. lib. 1. cap. 151. glo. 20. n. 22.

1. Lim. nam auctis facultatibus adulti aliam ſatiſdationem præſtare minime tenetur glo. in l. mulier. C. de iur. dot. quam not. dicit Rauen. ſing. 90.

2. Lim. in curatore ad litem dato Bertr. conſ. 281. lib. 3. Cancer. d. cap. 7. n 40.

3. Lim. in dato cauſa cognita; ſicque ex inquiſitione Alex. & Gab. ſupra & ſi iurauerit vtilia facere inutilia pretermittere & minorem defendere dicitur promiſiſſe minoris rem ſaluam fore Add. ad Alex. conſ. 163. n. 14. lib. 5. Pic. ſupra. n. 23.

18 10. Adminiſtrare curam debet, alioquin eius eſt periculum, niſi nulliter datus eſſet, puta in teſtamento ante confirmationem Simon. de Pret. conſ. 129. n. 21. & ſeq. idem in tutore dicens circa periculum adminiſtrationis; vel niſi res mortuo pupillo perire cœpiſſet l. cum poſt 44. de admi. tuto.

19 11. Hęreditati dari debet inſtante maiori parte creditorum, citatis his qui ſunt in prima cauſa ſucceſſionis, inuentario facto, & præſtita ſatiſdatione Capic. dec. 87. Rot. dec. 414. n. 4. coram Caualer. & ſi iaceat vide infra tit. 10. verſ. 51.

20 12. Satiſdari à tutore ſi curator vel magiſtratus non curauerit, tenentur, niſi tempore finitæ tutelæ ſoluendo tutor fuiſſet l. Æmilius. 54. vbi Bar. de admi. tuto.

21 13. Obligare ſe & ſua bona curator tenetur, & ſi ea non obligauerit, obligata cenſentur l. fi. §. in Prouincijs. in fi. C. de curato. furio. Spec. de curato. §. 5. nu. 6. Pic. ſupra. n. 26.

22 Ventri prægnanti hęreditati curator datus prouidere debet de victu, veſtitu, & lecto, alijſq; neceſſarijs ſine quibus ſuſtineri nequit l. 1. §. mulier autem de ventr. in poſ. mit. l. curator. eod. tit. etiam ſi dotem habeat, vel alimenta conſequi poſſit, quia ea alimenta non tam mulieri, quam illi quem in corpore geſtat præſtari videntur Surd. de alim. tit. 4. Q. 23 n. 7

1. Amp. generaliter vt de curatore dicta circa ea quæ

facere tenetur,& authoritatem ipsius in eius subrogato procedant.l.fin.§.sin autem C.de curato.furios.vbi etiam probatur curatore mortuo, vel remoto alium subrogari.

2.Amp.vt gesta à curatore illegitimo sint ipso iure nulla l.1.quod falso tuto.Bal.cons.173.nu.1.lib.2.327.lib.5.Roma.cons.454.n.18.

1.Lim. 2.amp. non procedere quando iudex pronunciasset ratum & gratum habiturum gerenda l. 1. §. idem Pomponius. quod fals.tut.autho.Roman. d. nu. 18.idem de tutore dicens. Alba.in l.1.§. item Pomponius.quod fals.tut.

1.Lim. vt curator ad litem cauere non teneatur Put. dec.130.lib.3.Laratha.cons.28.n.13. Fab. in §. item inuiti.n.5. Inst.de curato. vbi acceptare cogi, & satisdare, non tamen de iudicato soluendo. vbi etiam an appellare debeat.

2.Lim. vt curator datus per decretum à quo appellatũ sit, pendente appellatione cauere & alia necessaria facere non teneatur Gab.cons.28.n.38.lib.2.

3.Lim. non teneri animam suam ponere pro pupillo Abb.in cap.per vestras.n.17.de don.inter vir. & vxo.

TIT. VIII.
CVRATOREM PETERE QVI POSSINT.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus & minor curatorem sibi petere possunt.*
2 *Coniunctus minoris ei curatorem dari petere potest.*
3 *Impuberi curatorem omnes petere possunt qui & tutores, furioso etiam absenti & hæreditati iacenti vt ibi.*
4 *Creditores petere possunt curatorem bonis debitoris non latitantis pro eorum maiori parte constitui.*
5 *Proximiores se ipsos curatores absentis bonis dari petere possunt.*
6 *Curator filiofamilias datur si pater ei delatam hæreditatem nolit adire.*
7 *Mulier prægnans curatorem dari petere debet, alioquin successione priuatur.*
8 *Absuturus curatorem suis bonis dari petere potest.*
9 *Curatorem ad litem petit constitui qui eo litem mouere intendit.*
10 *Iudex minorem cogit vt sibi curatorem petat.*
Curatorem vel tutorem petere debens ad quæ teneatur & alij qui dari petant ibidem.
11 *Præsenti sine eius mandato nemo curatorem dari petit lim.num.seq.*
12 *Præsens adultus curatoris dationi illum petijsse censetur.*
13 *Creditores & alij interesse habentes curatorem dari petere possunt in casibus de quibus supra.*
14 *Mater & auia nec alij coniuncti puberi minori præsenti curatorem petere possunt sine mandato quamuis de rato cauere vellent.*
15 *Absenti puberi nullus sine mandato curatorem dari petit lim.nu.seq. (potest.*
16 *Coniunctus curatorem offerens cautionem petere absenti*
17 *Curatorem petens mandati facta aliquali fide cum cautione de rato admittetur.*
18 *Curatorem petere nemo cogitur pro adulto.*
19 *Curatorẽ iudex ex officio bonis absentis constituere potest.*
20 *Infanti ad litem curator datur nemine petente.*
21 *Pupillo quomodo curator detur & quando.*

TIT. VIII. CAP. I.
CVRATOREM PETERE QVI POSSINT.

1 PVpillus & minor curatore indigentes eum sibi dari petere possunt l.qui habet §. si pupillus & ibi Doctor. de tutel. l. 3. §. curator. qui petant tutor & l.matris 6.C.eod.Scrad.de feud.part.10.sect. 19.n.258.etiam per procuratorem à se ipsis constitutum Cast.in l.mutus.§.is qui.n.5.de procur.

2 1.Amp.a quolibet minoris coniuncto curatorem eidẽ dari peti posse & ex causa etiam nemine petente iudex dabit ex officio Ang.cons.102. nu.1. & seq. Alex. cons.4.n.4.lib.2.& cons.221.n.5.lib.6.Dec.cons.575. n.3.Montan.de tutel.cap.28. n.39. Galganet. de tutel.lib.1. tit.5. n.22. Alba. in l. ab hostibus. ex quib. caus.maior.Gab.cons.28.n.10.& seq lib.2.

3 2.Amp. impuberi curatore indigenti ij omnes curatorem petere possint qui tutores petere possent; furioso etiam quicumq; pupillo curatorem petere possunt, prout & alijs perpetuo morbo laborantibus; & hæreditati iacenti, ac bonis absentis, vel ab hostibus capti ab intestato successuri curatorem petere possunt, creditores etiam hæreditati iacenti, absenti, & ab hostibus capti curatorem dari petere possunt Scrad. de feud.part.10.sect.19.n.260.& sequent. Galganet. supra.& illi omnes quorum interest & qui litem adulto mouere volunt ex l.1.qui petant.tutor.& l.1.& 4. C.eod.& interesse habens.Ang.cons.103.n.1.& rationem reddere volens administrationis adulto curatorem dari cui ratio reddatur petere potest l.7.vbi Salic.C.qui pet.tuto.

4 3.Amp.creditores petere posse curatorem bonis debitoris absentis non latitantis dari pro maiori eorũ parte l.2.de curator. bon. dand. vbi Docto. Odofred. de curato.bon.dand.n.6.Roffred.de libel.par.5. rubr. vltim.n.6.Ang.cons.103.n.1.& 253 n.2.bonis & hæreditati iacenti dari air vt creditoribus satisfiat.193. n.4.Rol.cons.48.n.15.lib.1.Simon.de Pret.cons.54. n.23. Scrad. supra Cuma. in l. si debitor de cur. bon. dand.vbi si à certis creditoribus datus sit alijs non teneri & Ang. d. n. 4. ab intestato venientes citandos probat.

5 4.Amp. proximiores petere posse dari se ipsos in curatores bonis absentis Odofr.de curator.bon. dand. nu. 9.Simon.de Pret.cons.136.n.9. Ladetch. cons.47.n. 4.& seq.vbi de cognatis proximioribus vide supra tit. 4.ampl.5.Simo.de Pret.cons.54.n.20.& seq.

6 5.Amp. dari filiofamilias petente si pater hæreditatem filiofamilias delatam nolit adire Odofred.supra. n.7.

7 6.Amp.muliere prægnante petente curatorem constitui, quem si dari non petierit successione priuabitur Odofred.supra.n.6.& sequent.

8 7.Amp. vt absuturus met suis bonis curatorem dari petere possit, qui inuentarium facere tenebitur, non autem satisdare Specul. de curato. §. cum autem. n.7. Rauen.sing. verbo.tutor. n.4. Odd. de rest. in int. Q. 29.n.25.Fab.in §.sed & mente capti. Inst.de curator. Ang.in l.2.n.2.de cur.bon.dand.vbi bona custodire, & actiones etiam non perituras intentare posse nisi potestas eius per dantes limitata esset.

9 8. Amp. ad litem per eum peti posse qui litem adolescenti mouere intendit, & tunc generalis curator dabitur

bitur qui inuentarium fauet, quod curator ad litem datus facere minime tenetur Spec.d.n.7.vide infra limitat.6.l.1.C.qui petant.tuto.

10 9. Amp. minor à iudice cogi possit vt sibi curatorem constitui petat l.1.C.qui petant.tutor.l.ait.prætor.§.permittitur.de minor.Nepos.à Monte.Alban.de exc.Artic.12.in fine.Maran.de ordi.iudic.par.4.distincti.16.n.36.qui probat quod si pupillus cum tutore litem habere debeat, illi dumtaxat petenti dari debeat; pro lite autem pupilli cum extraneo iudicem etiam non petenti adulto curatorem dare posse; sed ad instantiã partis iudex pupillo seu adulto præcipiet, vt ad curatorem ad litem sibi præstandum accedat, cui comparenti quem petierit constituet, verum si non comparuerit iudex eidem ad litem curatorem ex officio dabit.l.1.C.qui pet.tutor.si autem pupillus infans sit, ei curator dabitur Maran.supra.Minsing.cent.2.obser.31.& ex officio etiam bonis defuncti curator dari potest, nec non & absentis non latitantis Ang.cõs.103.n.2.Gratian.dec.75. ad litem pupillo dari posse probat si non habeat tutorem vel habeat, qui non fecerit solemnia, nec satisdare teneri & quamuis à minore peti debeat, secus tamen est quando alius non tutor in iudicio agit contra pupillum infante maiorem, tunc enim per iudicem curator ad litem datur, imo adulti citatio simpliciter facta tenet, censetur etenim citatus vt legitimè compareat Bero.cons.102.n.16.& seq.lib.3. qui probat datum ab alio iudice valere quam coram quo causa penderet & Minsi.supr. qui refert.Afflict.dec.256.sequitur Carpan.super stat. Mediol.cap.34.n.42.in curatore ad litem & idem in infante vt ei ad litem detur nemine etiam petente post. Neuizan.cons.17.n.43.Cald.de rest.in int.in princ.n.22.& seq. ex communi à Iudice pupillo etiam ex officio tutorem dari, & curatorem furioso & prodigo, nõ etiam adulto ad litem nisi petenti vel nisi conueniatur.

10. Amp. vt ad curam eius qui petere debet tutorem pupillo ordinari vel curatorem spectet etiam facere petitos, ordinatosque compelli vt pupillum in lite defendant, & si illum remouere contigerit, alium idoneum substitui facere l.fin.§. personis. vbi Salic. C. de administr.tuto.

11. Amp. patri dari mente capto petente filio l.3.C.de curator.furios.vbi glo.& Doc.

12. Amp. vt maritus idemque filius hæreditati patris si fuisset exhæredatus curatorem dari petere possit, & dotis restitutio nem petere Bal.Nou.de dot.par.7.priuil.31.Intrig sing.89.num.109.lib.3 subdentes etiam mulierem agere posse vt dos viro restituatur.

13. Amp. actorem petere posse absentis bonis curatorẽ dari cum quo lis agi poterit Doc.in l. ignorare. C. de testam.mil Odd.de rest.in int.Q.12.n.45.

11 1. Lim. nam præsenti non potest aliquis sine illius mandato curatorem dari velle nec petere l.mutus.43.§.is qui vbi glo. & Doctor. de procurator.l.3.§.final. qui petant.tutor.Scrad.de feud.par.10.section.19.n.258.

12 1. Sublim. nam si curatoris dationi adultus præsens fuerit, id petijsse præsumetur Gratian. disceptation.282.n.8.

13 2. Sublim. nam creditores & alij interesse habentes id petere possunt in casibus suprascriptarum ampliationum conclusionis huius.

14 2. Lim. nam nec mater nec alia persona coniuncta puberi minori præsenti curatorem petere potest, sine eius mandato, quamuis de rato cauere paratus sit l.mutus.43.§.is qui.de procurator.vbi Cast.n.5. Scrad.supra.n.258.& 259.l.6.C.qui pet.tuto.

15 3. Lim. non procedere in absente pubere cui nemo sine mandato curatorem dari petere potest l.3.§.finali.qui pet.tuto.etiam cautione oblata Castren.d.n.5. Scrad.supra.n.260.& cauere debere ex d.§. is qui tradidit Odofred.de curator.bon.dand.n.39.

16 1. Sublim. nam si cautionem offerens persona coniuncta esset, cautio admittenda foret Cast.& Scrad. supra.

17 2. Sublim. nam si petens curatorem absentis, minoris, puberis, vel adulti, ad hoc mandatum habere prætendat de quo aliqualem fidem faciat, eum cautione de rato admittetur d.§.is qui.& ibi Doct.Scrad.supra.n.260.

18 4. Lim. non cogi matrem, auiam, vel proauiam, nec alium etiam extraneum curatorem adulto petere si nolint l.1.& 3.§.finali.l.4.qui petan.tutor. Maran.in l.is potest n.226.de acqui. hæred. nec etiam hæreditati iacenti, nec bonis absentis ab hostibus capti, eiusue qui bonis cessit Scrader.de feud.par.10.sectio.19.n.265.& seq. quod certum inquit & indubitatum.

19 5. Lim. nam iudex ex officio nemine petente bonis absentis ne dissipentur curatorem constituere potest ex officio glo.1.in l.2.de curato.bon.dand.Ang.cons.193.n.1.in fine.

20 6. Lim. nam infanti ad litem datur nemine etiam petente Neuizan.cons.17.n.27. quem citat Carpan.cap.34.n.43.sed contrarium probat l.3.§. si pupillus de tutel.& Neuiz.n.seq. intelligit si tutore careat, & iudicem tutoris defectum supplẽtem id exprimere debere & praxim tradit citandi matrem & auiam infantis tutore carentis vel alios consanguineos amicos & vicinos vt tutelam accipiãt infantis alias procedetur ad dationem tutoris & curatoris.

21 7. Lim. vt si pupillo dari debeat puta absente tutore vel minus idoneo existente à pupillo eiusue procuratore petendus sit, quod si petere nollet, actor a iudice cogi petet.Roma.cons.454.n.19.Alba.in l.licet C.in quib.caus.tut. Gab. & si nemo pupillo tutorem dari, petat iudex dabit ex officio de cõi Cald.de rest.in int.in prin.n.22.& seq.

22 8.Lim.non cogi pupillum petere sibi curatorem dari, nec ei inuito curator datur nisi ad litem l.3.§.si pupillus.de tutel.§.item inuiti Inst.de curato.glo.in l.2.de tutel.Carpa.supra.n 42.

TIT. IX.
DE AVTHORITATE CVRATORIS.

SVMMARIVM.

1 *Curator eius bona cui datus est gerit, conseruat, fructus colligit & alia in facto consistentia administrat.*

2 *Compromissum necessarium ex statuto curator facit non voluntarium.limita.num.seq.*

3 *Compromissum necessarium Curator non facit nisi cum decreto iudicis.*

4 *Contrarium tenet Simonc. ibi citatus.*

5 *Con-*

5 *Compromissum curator facere non potest super alienari probibitis.*
6 *Curator censetur habere mandatum cum libera quamuis vendere non possit habita fide de præcio.*
7 *Procuratorem curator constituere potest lite contestata. amp.num.seq.*
8 *Procurator à curatore & tutore solis reuocari potest. lim.num.seq.*
9 *Procurator inuito aduersario reuocari nequit.*
10 *Procurator à curatore, & tutore sine minoribus etiam ante litem contestatam constitui potest si administratio eis fuerit à testatore concessa, & remissa inuentarij confectio.*
11 *Procuratorem lite contestata tutor & curator constituũt etiam inuito aduersario.*
12 *Actorem ipsorum periculo tutor & curator constituere possunt etiam ante litem contestatam.*
13 *Curator & tutor sine decreto soli post litem contestatam constituunt procuratorem.*
14 *Procuratorem tutor, & curator ante litem contestatam cum decreto iudicis constituunt.*
15 *Curator procuratorem non constituit ad iudicis decretum interponendum.*
16 *Procuratorem ad hæreditatem adeundam curator non constituit.*
17 *Curator absentis creditoribus satisfacit consilio de credito lim.num.seq.*
18 *Adultus sine curatoris authoritate creditoribus soluere nequit.*
19 *Curator restitutionem an petat aduersus contractum à prodigo notorio ante interdictam administrationem celebratum.*
20 *Matrimonium cum adulta de iure canonico curator contrahere potest; non autem de iure ciuili.*
21 *Pacem curator de iniuria patri adulti illata facere potest si hoc pupillo expediat vel adulto.*
22 *Curator habens liberam solutionem recipiendi potestatem à debitore adulti ei tempus solutionis prorogare potest, compromittere & transigere.*
23 *Curator possessionem bonorum absentis decreto iudicis capere potest.*
24 *Actiones tempore perituras vel non perituras curator intentare potest lim.num seq.*
25 *Curator datus ad instantiam intestato succedentium nisi tempore perituras actiones non intentat.lim.num.seq.*
26 *Curator de quo num. 25. actiones non perituras tempore intentare potest si ei ex causa iudex maiorem potestatem concessisset.*
27 *Excommunicatio adulti non obstat curatori nisi adulti nomine agenti.*
28 *Curator quæ mora deteriora forent distrahere potest.*
29 *Fructus bonorum curator administrat, & vendit, ac domum si pro eis indigeat conducere potest.*
30 *Exigere curator potest adulti debitorum nomina.*
31 *Iurare de calumnia curatori permittitur.*
32 *Hæredis loco habetur bonis curator datus.*
33 *Curator furiosi & prodigi plenam habet administrationē.*
34 *Curator authorari cogi potest in ciuilibus et criminalibus.*
35 *Appellare curator & appellationem posequi an teneatur.*
36 *Dotem minori constituere curator potest vt ibi.*
37 *Compromisso per adultum faciendo curator authorari potest.*
38 *Transigere curator potest in re dubia & nouare.*
39 *Curator pro absente acceptat nec cessione opus est.*
40 *Curator sine minore in iudicio stare potest, non è contra.*
41 *Curatoris authoritas requiritur in venditione facta per minorem.*
42 *Curator vsucapiones interpellat; & alia potest vt ibi.*
Generaliter constitutus ad omne patrimonium datus censetur sed excusari potest.
43 *Curator donare non potest nec ad donandum authorari. lim.num.seq.*
44 *Curator propter merita donare potest; prout si nobilis curator sit.*
45 *Actiones nisi tempore perituras iacenti hæreditati datus exercere non potest nisi à iudice maiorem potestatem habeat.lim.num.seq.*
46 *Iudicium contra hæreditatem iacentem si periculum sit in mora nullo etiam constituto curatore potest institui.*
47 *Primum decretum contra hæreditatem iacentem sine curatore institui potest non autem secundum.*
48 *Curator adulto etiam solenniter non potest obesse.*
49 *Ratificatio minoris nõ valet cum decreto iudicis sine causæ cognitione quę ex temporis breuitate non præsumitur.*
50 *Contrahere curatori non permittitur cum illo cuius est curator.*
51 *Alienare curator non potest bona nisi vt ibi.*
52 *Probari curæ datio debet, nec notario creditur.*
53 *Curator hæreditatem adire non potest amp.& lim. n. seq.*
54 *Curator nec legitimam, nec quartas petere potest.*
55 *Adultus sine curatore soli curatori hęreditatem non alijs restituit.*
56 *Possessionem bonorum curator capere potest.*
57 *Hæreditatem adire curator cum adulto potest; vbi etiam quando sine eo.*
58 *Curator quæ facti potest non quæ iuris sunt.*
59 *Curator bonorum & ventris solam habet custodiam, licet furiosi & prodigi curator plenam habeat administrationem.*
60 *Exceptionibus peremptorijs nisi tacitè curator non renunciat.*
61 *Curatoris bonorum officium in eo versatur ut bona distrahantur, & creditoribus soluatur non vt in solutum dentur nisi vt ibi.*
62 *Curator ad litem non habet administrationem, nec ei rectè soluitur.*
63 *Vendere an possit curator rem communem cum adulto.*
64 *Pater curator filij an eius bona sine decreto alienare queat vide alia num.seq.*

TIT. IX. CAP. I.
DE AVCTORITATE CVRATORIS.

1 CVrator bona eius cui constitutus fuit administrat, conseruat, fructus colligit, & alia quæ in facto consistunt gerit Bar.in l. curator. 11. de tutor. & curator. dat.ab his. Ang. cons.192.n. 2.& 193.n.2. Dec.cons.401.n. 2. vbi omnia posse necessaria explicare vt creditoribus satisfaciat, & Piag. de tutel.Q.15.impletis his de quibus in l.fi.C. de curato. furios.

2 1. Amp. compromissum necessarium ex dispositione statuti facere posse licet secus sit in voluntario. Ang. cons. 192.n. 3. ad fin.Dec.cons.255.n.1. & cons. 401. n.2.Blanc.de compromis. Q.3.n.55. Durant.de acqui. hæred.caut.7.n.4.Benint.dec.21.n.5. & 12. Piag. de tutel.

tutel Q. 15. Manzi. de tutela. & cura. Q. 16. n. 1. Montan. de tutel cap. 28. n. 63. Marant. de ordin. iud. par. 6. actu 2. n. 8. Molina. de primogen. lib. 4. cap. 9. n. 28. Affl. dec. Peruſ. 2. n. 4. & 5. Galgan de tutel. lib. 2. tit. 15. n. 2. (vide infra amp. 8.) Carpa cap. 115. n. 79. vbi de curatore hæreditatis iacentis intellige de legitimè conſtituto Ang. conſ. 193. n. 4.

3 1. Lim. primam amp. non procedere niſi cum decreto iudicis, alioquin laudum nullũ foret vt poſt Blanc. probat Meno. de arbitr. iud. caſ. 171. n. 43. & 44. Gratian. diſceptat. forenſ. 586. n. 52. & ſeq.

4 Contrarium tenet Simoncel. de decret. tit. 6. n. 84. & ſequent.

5 2. Lim. non procedere niſi quoad ea ſuper quibus partes compromittere poſſunt; ſecus tamen eſt in rebus alienari prohibitis vt in maioratu & huiuſmodi Molina. ſupra & ſuper articulo iuris claro Affl. deciſ. Peruſ. 2. n. 15.

3. Lim. quando ſponte illud feciſſet; & quando de iure & de facto, his enim caſibus non valeret Affl. ſupra. n. 11. & ſeq.

6 2. Amp. vt curator cenſeatur habere mandatum cum libera quamuis vendere non poſſit, habita fide de præcio. glo. in l. ſi procurator. 5. verbo. ſoluto de iur. fiſci. Iaſ. in l. à Diuo Pio §. ſed ſi emptor. n. 7. de re iud. Rota. Roma. in Terracin. adminiſtrat. tutel. 29. Februarij. 1608. coram Rpd. Caualerio. Gratia. diſcept. 329. n. 33. nec vendere poteſt niſi quæ ſeruari nequeũt Cuma. in l. ſi debitor. de cur. bon. dan. intellige, vt liberam habeat & plenam ſi furioſi prodigi & pupilli curator ſit, ſecus ſi bonorum aut ventris Bar. in l. inter. 49. de admi. tut. Anch. Q. 23. n. 19. lib. 2. Rim. Iun. conſ. 59. n. 1. ſi autem furioſus putaretur ex alienatione vnius curatorum niſi alius renuat vſucapioni locus ſit. l. 7. in fi. de curat. furio.

7 3. Amp. vt curator adulti & pupilli tutor poſt litem conteſtatam procuratorem poſſint in cauſa conſtituere cap. 1. de procurator. in 6. l. neque tutores. l. nulla. C. de procur. Caſt. & alij in l. ſi actor. C. de appel. vbi etiã actorem ante conſtituere Benint. dec. 80. n. 1. & ſeq. Manzi. de tutel. Q. 16. n. 2. & ante etiam ſi teſtator liberam adminiſtrationem conceſſiſſet & inuentarij confectionem remiſiſſet Afflict. dec. 262. n. 6. Benint. ſupra. n. 4. & etiam ante in actionibus quæ competebant antequam curator eſſet Cuma. in l. de curatore. n. 3. de cur. bon. dan. vbi Bar. n. 4. vbi in hæreditarijs poſt in quæſitis ſuo contractu etiam ante conteſtationem poſſe.

8 1. Subamp. vt à ſolo tutore & curatore poſsit reuocari Balb. dec. 100. Manzi. ſupra. n. 2. quamuis à pupillo vel adulto conſtitutus eſſet cum tutoris vel curatoris authoritate.

9 1. Lim. d. ſubamp. non procedere inuito aduerſario, eo enim inuito nõ poteſt procurator reuocari Benintend. ſupra. n. 4. & 5.

10 2. Subamp. vt procuratorem ſine adulto vel pupillo tutor & curator etiam ante litem conteſtatam conſtituere poſsint, ſi adminiſtratio eiſdem fuiſſet à teſtatore conceſſa. & remiſſum inuentarium Afflict. ſupra. n. 6. & 7. Benin. ſupra. n. 4. & 5.

11 3. Subamp. vt procuratorem poſt litem conteſtatam inuito etiam aduerſario tutor & curator conſtituere poſsint Benin. ſupra. n. 4. & 5. Manzin. d. n. 2.

12 4. Subamp. vt ante litem conteſtatam quamuis ſoli tutores, & curatores procuratorem conſtituere nequeant, actorem tamen ipſorum periculo conſtituere poſsunt l. neque tutores. C. de procur. l. 1. C. de actio. tuto. & curato. dand. & quia non auditur actor niſi caueat, tutorem vel curatorem ratum habiturum l. actor rem. rat. habe. Benint. d. n. 4. Rube. conſ. 162. n. 3. & ſeq. vbi à tutore conſtitui cum decreto iudicis, vel à iudice inſtante tutore ſed cum cauſa puta abſentiæ, vel infirmitatis tutoris vel curatoris Genua. de ſcript. priu. lib. 3. Q. 16. vbi etiam finire eius officium cum tutela & cura cœptis exceptis.

13 5. Subamp. vt poſt litem conteſtatam tutor & curator ſoli ſine pupillo & ſine iudicis decreto procuratorem conſtituere poſsint. d. l. neque tutores vbi omnes, de communi omnium Benint. ſupra. d. n. 4.

14 6. Subamp. vt ante litem conteſtatam procuratorẽ cum decreto iudicis poſsint conſtituere, quamuis non ſine eo. §. final. Inſtitut. de curator. Afflict. dec. 262. n. 5. Manzi. d. n. 2.

46 Vigesimus secundus est nam sententia lata contra minorem non citato curatore nulla est; prout si curatorem non haberet. Meno. cons. 100. n. 121. & 122. & omnia gesta contra bona absentis, vel hæreditatis iacentis non constituto curatore à Iudice nulla sunt Garz. de expens. c. 20. n. 6. & idem si indefensus sit, nisi constaret causam examinatam fuisse Cadus. de rest. in int. in princip. n. 10. ex communi Cresc. dec. 9. de sent. Crau. cons. 265. n. 1. & seq. vbi communitatem indefensam dicit etiam si procurator illegitimus comparuisset Rot. Rom. dec. 319. n. 9. part. 1. recent. secus dicens si patre legitimo administratore citato contra ipsum & infantem lata esset & decis. 53. part. 2. vbi limitat. si tamen constet minorem legitimas defensiones habuisse, & nec initio, nec medio, nec in fine causæ fuisse defensum, & sufficit curatorem aliquando comparuisse licet nihil allegauerit & decis. 104 part. 4. diuers. & 557. n. 5. par. 2. recent. vbi quando curator non comparuit & dec. 599. n. 4. d. part. 2. quæ probat indefensum non dici eum qui pluries in iudicio comparuit & 43. coram Ludouis. vbi Add. inquit si constet minori defensiones non competere, validam esse, pro vt si tutor citatus quandoque comparuisset; & dicit Villalob. communi opi. lit. S. n. 33. ex falsis testibus cōtra minorem latam ipso iure nullam esse, sed si contra maiorem, intra quadriennium restitutionem in integrum peti debere. Mastril. dec. 82. vbi sat esse patrem legitimū administratorem in iudicio interfuisse & dec. 101. n. 27. & 35. limitat. quando dilationes datæ fuissent; & in causa appellationis Soc. Iun. consil. n. 80. lib. 4. Bero. cons. 61. n. 29. lib. 3. Ias. in l. si is ad quem n. 14. de acq. hæred. Gutier. pract. QQ. lib. 2. Q. 22. n. 7. secus dicens in prolata fauore minoris, & nullam dicit etiam quando tutor vel curator noluit esse in iudicio de tutel. part. 2. cap. 4. n. 11. ex glo. in l. acta. §. fin. iuncto verbo non habentes. de re iud. Ferret. cōs. 312. ad finem qui probat indefensum si circa probationes, vel defensiones hoc euenerit Caeche. cons. 13. n. 10. vbi quando illegitimè comparuit. 36. nu. 25. & sequent. Mar. Angus. cons. 43. n. 18. vbi quando tutor comparuit qui solemnia non fecit indefensum dici probat. vide tract. tutorum tit. 19. n. 3304. & sequent. vbi amp. & lim. prælato autem citato si nō defendat, sententia contra Ecclesiam prout & contra Rempublicam citato sindico aut ei citata ad constituendum pro-

procuratorem, valida est Bar. in l. 1. C. de iure Reip. lib. 11. Cald. de rest. in int. n. 9. & seq. in princ. ita receptum in praxi affirmans.

47 Vigesimus tertius est nam bona minoris illata in domum conductam, licet valde controuersum sit an pro pensione sint tacite hipotheeata nam partem affirmatiuam tenuit glo. in l. si. verbo teneri. C de legit. tut. Bal. in l. certi iuris. n. 11. Q. 8. vbi idem de bonis Ecclesiæ. C. de pact. Alex. in l. item quia. n. 25. Ias. n. 20. Ferret. n. 6. de pact. Io. And. ad Spec. de donat. inter vir. & vxo. §. fin. vers. quid si mulier. Bal. Ang. Rom. & Alex. in l. si constante n. 29. vbi Ias n. 210. communē dicit sol. mat. de cōmuni Neguz. de pig. 4. Memb. 2. par. n. 154. Med. de acq. rer. domi. glo. 2. par. 1. num. 181. amp. 9. Tiraq. de legi. connub. glo. 8. n. 189. de cōi. Viu. cōi. opi. 133. Cur. Iun. conf. 168. n. 20. receptissimam & iudicando tenendam testatur Ceual. com. opi. contra com. Q. 132. de communi Surd. conf. 287. n. 24. & Pacif. de salu. interd. insp. 3. c. 5. n. 120. & Secunda editione. n. 128. & seq. etiam sine tutoris vel curatoris authoritate illata Soarez. cōi. opi. lit. C. num. 217. de cōi. Barbos. in l. si constante. n. 132. sol. matr.

Contrarium tenet glo. in l. item quia verbo. illata. de pact. Fab. in §. item seruiana n. 5. Aret. n. 4. alias 6. ex cōi Ias. n. 57. Gomez. n. 25. Inst. de actio. Salic. in d. l. certi iuris. n. 3. Q. 3. vbi Io. Seiard. n. 11. communem dicit & in praxi tenendam Bal. in l. 1. §. si. de reb. eo. Io. And. ad Spec. de loca. § postquam. n. 27. Amanel. de clar. aquis. sing. 209. Iodoc. Bamhonder. in pupil. patro. tit. de tut. & cur. mune. c. 7. n. 6. & seq. vbi de communi Meno. de adip. rem. 3. n. 81. Simon. de decret. lib. 2. tit. 5. n. 12. & seq. vbi late ex communi & Caldal. de rest. in int. vers. cum non absimilis n. 39. vers. & ideo & n. 42. & Caroc. de loca. par. 3. c. 23. in his quæ possunt seruando seruari, secus in his quæ nequeunt seruari. n. 19.

1. Lim. 2. opi. non procedere quando contractus celebratus fuisset cum tutoris vel curatoris authoritate. Manti. de contract. lib. 11. tit. 15. n. 37. vbi de magis communi & ita loquuntur & intelligi debent pro prima opi. citati. Afsis. dec. Perus. 75. n. 15.

2. Lim. quando minor continuaret in locatione domus per eius patrem conductæ Afsis. supra. n 14.

3. Lim. quando locator haberet possessionem bonorū minoris, nam pro quantitate vtilitatis quam minor percepit, eam retinere poterit Fab. supra. n. 5. vers. satis tamen Simon. supra. n. 20. Caroc. supra. n. 20.

4. Lim. in scholaribus tunc enim potius eorum pater quam ipsi videtur bona hipotheeasse Fab. d. n. 5. in fi. Curt. iun. in l item quia. n. 49. de pact. per l. si longius. §. si filiusfamilias. & l. Macedoniani. & Doc. vtrobique C. ad Macedon. Afsis. supra. n. 16. vbi idem de mercatore Marescot. resol. 118. n. 8. lib. 2.

Contrarium tenet Roffr. vt refert Io. And. supra. sub d. n. 27.

1. Sublim. 4. lim. non procedere in vestibus, & libris scholarium quia sine illis absque dedecore viuere nequeunt Aret. in d. §. item seruiant n. 2. & 3. Simon. supr. n. 22. sub dubio tamen ex traditis per Marf. in rubr. de fideiuf. n. 202. in fi. Marescot. supra.

2. Sublim. prædictas limitationes, & erit limitatio primæ opinionis vt scilicet non procedant, nisi locator mobilia incluserit eorumdem inuentario facto per notarium & testes Ang. in l. vtique de dam. infect. Ias. in §. item seruiana. n. 77. & 78. Inst. de actio. Cantar. dec. 80. n. 5.

Contrarium tenet Add. ad Ias. supra. lit. B. & Ias. cogitandum reliquit.

48 Vigesimus quartus est, nam licet minor curatorem habens matrimonium contrahere sine illo queat, non tamen se, & sua bona ex causa dotis obligare potest præsertim ex confessione Alba. conf. 651. 652. & 653. & sine decreto non posse mulierem minorem immobilia viro pro dote constituere etiam cum tutoris vel curatoris authoritate l. lex quæ tutores. vbi Bar. n. 2. C. de admi. tut. Sali. in l. 1. n. 2. C. si aduerf. dot. Bal. Nouel. in l. 1. n. 360. Crot. n. 112. sol. matrim. Bal. Nouel. de dot. par. 6. priuil. 58. n. 2. Cor. conf. 3. n. 4. vers. nam bona lib. 3. Port. conf. 82. n. 8. vbi de tota hæreditate. 83. n. 3. Campeg. de dote. par. 1. Q. 31. Matt. Cunno. de pact. lib. 1. cap. 6. n. 132. & seq. vbi intelligit de immobilibus, cum alioquin mulier etiam minor intra vires patrimonij dotem rectè constituat, quamuis læsa restituatur l. 1. C. si aduerf. dot. Bal. Nouel. in d. l. 1. n. 414. & d. l. lex quæ tutores cessare si congrua dos fuerit etiam in immobilibus constituta Mar. Angus. conf. 103. n. 8. Cunno. supra. n. 135. & statutum prohibens minorem obligari non comprehendere causam dotis Meno. conf. 242. Simon. de decre. tit. 8. insp. 13. Senat. Dolan. dec. 14. n. 65. vide tract. de tuto. tit. 19. n. 3393. lim. 11. subamp. 53. tit. de solēnitate statuti &c. & n. 3474.

49 Vigesimus quintus curæ effectus est nam minor sine curatore ciuiliter non obligatur, vt supra de tuto. tit. 19. n. 3551. naturaliter tamen tenebitur vt ibi.

50 Vigesimus sextus est vt euitetur hæreditatis debitoris defuncti aditio si possideat bona vti curator à iudice electus non vt hæres, sed vt propinquus Rui. conf. 151. n. 1. lib. 3. Borg. de tuto. sub n. 91. licet alias etiā si pupillus possideat cum consensu tutoris adiuisse censeatur, prout & si vterque possideat bona de magis communi Bursa. conf. 8. n. 1. & Afsis. conel. 16. vers. 11. fol. 52. & si alio iure & causa possedisse probet putà pro credito maternæ dotis, vel quia cum patre coluerit, & suam partem fructuum habuerit, vel modica possederit Crau. conf. 33. n. 11. 12. Pereg. dec. 45. Craf. de acq. hæred. Q. 11. ex possessione probari etiā si pupillo taeite tutor authoretur vel pro legitima rē possideat ex communiori, etsi feudum vel emphiteosim hęreditariam vel mixtam possideat secus si ex pacto & prouidentia, & si dotis causa possidere potuit non censetur adiuisse Q. 12. ex communi & alijs casibus per Marant. Maran. in l. is potest. n. 57. & seq. de acq. hæred. & Rot. dec. 362 n. 7. & seq par. 1. diuers. rei modicæ possessione non induci nisi citra ius & nomen hæredis possideri non potuisset vide tract. tut. tit. 19. n. 646. amp. 395.

51 Vigesimus septimus est nam si hæreditati iacenti curator datus non sit, creditores defuncti hipothecaria contra tertios agere non possunt Alex. conf. 100. nu. 10. lib. 5. Tusc. lit. H. concl. 133. n. 5. & ita intelligo Soc. Iun. conf. 58. n. 4. lib. 2. licet si debitor viueret eo non citato contra tertio agi posit Alex. conf. 85. n. 7. lib. 6 in ea autem creditum probari debet cum hipotheca, & si contra tertium possessorem agatur, quod res fuerit in bonis debitoris & si causam lucratiuam

habeat

habeat sat est probare possessionem debitoris contra tertium à debitore causam habentem cum bona fide; sed si onerosam, tunc possessio & titulus debitoris probari debet ex communiori, licet ex veriori sit probandũ indistincte de possessione ac titulo debitoris; quod si possessor non habeat causam à debitore, probari debet directum vel vtile dominium debitoris, vel quasi probando titulum & possessionem & quod vsucapere cœperit; si contra debitorem agatur, sat erit eius possessionem probare allegato dominio; in saluiano autem sat est debitoris possessionem probare etiam contra tertium de communi Peregr. dec. 48. Cabal. cons. 21. 53. 90. 91. par. 1. vide late per Pacif. de saluia. insp. a. c. 1. & 2.

TIT. XI. DE EXCVSATIONE CVRATORIS.

SVMMARIVM.

1 *Curator furioso mente capto & alijs perpetuo morbo laborantibus excusatione caret amp. & lim. num. seq.*

2 *Curator bonis datus qui voluntariè curam suscepit se excusare non potest.*

3 *Curator inutiliter testamento datus non cogitur ante iudicis confirmationem acceptare.*

4 *Curator litis negocio & bonis datus inuitus acceptare non cogitur.*

5 *Contrarium tenent ibi citati.*

6 *Acceptare curator cogitur iusta excusationis causa cessante.*

7 *Excusari non potest alijs casibus vt ibi.*

9 *Tempus ad se excusandum quando incipiat curatori currere.*

TIT. XI. CAP. I. DE EXCVSATIONE CVRATORIS.

1 CVrator datus furioso, mentecapto, muto, surdo, ac morbo perpetuo laborantibus, se non potest excusare sed curam acceptare tenetur, siue testamentarius in casibus quibus testamento dari potest vt furioso & alijs prædictis ac prodigo qui rebus suis superesse non possunt, inuitus curam suscipere tenetur arg. l. de creationibus. 27. C. de episcop. audiēt. l. tutori 20. vbi Doc. C. de nego. gest. l. final. in princi. C. de administratio. tutor. l. finali. §. etsi quidem. C. de curator. furios. l. fideicommissa. 11. §. finali. de leg. 3. siue legitimus scilicet à Iudice prædictis morbo perpetuo laborantibus constitutus. d. l. de creationibus d. l. tutori. l. finali. §. sin autem testamentum C. de curator. furios. Scrad. de feud. par. 10. sectio. 19. n. 250. & in generali curatore, vel ad litem dato Ang. in l. mutus. §. is qui. n. 5. de procur. vbi etiam certum tempus dari ad se excusandum curatori dato nempe quinquaginta dies à die scientiæ. l. quinquaginta vbi Salic. & alij C. de excus. tut.

2 1. Amp. in curatore bonis dato qui si voluntariè curam suscipiat excusari nequit, nec enim cogi nisi ex magna causa potest, nec in alijs curis connumeratur nec excusationem præstat, & ex numero liberorum quamuis si à Iudice detur excusetur, secus si à creditoribus Odofred. de curator. bon. dand. n. 43. & seq.

2. Amp. vt supra, tit 9. n. 42. amp. 27.

3 1. Lim. nam inutiliter testamento datus ante iudicis confirmationem acceptare minimè cogetur l. Caius. 16. vbi glo. de excusat. tutor. l. 2. de confirmatio. tutor. Scrader. d. n. 250. nec antea ei tempus ad se excusandum curret l. 6. C. de excusatio. tutor. l. 2. C. de confirman. tutor. Bar. in l. Caius. de excus. tutor. Gab. cons. 25. n. 15. lib. 2. Gratian. disceptatio. 225. n. 14. quod si nil gesserit in nihilum tenebitur Rota. Roma. decis. 634. par. 1. diuers. & ante confirmationem curatoris inutiliter testamento dati, tempus dierum quinquaginta ad excusationes proponendas præfixum non currere tenuit Rot. Roma. dec. 470. n. 3. par. 1 recent.

4 2. Lim. non procedere in dato liti, negocio, & bonis qui non tenetur acceptare inuitus Bal. in l. tutori. n. 2. Salic. n. 3. Alex. n. 3. C. de nego. gest. Aldobrand. in §. item inuiti. n. 17. Institut. de curato. furio. Brun. de cessio. bono. Q. 19. n. 19. Scrader. d. n. 250. ad finem & n. 251. in curatore ad lites magis communem testatur. vide supra. tit. 5. lim 17. in dato negocio Ang. d. n. 5. secus dicens in dato liti.

5 Contrariam sententiam tenuit Borg. de tutor. n. 283. & Mantua. sing. 582. nisi excusationem haberet.

6 1. Sublim. primam opinionem si ex iusta causa excusandus non foret, tunc enim cogeretur curam acceptare l. 2. §. quæritur. de curator. bon. dand. Aldobran. d. n. 17. Brun. d. n. 19. Neuiz. cons. 17. n. 77. Scrader. supra. n. 252.

7 3. Lim. alijs casibus vt dixi in tractatu tutorum tit. 25. & quando tutelam pupilli gessisset; adulti curam suscipere non cogetur, etiam si ita tutorem constituẽs in testamẽto ad scripserit §. qui tutelam. vbi glo. Inst. de excusation. tuto. vel curato. nisi libertus esset l. 5. C. de excusat tut. & cur. vbi glo. & Salic. & l. curator. 20. C. eod. glo in l. cum 60. verbo. idem de admi. tutu. & ob numerum liberorum. l. pen. §. si a prætore de excus. tuto.

8 4. Lim. non procedere in marito curatore vxori dato qui curator esse non potest, etiam si in cura se immiscuisset; licet secus sit si ante matrimonium tutor vel curator ei datus fuisset. §. penult. vbi glo. & Aret. Inst. de excus. tut. vel curato. Guirba. dec. 109. vbi tunc à iudice curatorem eligi; socerum tamen nuru datum excusare se debere ne infamiam Incidat. n. 8. & seq.

9 Tempus autem curatori ad se excusandum non currit nisi à die scientiæ. Fab. in §. item inuiti. n. 6. Inst. de curator.

TIT. XII. DE SVSPECTIS CVRATORIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Curator iisdem causis suspectus quibus & tutor remouetur.*

2 *Suspecti curatoris cognitio ad iudicem non pertinet, coram quo cognoscitur an curator idem fuerit legitime constitutus.*

TIT. XII. CAP. I. DE SVSPECCIS CVRATORIBVS.

1 CVrator iisdem causis vti suspectus remouetur quibus & tutor l. tutor quoque. §. non tantum. & §. si curator ventri, de suspect. tutor. Odofr. de cu-

de curator. bon. dand. n. 119. vide tractatum tutorum. tit. 26. & fraude vel dolo gerere cessantes vt suspecti remouentur l. 2. vbi Salice. C. de suspect. tutor. vel curato. & si non defendat adultum vel pupillum Cum. in l. Fulcinius. § adeo. n. 2. ex quib. caus. in pos. eat. Simo. de Pret. cons. 54. n. 29. vbi quando omisit inuentarium.

2 Suspecti curatoris cognitio ad iudicem non pertinet coram quo cognoscitur an curator idem fuerit legitimè constitutus Gab. cons. 28. n. 30. & seq. lib. 2.

Non remoueri autem sed curatorem adiungi tradit Meno. cons. 345. n 4. ex Bar. in l. si tutor. de susp. tut. qui tamen intelligit si ob culpam remoueri, si ob dolum & fraudem in re magna, idem sit, in re modica curatorem probat adiungi.

TIT. XIII.
DE FINE AC NVLLITATE CVRÆ ET OFFICII CVRATORIS.

SVMMARIVM.

1 *Cura finitur iisdem modis quibus & tutela.*
2 *Aetate 25. annorum adulti completa cura finitur.*
3 *Negocio finito pro quo datus fuit curatoris officiũ cessat.*
4 *Furore cessante cura furiosi finem recipit.*
5 *Prodigo datus eo ad bonos mores reuerso tutor non est.*
6 *Curator litis sicut procurator reuocatur.*
7 *Tutela cessante ob cuius suspensionem curator datus est desinit esse curator.*
8 *Morte curatoris eius officium moritur.*
9 *Capitis diminutione vires curæ extinguuntur.*
10 *Causa ob quam curator datus est cessante cessat & cura.*
11 *Aditionis hæreditatis causa datus, adita hæreditate cura finitur.*
12 *Curatoris dati bonis propter carbonianum, quia impubes & illius aduersarius non satisdat officium lata inter eos sententia terminatur.*
13 *Curator esse desinit quando venter in possessione esse desiit vel abortum fecit, vel certum sit non esse prægnantem.*
14 *Debitore ab hostibus capto reuerso curator eius bonis datus desinit esse curator.*
15 *Conditione cessante vel purificata curator cessat.*
16 *Curator ante confirmationem si ea indigeat curator nõ est.*
17 *Curatoris dationi multa obuci possunt de quibus ibi.*
18 *Falsa causa à iudice decreta nulla est.*
19 *Reuocari an curator possit.*
20 *Pubertate adueniente desinit esse curator loco excusati tutoris datus.*
21 *Adiuncto curatore fraudem committente; remouetur, & punitur.*
21 *Maritatione adultæ cura non finitur.*
23 *Absentia diutina bona dãtur proximioribus absentis præstita fideiussione.*
24 *Datiua cura quando cesset, & intret legitima vel testamentaria.*
25 *Ventri datus quando desinat esse curator.*
26 *Cura adultę maritatione non finitur.*
27 *Cura datiua an cesset impedimento cessante.*
28 *Non cessat cura quando episcopus cui datus fuit coadiutor decessit.*
29 *Curatoris datio nulla confirmatur, vel iterum datur.*

TIT. XIII. CAP. I.
DE FINE AC NVLLITATE CVRÆ ET OFFICII CVRATORIS.

1 PRimò cura finitur iisdem modis quibus tutela extinguitur, eodemque tempore si pupillus curatorem tutori habuerit adiunctum l. 1. C. quãdo tut. vel curat. esse desin. Specul de tutel. §. generaliter. n. 14. Manzi. de tutel Q. 17 morte etiam eius personæ cuius datus fuit tutor vel curator Meno. cons. 213. n. 57.

2 Secundo, Ætate 25. annorum completa adulti cura finem recipit d. l. 1. Specul supra, nisi minor 25. annis ætatis veniam prius impetrasset l. 2. C. de ijs qui veniã ætat. impetra. Sali. in l. si cum inter. n. 5. C. quand. prouo. non est necess. Scrad. de feud. par. 10. section. 19. n. 131. vbi etiam de relicta quousque vixerit post Soc. Iun. cons. 97. lib. 1. idem in feudalibus dicens Montan. de tutel. cap. 37. reg. 2. n. 1. & seq. vbi subdit veniam obtentam non operari quoad alienationem immobilium, nisi Princeps de potestatis plenitudine concessisset Dec. cons 403. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 11. n. 17. post Odofr. de cur. bon. dan. n. 101. & 102. imo impuberi datum desinere curatorem esse adueniente pubertate, & alter postea petetur l. curatorem vbi Bar. de tut. & cur. dat ab his.

3 Tertio negocio finito propter quod curator constitutus fuit cura extinguitur §. final. Institut. de authorita. tutor. Specul. d. n. 14. Manzin. supra. versic. quod tamẽ & versic septimo. Montan. de tutel. cap. 37. reg. 2. n. 94. post Ang. in l. 1. C. qui pet. tuto. & lite finita si liti datus sit supra. tit. 4. n. 40.

4 Quarto furore cessante cura cessat furiosu data l. 1. C. de curator. furiosi. & l. 1. ff. eod. Tiraq. de cessan. caus. versic. curatoris. & versic. furore. & versic. prodigalitate Boer. dec. 23. n. 39. & 40. Manzin. supra. versic. tertio Bero. in c. 1. de iud. n. 76. Montan. supra. d. reg. 2. n. 12. & quidem ipso iure sine aliqua iudicis declaratione secundum magis communem & Iaffred. Balb. dec. 62. Soarez. commun. opinio lit. P. n. 328. Galgan. de tutel. lib. 1. tit. 11. n. 7. sed iudicis declarationem requiri. Alex. cons. 182. lib. 5. Dec cons. 274. n. 1. Rebuf. de sentent. prouisional. art. 3. glo. 2. num. 13 Nepos à Monte Albano de exception. artic. 13. Galgan. supra. d. n. 7. sed si manifestum id sit ipso iure cessare Bar. in l. is cui. 6. n. 5. de verb. oblig.

1. Lim. nam si furor superueniat in eiusdem curatoris potestatem reincidit l. 1. C. de curato. furio. l. cum alijs quidem. §. fi. eod. tit. Gram. dec. 54. n. 10. Ameri. de pat. pot. cap. 4 n. 40.

5 Quinto prodigo datus, curator silet eo ad bonos mores reuerso l. 1. de curato furios. Sali. in d. l. si cum inter. n. 5. intelligens ipso iure si hoc notorium sit saltem in vicinia Manz. supra qui post biennium supra biennium exigi ad probationem cessantis furoris ostendit nec non & prodigalitatis vel iudicis declarationi stabitur si ante illud tempus disceptari contigerit Guid. Pap. dec. 260. Iaffred. Balb. d dec 62. vbi ex communi curam cessare si prodigus ad bonos mores reuersus sit & si notorium sit ad bonos mores fuisse reuersum, ipso iure curam cessare, alioquin declaratoriam iudicis requiri de communi omnium Rip. in l. is cui bonis. n. 41. de verb. obli. & n. 42. recuperatam sanitatem probari

bari ex actis & factis & si per triennium constet actos prodigalitatis non fecisse.n.42.43.

6 Sexto litis curator reuocatur sicut procurator l. si quis cum.§. Iulianus. ait & ibi Bar. Castr. & alij de procurato. quamuis alias curator simpliciter datus nequeat reuocari, nec alias sibi possit adiungi nisi causa cognita Bar.supra.l.curatores.1. C. qui. dar. tutor. pos. Manzi.d.Q.17. versic. quarto Gratian. discept. 225. n.55.etiam tacite alium faciendo curatorem cum decreto iudicis Guid.Pap.sing.421.non tamen lite iam contestata reuocari posse, sicut nec procurator glo. in l.si quis.31.verbo.videri de procurator.Bar.in fine. Bal. oppositio. 2. vbi ante litem contestatam liberè posse reuocari Ang.n.3.& Gratian.supra.n. 55. Carpa. c. 34. n. 52. sed quia cum causæ cognitione datur non potest sine iusta causa reuocari Cuma. in l. si quis cum.§.Iulianus.n.4.de procur.Bar.in l.cum semel. de tutel.vbi datione secundi curatoris generalis primum reuocari, prout & ad litem constitutum, & ad litem datum reuocari sicut procurator Cur.Iun. in l. cum rē n.13.C.de procur.

7 Septimo ob tutoris suspicionem absentiam vel similē causam datus curatnr, tutela cessante officio functus censetur l. 1.l.potuit. C.in quib.caus.tutor.haben.l.curatorem.de tutor.& curator.dat ab his Manzin. supr. d.Q.17.versic.quinto.& quando tutori curator adiungitur cura extinguitur tutela finita l. 1. C. quando tuto. vel curat.esse desin. vbi glo.Bal.& Salic.

8 Octaun morte curatoris eius officium euanescit Seb. Medic.in tractatu mors omnia soluit par. 2. n. 77. & 78. Manzin. supra. versic. sexto. prout & illius morte cui curator constitutus fuit Odofred.de curato. bonis dando.n.117.est enim officium personale nec ad hæredes curatoris transit Cum. in l. cuius.n. 2. de curato. furios.per illum tes.& Ang.in l.fin n.3.de nauti.fœn. nisi officium haberet commodum bursale vt per eum.

9 Nono Capitis diminutione vires curæ extinguntur l. tutelas.de capit.diminut.§.finitur. Institut.quib. mod. tutel.finiat.Manzi. d. Q. 17. versic. octauo. maxima scilicet ac media curatoris non minima, vt emancipatione filij autem etiam minima §.2.& 3 & §.sed & si capitis Institut.quib.mod.tutel.finiat.Odofred.supr. n.116.& seq.

10 Decimo Causa cessante vel extincta ob quam curator fuit electus officium curatoris cessat §. finitur. Institut. de authoritat.tutor.l.si quis tutor de tutel. Odofred.de curator.bon.dand.n.110. & 117. nempe furore, dementia, & huiusmodi Specul. d. n. 14. Nepos à Monte Alban.d.artic.13.Gail.obser. 100. n. 6. etiam lite finita si liti datus fuerit lib. 2. nisi generalis esset per l.3.§. final. de tutel. nulla est etiam ex falsa causa Alex.in l. is cui. n. 15. vbi Add. ex communi de verb. oblig.Aug.in l. 1.n.5.C.qui pet. tut. vbi etiam datum loco tutoris impuberi pubertate aduenietē expirare, & idem si ex causa legitima datus non sit Vant. de nullit.ex defect.manda.n.147.Tiraq.de ces.caus. par. 1.n.70.& 111.

11 Vndecimo filiosfamilias datus eo quia illi adire volenti, pater consentire nolit adita hæreditate desinit esse curatur, prout si ob patris deportationem fuerit constitutus, & pater fuerit reuersus & reintegranis, dummodn luxuriosus non sit, demens aut prodigus l. final.§.sin autem in secunda C.de bon.quæ liber.l.fin. C.de sentent.pars.Odofred.de curato. bon. dando. n. 101.& 102. vel captiuitate patris extincta. l. muto. §. final.de tutel.Odofred.supra.n. 108. patre autem non reuerso officium curatoris viget vsque ad legitimam ætatem.n.114.per l.final.C.de sentent.pars. eique datus quia pater non habeat participationem in bonis filij ætate perfecta desinit.§. 1. auth. vt lice. matri. & auiæ.Odofred.supr.n.115.

12 Duodecimo Curatoris dati bonis propter Carbonianum quia impubes & illius aduersarius non satisdat, officium prolata sententia inter eos terminatur l. sed & si.§.finali.de Carbon.edicto.prout si impuberi curator, aliusue satisdet etiam ex post l. 1.§. 1.l.si is.de Carbon.edict.Odofred.supra. n. 103. nec non & quando frater noluisset de conferendo satisdare, si contulerit vel collaturum satisdederit n.104.& 105.

13 Decimotertio. Curator amplius non remanet quādo venter in possessione esse desinit vel abortum fecerit, vel certum fuerit non esse prægnantem arg.l.1.§. quoties & §.finali.de ventr.in posses.mitten.Odofred. supra.n.106.& 107.

14 Decimo quarto capti debitoris ab hostibus bonis curator constitutus eo reuerso extinguitur cura arg. l. in possessione in fine ibi interim dandus est ex quib. caus.in pos.eat.Odofred.supra.n.109.

15 Decimo quinto. Conditione cessante, vel purificata cura etiam cessat §.penult. Institut. quib. mod. tut. finiat.Odofred.supra.n.113.

16 Decimo sexto. Curator testamento datus vbicumque opus est confirmatione ante eam curator non est vt supra tit.11.

17 Decimo septimn generaliter obijci potest dationem curatoris nullam esse ob non factum inuentarium, de sacramento, de satisdatione omissis de statu, ac ætate eius & pupilli; quodque curator ei datus sit habenti curatorem & sine causæ cognitione; quod si datus esset ad certam litem vel causam obijci potest esse finitas; quodque datus non fuerit præsenti & petenti; & quod sit creditor vel debitor pupilli Specul. de curator.§.vt autem.& de alijs causis de quibus per eumdem. in §.cum autem vbi num.13.si bonis datus fuerit maioris partis creditorum consensus exigetur, & in loco vbi actiones moueri debent & n.17. si ventri datus sit nullam dationem reddi si prægnans non fuerit, abortum fecerit, vel exhæredatus, & successione etiam aliter exclusus Rol.cons.48.n. 14. & seq. lib. 1. qui absentia non probata curatoris dationem nullam probat absenti factam; & autem concurrente [illegible] ritur creditores curatorem dari petijsse qui [illegible] nem absque vlla cunctatione promittere ten[illegible] & nulliter etiam danis censebitur si ab incompetenti Iudice fuerit constitutus vt per eum vt puta qui præsens iudicium subire coactus non fuisset vt per eum.

18 Decimo octauo, decreta à Iudice ex falsa causa nulla est l. Seię egressæ.l.tutor petitus.de tutor.& curator. dat.ab his Ang.cons.193.n.4.versic.hoc etiam & subreptitiam nullam esse Veral.dec.158.par.1.

19 Decimo nonn reuocatione curatoris cura finitur qui ad litem datus ante contestationem reuocari potest sicut procurator; post litem contestatam vero secus causa cessante; curator autem ad negocia nisi remouentur non admittit curatorem alium Bar. in l si quis.31.§.si.de procur.Put.dec.119.lib.3. Castr. in d. §.si.

§.fin.4. vbi etiam datione secundi curatoris generalis primum remotum non censeri, secus dato secundo ad litem, nam primus remotus censebitur ante litem contestatam.

20 Vigesimo curator loco excusati tutoris datus licet alij contutores extent, pubertate pupilli adueniente (idest 12. anno in fœmina & 14. in masculo completo l. 3. C. quando. tut. vel curato. esse desin. & Inst. quib. mod. tute. finiat. in princ.) definit esse curator. l. 2. vbi glo. Bal. & Sali. C. in quib. ca sib. tutor. vel curato. haben.

21 Vigesimo primo si libertus curator fraudolenter gerat remouetur & punitur l. si liberti. 10. vbi glo. & Salic. C. de adminisftr. tuto.

22 Vigesimo secundo finitur matrimonio per adultum adultamue contractum iudicis arbitrio Munnoz. de ratiocin. c. 6. n. 17. & seq. & infra hoc tit. n. 25.

23 Vigesimo tertio finitur, si minor diutius absfuerit ita ut an viuat ignoretur, & tūc propinquiores admittentur ad capienda bona minoris præstita cautione insolidum de illis restituendis, & ratione reddenda si absens reuertatur nisi absens procuratorem, vel administratorem dimisisset, tunc enim mors verè probari deberet Crau. cōs. 127. in fi. Borg. de tuto. n. 331. Meno. de arb. cas. 150. n. 16. Munnoz. de ratioc. c. 6. n. 47. & seq. vbi subdit absentis anno 25. aduenie͂te proximioribus bona tradenda esse præstita fideiussione post. Boer. dec. 88. n. 1. siue masculi vel fœminæ sint proximiores, idem subdens nu. 53. si maioratus possessor 20. annis absfuerit vt immediatus illius absentis successor admittendus sit.

24 Datiua cessat & intrat legitima seu testamentaria, si is in quo impedimentum cessat, potest legitimus esse, vel testamentarius Gab. cons. 28. n. 36. lib. 2. alioquin secus.

25 Ventri datus, edito partu desinit esse curator Bal. cons. 137. lib. 1.

26 1. Non finitur autem cura adultæ maritatione Marcabr. cons. 97. n. 94. vide supra tit. 4. n. 4. & hoc tit. nu. 22. Guirba. dec. 109. licet tutela expiret ve per eum.

27 Non cessat cura datiua ob impedimenti cessationē, cuius existentia alter datus fuit, quia paris est potentiæ ideo non cessat donec causa durat, ob quam curator datus fuit Gab. cons. 28. n. 37. lib. 2.

28 Non cessat quando Episcopus cui propter infirmitatem datus fuit coadiutor decessit, curatoris enim velut legitimi administratoris officium durat Ang. in l. [illegible] n. 6. C. qui pet. tut.

2[illegible] [illegible] curatoris datio nulla est ex nouiter deductis cō[illegible] [illegible] ari debet, vel nouiter dari si causa dandi subsit. Bero. Q. 122. n. 7.

TIT. XIV.
DE RATIONE A CVRATORIBVS REDDENDA.

SVMMARIVM.

1 *Curator rationem reddere tenetur & reliqua restituere actione mandati, vel in factum lim. num. seq.*

2 *Curator inutiliter testamento datus si non gesserit ante confirmationem de neglectis non tenetur amp. num. seq.*

3 *Curatoris confirmationem testator tollere non potest.*

4 *Confirmari curator testamento datus non potest nisi minor petat.*

5 *Curator pro gestis ante confirmationem gestorum negociorum dumtaxat tenetur lim. num. seq.*

6 *Curator quando accessit quædam gesturus vt de neglectis teneatur requisita.*

7 *Curator qui gessit conueniri debet, qui non gessit in subsidium tantum.*

8 *Curator de dolo & lata non de leui culpa tenetur; lim. num. seq.*

9 *Curator bonis datus de dolo & lata tantum tenetur; alij autem curatores de omni culpa teneantur.*

10 *Curator de causa fortuito quatenus teneatur.*

11 *Curator nisi in exigendo negligens non tenetur pro gestis à tutore.*

12 *Curator non dum finita cura non conuenitur pro vniuersali administrationis rationis redditione. lim. vt ibi.*

TIT. XIV. CAP. I.
DE RATIONE A CVRATORIBVS REDDENDA.

1 Finita cura actione mandati, vel in factum curatores rationem reddere tenentur & reliqua restituere Odofred. de curator. bon. dand. n. 90. & seq. Meno. de arbitr. cas. 209. n. 3. Papien. in form. lib. ad red. rat. tut. glo. debitam. n. 1. per l. rationes. & l. aduersus. C. de admi. tuto. Dec. cons. 274. n. 3. Mago. dec. Flo. 139. in fi. vbi idem de matre Decia. cons. 85. n. 22. lib. 2.

2 1. Lim. non procedere in curatore dato in testamento minus solemni vel inutiliter, qui si ante confirmationem eiusdem a Iudice factam non administret nec per adultum confirmari petatur de negligentia non tenebitur. l. 1. & 2. C. de confirman. tutor. non est enim curator priusquam fuerit confirmatus §. sed curator. Institut. de curator. Tholos. dec. 270. Soc. Iun. cons. 79. n. 21. lib. 2. Gab. cons. 25. n. 9. lib. 2. Rota. Roman. decis. 470. n. 2. part. 1. recentior. 475. par. 1. recentis.

3 1. Amp. vt non possit testator istam confirmationem tollere cum necessaria sit Gab. d. n. 9. Rot. Rom. d. nu. 2. & d. dec. 475.

4 2. Amp. vt nisi à minore fuerit petitum à Iudice confirmari minime possit §. cum inuiti. Inst. de curator. l. pater Seuerinam. vbi glo. in verbis, id egerint. de cōdition. & demonstration. Cor. cons. 81. n. 2. versic. si ergo non datur. lib. 4. Gab. d. cons. 25. n. 12. & 13. Rot. Rom. d. decis. 470. n. 2 & 475.

5 3. Amp. vt pro gestis ante confirmationem non teneatur vt tutor nec tamquam curator, sed tamquam negociorum gestor Roman. cons. 413. n. 4. Cor. d. cons. 81. n. 3. vers. si itaque. lib. 4. Soc. Iun. cons. 79. n. 20. & seq. lib. 2. Rota. Roma. supr. n. 1. neque contra eum in in litem iuratur Cor. sup. n. 5. Rot. d. dec. 475.

6 1. Lim. 3. amp. nam quando accessit quædam gesturus vt de neglectis teneatur, quatuor actor probare tenetur; primum quod alius omnia gesturus erat, secū dum quod alter ille diligens erat; tertium quod propter eum qui gerebat, ille quædam omisit; quartum quod iste qui quædam gerebat hoc sciebat, si enim ignorasset, non posset sibi culpa imputari, nec ideo teneretur Bar. in l. si pupilli. 6. §. videamus per illum tex. n. 5. de neg. gest. per illum tex. Cor. cons. 81. nu. 6. lib. 4.

lib. 4. Rot. Roman. d. decis. 470. n. 4. par. 1. recentior. & d. dec. 475. n. 4.

4. Amp. vt si instituantur tam nati quam nasciturі re & verbis coniuncti totum consequantur interim, si autem verbis tantum; ratam suam consequentur, & pro ratis nondum natorum erunt administratores & velut curatores rationem reddent Alcia. cons. 495. n. 4.

7 2. Lim. principaliter, nam prius ad reddendam rationem qui gessit conueniri debet, in subsidium qui non gessit Roffred. de libel. par. 5. rubr. vltima. n. 8.

8 3. Lim. curatorem non teneri nisi de dolo & lata culpa non etiam de leui, ac leuissima l. Prætor. §. est prætereа de bon. authoritat. iudic. possidend. vbi Bar. in curatore bonis dato Roffred. sup. n. 9. vide supra tit. 10. n. 26.

Contrarium quod etiam de leui teneatur, & si bonum computũ tenere promiserit, teneri de leuissima Dec. cons. 274. n. 3.

9 1. Sublim. non procedere nisi in curatore bonis dato l. in venditione. de bonis autho. iudic. possidend. §. 1. in fine. alius enim curator de dolo & omni culpa tenetur arg. l. quicquid. C. arbitr. tutel. Odofred. de curator. bon. dand. n. 120.

10 4. Lim. non teneri de casu fortuito distinguẽdo nam si Titius debitor Seij aureorum 50. ex causa mutui decesserit relicto Caio. hærede, Caius datus curator bonis aliqua distraxerit & decem puta in gestione erogauit, & ex præcio venditorum bonorum centum fuerit consecutus, quæ dum in arca retineret surrepta fuere; si Seius non habuerit iustam causam retinendi pecuniam eius erit periculum, in culpa enim fuit q͂d creditoribus non satisfecit compensatis decem in administratione erogatis & quinquaginta quæ Seio debebantur à Titio soluere tenebitur hæredi Titij & postea repetet ab eo quę Titius Seio debebat ante gestionem; si autem Seius iustam habuerit causam retinendi, periculum ad hæredem spectabit l. debitor. 14. vbi glo. & Bar. de neg. gest. Viui. dec. 489. n. 11. vbi tutores & curatores non teneri de casu fortuito per l. etiã de admi. tuto.

11 5. Lim. non teneri adulto datum pro gestis à tutore nisi negligens fuerit curator in exigendo. l. 2. vbi glo. & Sali. C. de admi. tuto.

12 6. Lim. nam cura durante non cogetur curator vniuersalem reddere administrationem nisi furiosi curator l. 2. vbi glo. Bal. & Salic. C. de admi. tuto. & l. rationes vbi Sali. C. eod. Papien. in form. lib. ad redd. rat. tut. glo. debitam. n. 1.

TIT. XV.
DE ACTIONIBVS OB CVRAM COMPETENTIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Actiones vtiles curatoribus & contra eos pro gestis competunt.*

2 *Curatores plures insolidum tenentur & agunt amp. & lim. num. seq.*

3 *Curator qui nil gessit conueniri potest nisi inuitus datus fuisset.*

4 *Pluribus in diuersis prouincijs constitutis curatoribus quilibet pro sua rata conuenietur & aget.*

5 *Conueniri prius debet qui gessit, in subsidium qui nõ gessit.*

6 *Curatorum qui voluntarius fuit si non gessit conueniri potest.*

7 *Conueniri curator potest qui aliquem misit ad agendũ vel defendendum absque eo quod satisdationem rati, & iudicati soluendi exegerit.*

8 *Curator ad bona distrahenda pro creditoribus satisfaciendo constituentibus tantum soluet contra quos alij creditores agent.*

9 *Hipothecata sunt bona curatoris minoribus non etiam eius hæredum.*

10 *Curator bonis datus non habet beneficium cedendarum, nec diuidendarum actionum vt ibi.*

11 *Contrarium tenent ibi citati.*

12 *Curatores qui sponte gessere cum eorum datio inualida foret non possunt nisi pro eorum ratis conueniri.*

13 *Curatores inuiti non tenentur nisi pro gestis ab eis.*

14 *Curator inutiliter datus nisi se ingesserit conueniri nequit.*

15 *Actio debitori quem lex fraudatorem vocat non datur, contra curatorem de antea gestis.*

16 *Curator bonorum de dolo & lata culpa tantum tenetur, & conueniri potest.*

17 *Curator an durante cura conueniri possit.*

Curatorum materiam hanc supple ex tractatu tutorum.

18 *Curator non potest conuenire adultũ sine alia authoritate.*

19 *Curator ibi debet conueniri vbi datus fuit.*

TIT. XV. CAP. I.
DE ACTIONIBVS OB CVRAM COMPETENTIBVS.

1 Actiones vtiles curatoribus & contra eos pro gestis competunt l. curatoris. & l. curatorem C. de neg. gest. l. 2. de curator bon. dand & l. 3. eod. tit. Odofred. de curator. bon. dand n. 100. Petr. Vnzol. de arte notariat. rubri. de obligatio. ex contractu, nu. 12. & rubr. de obligatio. ex quasi contractu. n. 12. directam & contrariam ex quasi contractu oriri probans. Galganet. de tutel. lib. 1. tit. 13. n. 15. & expensas in lite factas recuperant l. 4. vbi glo. Bal. & Salic. C. de in lit. dand. tuto. vel curato. Capr. cons. 110. n. 13. vbi gestorum negociorum dari actionem.

2 1. Amp. vt plures curatores insolidum teneantur & agant, vno tamen agente insolidum conuento ex eadem causa; alij nec agere, neque conueniri possunt d. l. 2. §. si plures. d. l. 3. Galganet. d. n. 15. post Odofred. de curator. bon. dand. n. 121. Bar. in l. 2. §. si tres. nu[illegible] de cur. bon. dan.

3 1. Subamp. vt & eis qui nihil gessit conueniri po[illegible] si inuitus datus fuisset tunc enim qui nihil gessit non conuenietur Roffred. de libel. part. 5. rubr. vltim. n. 6. vers. septimum.

4 1. Lim. primam ampliationem, nam si per diuersas regiones singuli constituti fuerint, quilibet in sua prouincia insolidum conuenietur & aget d. §. si plures. Roffred. supra. versic. sextum. Odofred. sup. n. 88. Galganet. d. n. 15.

5 2. Lim. nam prius conueniri debet qui gessit, in subsidium autem qui non gessit Odofred. d. n. 88. Bar. in l. 2. §. si tres maxime si non gerens suo periculo id fieri petat. in princip. & n. 3.

6 2. Amp. vt si ex tribus in eadem regione datis alter nil

nil gesserit si voluntarius fuerint non inuitus curator conueniri possit d. l. 2. §. si tres. & §. quæritur. Galganet d.n. 15. inuitus enim respectu non gestorum minime conuenitur Roffred. de libel. par. 5. rubr. vltim. n. 6. vers. septimum.

7 3. Amp conueniri etiam posse eum qui aliquem misit ad agendum vel defendendum absque eo quod satisdationem neque de rato, neque de iudicato soluendo exegerit d l 2. Galg d.n. 15.

8 4 Amp. vt curator ad bona distrahendum pro satisfaciendo creditoribus datus à quibus constitutus fuit, ex præcio bonorum ijsdem satisfacere teneatur, non etiam alijs creditoribus qui curatorem non dedere; sed hi contra illos qui curatorem constitui fecere tamquam contra absentis negocia gerentes agere debent l. si mandauero. 22. §. si curator mandati. l. final. de curator. bon. dand. Galganet. supra. n. 16.

9 5. Amp. vt bona curatorum sint hipothecata minori, non etiam hæredum ipsorum Ias. in l. properandum §. final. n. 4. C. de iudic. Franc. dec. 221. n 3. Munnoz de ratiocin. administrat cap. 39. n. 3. Gratian. disceptat. 225 n. 72. & seq. vbi tamen subdit testatorem hæredum bona obligare posse & Franc. decis. 53. nu. 7. de quo dixi in tractatu pignoris & hipothecæ Carpan. cap. 34. n. 50. & ijs qui sub cura sunt datur priuilegium in personali l & mulieri & ibi glo. de curato. furios.

10 6 Amp. curatorē bonis datū non habere beneficiū cedendarum, vel diuidendarum actionum quia de dolo & lata culpa tantum tenetur curator bonis datus Odofred de curator. bon. dand. n. 99. alius autem curator de omni culpa tenetur n. 120. & 121. vbi tamen si ab vno solidum fuerit minor consecutus quod cedere debeat actionem soluenti contra concuratores ex quo alioquin contra eos actionem non haberet vide tit. 15. cap. 4. tractatus tutorum infra limitatio. 5. & si duo in culpa sint alter conueniri non potest obstante beneficio cedendarū sibi faciendo aduersus eos Purp. in l. 1. n. 111. C. de transact.

11 Contrarium respectu beneficij diuisionis quia competit etiam his qui sunt in dolo & lata culpa licet non competat cessionis beneficium seu cedēdarum actionum Bar. in d. §. si tres. n. 2. in fine. in l. 2. ff. de curat. bonis dand

7. Amp. datum curatorem bonis absentis conueniri posse pro restitutione fideicommissi Capra. cons. 11. n. 13.

8 Amp. vt si culpa curatoris tutor in 1. fuerit condemnatus loco xx. & minor in integrum restituatur factus ... intra quadriennium contra curatorem agere ... ad alia x. cessis tamen ei contra tutorem actionibus l. alterius 20. de tute. & rat. distra.

9. Amp. conuento hærede tutoris tutelæ iudicio, curator non liberetur & idem in hærede magistratus l. cōuento 23. de tut. & rat distra.

10. Amp. vt hæredes dementis vendicare possint fundum ab eius curatore distractum, qui satis non dedit rem dementis saluam fore, nisi curator ex præcio creditoribus dementis satisfecerit l. 7. §. curator. de curat. furio.

11. Amp. vt contra exceptionem rei iudicatæ curatoris primo remotè detur hæredibus furiosi replicatio ob secundum curatorem qui primum condemnare fecit, & contra secundum primo datur replicatio, quia concessa fuerit pecunia in vtilitatem dementis. l. 7. §. cum dementis de curat. furio.

12 1. Lim. nam qui sponte gessere cum datio curatorum non valeret non possunt nisi pro rata ab eis scilicet gestorum conueniri. l. tutores qui post. §. conueniri. & l. Diui seuerus. de administration. tutor. Bar. in l. 2. §. si tres de curator. bon. dand.

13 2. Lim. nam inuiti nō tenentur nisi pro gestis ab eis l 3. de administrat. rer. ad Ciuitat. pertinent. Bar in d. §. si tres. pro non gestis in subsidium teneri probans ex l. 3. §. 1. de administr. tutor.

14 3. Lim. nam datus inutiliter nisi se ingesserit non tenetur, neque conueniri potest l. impuberi. vbi glo. & verbo. non adstringetur de admini. tutor. Rot. Rom. decis 634 par. 1. diuerso.

15 4. Lim. non dari actionem debitori quem lex fraudatorem vocat contra curatorem de antea gestis Roffr. de lib par. 5. rubr. vltim. n. 6. in fine.

16 5. Lim. nam curator bonorum de dolo & lata culpa dumtaxat tenetur, & conueniri potest l Prætor. ait. § est præterea de bon. autho. iud. possiden Bacc. de decim. tutor. cap. 16 n. 22. Gutierez. de tutel. part. 3. c. 17. n. 9. vide supra amp. 6.

17 6. Lim. nam licet curator pro contractu facto ante curam, vel in ipsa cura aut de aliqua particulari gestione mala, vel contractu ea durante inito conueniri possit l cum curatore. de admi. tuto. l. si tutor in fi. de tut. & rat. distrah. l. non quasi §. hanc stipulationē, rem pup. salu. fore secus tamen est pro generali administratione pro qua durante cura conueniri nequit l. actus de admi tuto l 2. C eod Bar. in l. nisi finita §. cū furiosi. de tut & rat. distrah. Port Inst de autho. tuto. nu. 16. pro curatore etiam gerentem probans cura durante conueniri posse; & furiosi curatorem qui tenetur actione negociorum gestorum cura durante conueniri posse Cum. in l. nisi finita. nu. 3. de tut. & rat. distrah. post Bar. supra idem dicens de curatore bonis dato & furiosi & in l. cum curatore de admi. tut.

18 7. Lim non posse curatorem, suum adultum conuenire sine alia authoritate Cuma. in l. 1. §. fuit quæsitū. n. 20. ad trebel.

19 8. Lim. nam conueniri debet in loco vbi datus curator fuit Decia. cons 109. n. 44. lib. 2.

20 9. Lim. non teneri curatorem expensas & onera pro bonis minoris soluta restituere minori quæ minor subire obligatus fuisset l. si sine. 33. §. Lucius. vbi Bar. de admi. tutor.

21 10. Lim. nam cum furiosi curatore non tutelæ actione agitur sed negociorum gestorum l. 4. de tute. & rat. distra.

17. Supple hunc tractatum per tractatum tutorum pro quo etiam recurras ad illum.

